PHILIPPI SCHERBII ... DISCURSUS POLITICI IN ARISTOTELIS...

Philipp Scherb, Aristoteles

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
33 1 B
33

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



PHILIPPI SCHERBII
POLITICES SAPIENTIÆ
in nobiliſſima Academia Al.
Profeſſoris celeberrimi

DISCVRSVS POLITICI

IN ARISTOTELIS
de Republica Libros,

Quibus non modò vniuerſa ciuilis prudentia, ſed arcana quoq; Imperij ac Regnorum, & res præſentis Reipublicæ ſtatus accommodatè pertractantur:

Cum textu ARISTOTELIS *poſtremum recenſito & emendato.*

Cum Priuilegio Imperiali.

Francofurti prelo Bringer. impenſis Schönwet. An. 1610.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

LIBERTAS

Digitized by Google

NOBILIBVS ET CLARISSIMIS VIRIS,

NICOLAO HELRICO SCABINO, ET SCHOLARCHÆ,

IOHANNI FRIDERICO SENATORI CONSVLARI,

IOHANNI HOYERO, FAVSTIS AB ASCHAFFENBVRG,

IMPERIALIS REIPVBLICÆ Francofordianæ Patriciis, Fratribus Germanis, Dominis ac Fautoribus ſuis honorandis.

CVM *animaduerterem, quàm plurimos homines deditos eſſe ſtudio Politico, eiuſq; cognitionis cupiditate duci, cœpi operam dare, vt optimos quoſque eius diſciplinæ libros indagarem, & multis magniſq; ſumptibus acquiſitos in vtilitatem Reipublicæ, ſalutis communis bonum, & ſtudioſorum doctorumque virorum commodum publicarem. Teſtis eſſe poteſt, ſi maximè taceam,* THESAV-

Digitized by Google

RVS POLITICVS, *quem ære meo ex vulgari in Latinam linguam, humano generi nuſquam non terrarum cognitam & vſurpatam, transferendum curaui: teſtis* PETRONIVS, *Neronianæ Aulæ Politicus Conſiliarius, meis impenſis renouatus: teſtis, ne longius abeam, hic ipſe* COMMENTARIVS POLITICVS *Philippi Scherbij, Medici ac Philoſophi, dum vixit, apud Noricos excellentiſſimi. Quem cum à duobus Nobiliſſimis & doctiſſimis viris, Chriſtophoro Pflugio ab Euteren Miſno, & Melchiore Goldaſto ab Haiminsfeldt Helvetio, Scherbij quondam in Academia Altorphina auditoribus ac diſcipulis, accepiſſem, non prius acquieſcere volui, quàm meâ operâ typis excuſum, vt per ora hominum literatorum liberè volitare poſſet, viderem. Ita enim mihi ſingularis eius bonitas commendata fuit, vt à pleriſque, qui eum legerunt, & de his rebus iudicare poſſunt, quippe ſummo iudicio ſummaq; doctrina præditi, æſtimetur, inde vſque ab Ariſtotelis temporibus nihil vmquam nec breuitate concinnius, nec perſpicuitate dilucidius, nec claritate illuſtrius, nec ad rem, quæ tractatur, aptius & congruentius in hoſce libros dictum vel ſcriptum fuiſſe. Neque enim tantum more vulgarium Academicorum vetera illa repetit iam à multis ſæculis ab vſu reciſa: neque priſcæ illius Græciæ rudera rimatur iam in obliuione & interitu ſupra ſeſquimille annos iacentia: neque mortuarum*

tuarum

tuarum Rerumpublicarum cadauera perfodit, noſtris moribus iam olim ſordentia & putentia: ſed ad præſentem Europæ ſtatum videt, in quo ſunt Monarchiæ, Ariſtocratiæ, Oligarchiæ & Democratiæ; præceptaque Ariſtot. accommodat ad ea, quæ in vſu habemus. Atq; vtinam Commẽtarium primæ dictationis integrum nobis bona Fortuna obtuliſſet, quem trib. poſterioribus libris manucum D. Goldaſtus oſtendit. Eum audio cum ampliſſimis auctariis apud Nobilem & Clariſſ. Virũ, Iohannem Kraftium, Senatorem ac Patricium Vlmenſem, Scherbij quondam auditorem, affinem veſtrum coniunctiſsimum, extare: quos pulchra me ſpes fouet aut Goldaſti veſtrum omnium ac ſingulorum ſtudioſiſſimi operâ, quam ſpero, aut veſtro beneficio, quod confido, poſſe impetrari.

Interim hæc, Viri Nobiles & Clariſsimi, à me placido animo accipite, quæ veſtro nomini dico atq; conſecro, vt fiant publicum ſummæ meæ in vos obſeruantiæ teſtimonium, quos (pace veſtra liceat dixiſſe) ſingularis prudentia in adminiſtrandis rebus publicis, vnica beneuolentia in ciues, laudatiſsima humanitas in exteros, & moderata comitas in clientes, vulgò præ cæteris commendant ac deprædicant. Quæ vos cum ab ipſa natura maximam partem hauſiſtis, & quaſi cum lacte materno ſuxiſtis & imbibiſtis, tum ab iis artibus, quarum præcepta hoc in Commentario traduntur, accepiſtis. Hæc enim ſunt, quibus vel

ipſo Ariſtotele auctore natura humana iuuari & Magiſtratus iudicium conformari debet. Quæ vt liberis quoq; veſtris inſtillare, & cæteræ honeſtæ noſtræ iuuentuti commendare velitis, id non ego, ſed vox publica à vobis poſtulat, vt ſumma ope & alacri ſtudio hæc præcepta condiſcant, & ſeipſos ſic eruditos oſtendant, vt ſpes nos omnes pulcherrima foueat, toto hoc opere cum Iuris ſtudio perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus eius illis credendis gubernari. Valete, Viri Nobiles & Clariſſimi, & me meumq; ſtudium in rem literariam porro quoque commendatum habete. Dat. Francofordiæ ad Mænum, XXVIII. *Martij, Anno Salutis Chriſtianæ* M.D.C X.

VV. DD.

Obſeruantiſſimus

Iohannes Theobaldus Schönwetter Ciuis & Bibliopola.

ARISTO-

Digitized by Google

ARISTOTELIS STAGIRITÆ

POLITICORVM, SIVE DE REPVCLICA LIB. I.

CAP. I.

Procemium Politicum, de Subiecto & Modo doctrinæ Politicæ.

QVANDOQVIDEM videmus, omnem ciuitatem, ſocietatem quandam eſſe, omnemque ſocietatem, boni alicuius gratia coiri (eius enim, quod boni ſpeciem præ ſe fert, cauſa agũt omnes omnia) apparet omneis quidem ſocietates, bonum aliquod, veluti ſcopum, petere, ac deſtinare: eam vero, quæ eſt omnium maxime princeps ac domina, quæque cæteras continet, id ſibi bonum propoſitum habere, quod ſit omnium ſummum ac præſtantiſſimum. Hæc autem eſt ea, quæ ciuitas appellatur, & ſocietas ciuilis. Ii igitur omnes, qui exiſtimant, politicum, id eſt, virum ad ciuitatem moderandam idoneum: & hominem ad regalem poteſtatem aptum, quem baſilicum Græci nominant: & eum, qui rei familiaris tuendę facul-

Digitized by Google

tate ſit præditus, quem œconomicum: & eum; qui ſeruis imperare ſciat, quem deſpoticum: eundem eſſe, minus recte dicunt. Putant enim vnũquemque horum multitudine & paucitate, non genere, aut ſpecie differre: verbi gratia, ſi paucis p̃eſſe atq; imperare poſſit, eſſe deſpoticum, hoc eſt, ad herile imperium idoneum natura: ſi plurib. œconomicum: ſi aliquanto plurib. vel politicum, id eſt, ad ciuitatem moderandã aptum: vel baſilicũ, hoc eſt, ad regalem poteſtatem idoneum. Quaſi vero nihil interſit inter magnam domum, & paruam ciuitatem: & cum ipſe quidem ſolus ciuitati præeſt, ad regalẽ poteſtatem idoneum: vbi vero ex rationib. talis ſcientiæ viciſſim imperat, ac paret, politicum. Sed hæc nõ ſunt vera, atq; id quod à nobis dicitur, iis planum fiet, qui hoc ſpectabunt ex ea inſtitutione, ac docendi ratione, quam nos antea ſecuti, atque ingreſſi ſumus. Quemadmodum enim in aliis rebus compoſitum vſque ad ſimplicia & cõpoſitionis expertia diuidere neceſſe eſt (hæ enim ſunt particulæ totius minimæ) ſic &, ſi, quibus ex partibus conſtet ciuitas, videamus eadem opera, & quid hæc inter ſe differant, cognoſcemus; & fierine poſſit, vt quippiam, quod ſub artem cadat, in vnoquoque eorum, quæ dicta ſunt ſumamus, intelligemus.

2. *Ciuitatis Materiam, ipſam ſcilicet Societatem domeſticam, generatim proponit.*

ITAQVE ſi quis à principio res orienteis ac naſcenteis inſpexerit, quemadmodum in aliis, ſic & in his hoc modo optime rei veritatem perſpexerit.

ſpexerit. Neceſſe igitur eſt primum eos cōiungi & copulari, quorum alter ſine altero eſſe nō poteſt, vt marem & fœminam procreationis cauſa atqui hoc non ex cōſilio proficiſcitur: ſed, quemadmodum & in aliis animantibus & ſtirpibus, naturale eſt, tale alterum, quale ipſum ſit, cupere relinquere. Copulantur autem etiam natura id, quod imperat, & id quod imperio paret, propter ſalutem. Nam quod mentis agitatione prouidere poteſt, imperādi ius habet natura & dominatur natura: quod autē poteſt corpore imperata facere, id imperio alterius parere & ſeruire debet natura. Quapropter domino & ſeruo idē expedit. Fœmina igitur & ſeruus diſtincta ſunt natura. Nihil.n. tale efficit natura, quale fabri ferrarii, gladium Delphicum, parce, tenuiter & anguſte, ſed ſingula ad ſingulos vſus. Sic. n. abſolutiſſimum & perfectiſſimum fuerit vnumquodq; inſtrumentum, ſi non multis operibus ſed vni aſſeruiat. Apud barbaros autem fœmina & ſeruus eodem ſunt ordine & loco. Cuius rei cauſa eſt, ꝙ nō habent ꝙ imperet natura. ſed eorū ſocietas ex ſeruo & ancilla conſtat. Quocirca par eſſe aiunt poetæ, Barbaris Græcos imperare: proinde quaſi idem ſint barbarus ac ſeruus natura. Ex his igitur duab. ſocietatibus prima domus conſtituitur: recteq; Heſiodus, ſcripſit.

Eſto domus primum, & mulier tibi, bos & arator.

Bos enim pauperibus pro ſeruo eſt. Societas igitur in omneis vitæ dies conſtituta, naturæ conueniens & conſentanea, domus eſt: cuius ſocietatis particeps & conſortes, ὁμοσιπύας Charondas appellat (id eſt, ex eodem panario, ſeu ex eadem

apotheca victum ſumenteis: nos conuictores appellemus) Epimenides autem Cretenſis, ὁμοκάπνους (id eſt, vno & communi foco ſeu fumo vtenteis, dicamus, ſi placet, contubernaleis.) Societas autem prima ex pluribus domibus conflata, non diurni vſus gratia, vicus eſt, ſeu vicinitas. Maxime vero videtur eſſe naturæ conſentanea vicinitas, veluti quædam domus colonia, quos nonnulli collactaneos appellant, & filios, & filiorum filios. Itaque & principio ciuitates ſub regum imperio erant, & nunc etiam gentes, quia ex iis, qui ſub regno viuebant, conuenerunt. Omnis enim domus, eius, qui ætate antecedit, regno ſubiecta eſt, ergo & coloniæ, id eſt, familiæ plures, quæ ab vna domo fluxerunt, propter cognationem. Atque hoc illud eſt, quod ait Homerus.

iura autem vxoribus vnus Quiſque dat, & natis.

Nam hoc modo fuſi per agros & diſperſi primis illis temporib. vitã colebant. Atq; iccirco omnes aiunt, deos ſub regno ætatem agere: quia partim ipſi quoq; etiam nunc, partim primis illis & priſcis temporib. ſub regib. erant. Quemadmodum enim formas, ita & viuendi genera deorum, ſibi ſimilia faciunt homines. Perfecta autẽ ſocietas, ex plurib. vicis conflata, ciuitas eſt, quæ ad ſummum iam, vt ita dicam, omnis copiæ, bonis omnib. cumulatæ, nihilq; pręterea requirentis, culmen peruaſit: oriens quidem viuendi cauſa, conſtans aũt bene viuẽdi gratia. Quapropter ciuitas omnis natura conſtat, ſiquidem & primæ ſocietates cõſtant natura. Finis enim illarum hæc eſt. At natura finis eſt. Quale enim quidque eſt ortu eius abſoluto atque

Digitized by Google

atque perfecto, hanc cuiuſq; naturã eſſe dicimus, vt hominis, equi, domus. Præterea id cuius gratia res fit, & cuiuſque rei finis, optimum quiddam eſt. At copia ipſa ſuis opibus pollens & contenta, & nihil extra ſe deſiderans, finis eſt, & optimum. Ex his igitur perſpicuum eſt, ciuitatem in ijs rebus, quæ natura conſtant, eſſe numerandam: & hominem, ciuile animal eſſe natura: & eum, qui naturæ impulſu, non fortunæ culpa, ciuitatis ſit expers, aut eſſe improbum, aut homine meliorem: vt is, in quem ab Homero hoc maledictum coniectum eſt.

Cui neque curia, nec lex eſt, neq; Veſta, Lareſque.

Non enim poteſt quiſquam talis eſſe, quin vno eodemque tempore ſit & belli cupidus, vtpote qui nullum iugum ferre velit, quemadmodum contingit in quibuſdam volatilibus. Hominem autem eſſe animal ciuile magis, quam quamuis apem, & quoduis animal congregabile, perſpicuum eſt. Nihil enim fruſtra facit natura, vt dicimus. Homini autem ſoli ex animantibus ſermo tributus eſt. Vox igitur iucundi & moleſti ſignum eſt. Quapropter etiam aliis animantibus ſuppetit. Nam hucuſq; progreſſa eſt earum natura, vt moleſtum & iucundum ſentiant, & inter ſe hæc ſignificent. Sermo autem ad id quod prodeſt, & id quod nocet, declarandum valet. Ergo etiam ad id quod iuſtum, atque ad id quod iniuſtum eſt. Hoc enim præter cæteras animanteis hominis eſt proprium, vt ſolus boni & mali, iuſti & iniuſti, & aliorum ſimilium ſenſum habeat. At horum ſocietas & communio domum facit & ciuitatem. Prius igitur eſt ciuitas, quam domus.

& v-

Digitized by Google

& vnuſquiſque noſtrum. Totum enim parte prius eſſe neceſſe eſt. Nam ſi homo, qui totum quiddam eſt, intereat, neque pes, neque manus erit, niſi ex communione nominis, nõ rationis. quemadmodum ſi quis manum lapideam, manum eſſe dicat: corrupta enim manus talis erit. Omnia autem opere definita ac diſtincta ſunt, & poteſtate. Quare poſteaquam talia eſſe deſierunt, non iam ſunt re aut forma eadem dicenda, ſed homonyma, id eſt, nominis communitate tantum ſimilia. Ciuitatem igitur ſigulis hominibus eſſe priorem, perſpicuum eſt. Si enim ſinguli ſeparati & ſeiuncti, non ſunt inſtructi copia per ſe ſuis bonis cumulata, & nihil præterea requirente: ſimiliter atq; aliæ partes à ſuo toto ſeparatæ, ad ciuitatem, quæ eſt totum, erunt affecti. Qui autem non poteſt res ſuas communicare, aut ſocietatem contrahere cum aliis, aut qui non eget communicatione, propterea quod ipſe ſuis pollet opibus ſuiſque bonis contentus eſt, nihil propterea deſiderans, nulla pars ciuitatis eſt. Itaque aut fera, aut Deus eſt. Omnes igitur ad hanc ſocietatem omni animi impetu feruntur natura. Qui autem primus eam inſtituit, maximorum bonorum auctor & cauſa fuit. Quemadmodum enim homo ſuis omnibus numeris abſolutus, animal eſt animalium optimum: ita à lege & iure ſemotus ac ſeiunctus, omnium deterrimum. Sæuiſſima enim & aſperrima iniuſtitia eſt armis inſtructa. At homo armis inſtructus naſcitur, prudentia & virtute: quibus ad res contrarias maxime vti licet. Quapropter ſceleratiſſimum & immaniſſimũ animal eſt ſine virtute,

tute, & ad res venereas cibumque profligatiſſimum. Iuſtitia vero ciuilis res eſt. Nam iudicium, ſocietatis ciuilis ordo eſt. Iuris autem diſceptatio, iudicium eſt.

3. *Societatis domeſticæ ſpecialem enarrationem inſtituit.*

QVANDO autem perſpicuum eſt quibus ex partibus conſtet ciuitas, neceſſario de domo prius dicendum eſt. Omnis enim ciuitas ex domibus & familiis componitur. Domus porro partes ſunt, ex quibus domus conſtituitur. At domus perfecta atque integra, ex ſeruis & liberis conſtat. Quoniam autem primum quidque in vnaquaq; re explicanda vel in minimis quærendum eſt, ab iiſque initium ducendum: primæ autem & minimæ domus partes ſunt dominus & ſeruus, vir & vxor, pater & liberi: de his tribus, quid & quale vnum quidque eſſe debeat, conſiderandum videatur. Sunt autem hæc herilis ratio, ſeu diſciplina ſeruis præcipiendi atque imperandi: & nuptialis (nomine .n. vacat vxoris & viri coniugatio) & ea. quæ ad imperium patris in liberos à ſe procreatos pertinet: nam neque huic proprium nomen impoſitum eſt. Atque hæ tres rationes ſunto, quas diximus. Eſt porro quædam præterea pars, quæ videtur aliis quidem rei familiaris adminiſtratio, aliis vero pars eius maxima. Quomodo autem res ſe habeat, poſterius erit cognoſcendum. Dico autem de ea, quæ appellatur rei nummarię parandę, ſeu pecuniæ quęrendæ ratio, quæ à Græcis chrematiſtica nominatur. Sed primum de domino & ſeruo

ſeruo dicamus: vt & quæ ad neceſſarium vſum pertinent, videamus, & ſi quid ad ea cognoſcenda melius conſequi poſſimus, quam quæ nunc in communi hominum exiſtimatione atq; opinione verſantur, experiamur. Quibuſdam enim ſcientia quædum videtur eſſe domini imperium ſeu, herilis poteſtas: eademque domus adminiſtrandæ ratio, & herilis poteſtas, & ciuilis, & regia, quemadmodum initio diximus. Aliis præter naturam eſſe in alterum dominari. Lege enim alium eſſe ſeruum, alium liberũ: natura autem nihil intereſſe. Quocirca neque iuſtum eſſe, quia fit violentum.

4. *De Herili ſocietate domeſtica primo agit, & de Seruo & Seruitute generatim diſputat.*

QVONIAM igitur rerum ſiue partarum & quęſitarum, ſiue etiam relictarum poſſeſſio, pars domus eſt: ergo & ratio rei quærendæ, rationis rei familiaris adminiſtrandæ pars eſt. Nam ſine rebus ad victum neceſſariis neque viuere, neque bene viuere fas eſt. Quemadmodum autem in artibus definitis ac determinatis, inſtrumenta cuiq; arti accommodata ſuppetere neceſſe eſt, ſi futurũ eſt vt opus ab artifice abſoluatur: ita & rei familiaris adminiſtrandæ rationi ſua præſto debent eſſe inſtrumenta. Iam inſtrumẽtorum alia ſunt inanima, alia animata: verbi gratia, nauis gubernatori clauus quidem inſtrumentum eſt inanimũ, proræ præfectus vero animatũ. Miniſter.n. artib. ſimilitudinem quandam ſpeciemq; gerit inſtrumenti. Sic & res aliqua parta & quæſita, ſiue etiam relicta, inſtru-

inſtrumentum eſt ad vitam degendam comparatum. Rerum autem partarum ſeu relictarum poſſeſſio, multitudo inſtrumentorum eſt, & ſeruus res quædam poſſeſſa animata eſt: & miniſter omnis veluti inſtrumentum eſt inſtrumenta antecedens. Nam ſi, vt ferunt, Dædali ſimulachra, aut Vulcani tripodas, quos ait poeta.

Diuinum vel ſponte ſua certamen iniſſe:

Ita & vnum quodque inſtrumentorum vel artificis dominiq; iuſſu, vel præſentiens domini voluntatem, & vltro ſuum opus poſſet abſoluere: & ſi radii textoris per ſe texerent, & plectra citharam pulſarent, non opus eſſet neque opificibus opera miniſtrorum, neque dominis ſeruorum. Inſtrumenta igitur quæ appellantur inſtrumenta ſunt ad efficiendum valentia: res parta & poſſeſſa vero, ad agendum valet. Nam à radio aliud quiddam efficitur præter vſum eius; ex veſte autem & lecto vſus duntaxat proficiſcitur. Præterea quoniam effectio & actio inter ſe ſpecie differunt, & vtrique inſtrumentis opus eſt: neceſſe etiam eſt hæc eodem modo inter ſe differre. Vita porro actio, non effectio eſt. Quocirca & ſeruus, eorum, quæ ad actionem pertinent, miniſter eſt. Iam res poſſeſſa ſic dicitur, vt pars. Nã & pars non ſolum alterius eſt pars, ſed etiam ſimpliciter alterius eſt. Et res poſſeſſa ſimiliter. Quapropter dominus ſerui quidem dominus eſt tantum, ſed illius non eſt. Seruus autem nõ modo domini ſeruus eſt, ſed etiam abſolute & omnino illius eſt. Quę ſit igitur ſerui natura, quæque vis ac poteſtas, ex his perſpicuũ eſt. Nã qui non eſt ſuus natura, ſed alterius

alterius, & præterea vero homo eſt, hic ſeruus eſt natura. Alterius porro homo eſt, qui cum homo ſit, res poſſeſſa eſt. Jam vero res poſſeſſa, inſtrumentum eſt ad agendum accommodatum, & ſeparabile.

5. *De ſeruitute naturali diſſerit.*

VTRVM autem ſit aliquis talis natura, necne, & vtrumne præſtet & iuſtum ſit alicui, ſeruire, necne; ſed potius omnis ſeruitus ſit præter naturam, poſterius erit conſiderandum. Veruntamen non eſt difficile etiam ratione hoc contemplari, & ex iis quę fiunt intelligere. Imperare enim & imperio parere non ſolum ex numero rerũ neceſſariarũ ſunt, verũ etiam ex vtilium. Et ſtatim ab ortu primo nonnulla inter ſe diſtiterunt, alia vt parerent imperio, alia vt imperarent. Tum plura ſunt & imperantium, & imperio ſubiectorum genera: ſemperque id melius imperium eſt, quod obtinetur in res imperio ſubiectas meliores ac præſtantiores: verbi gratia, melius eſt imperium in hominem, quam in feram. Nam quo vnumquodque opus ex melioribus abſoluitur, eo eſt melius. Vbi autem aliud imperat, aliud imperio paret, aliquod horum opus extat. Quæcunque enim ex pluribus conſtant, & vnum quiddam commune fiunt, ſiue ex continuis, ſiue ex diſiunctis, in eis omnibus elucet atque apparet id, quod imperat, & id, quod imperio ſubiectum eſt. Atque hoc ex omni natura inanimatis ineſt maxim. nam etiam in iis, quæ ſunt vitæ expertia, aliquod imperium eſt: verbi gratia, in concentibus, ſeu harmoniis.

Digitized by Google

niis. Sed hæc fortaſſe minus ſunt huius quæſtionis propria, atque aliquanto alienora, & extra rem. Animal autem primum ex animo & corpore conſtat: quorum alterũ imperium gerit natura, alterum imperio paret. Oportet autem in iis, quæ naturæ conueniunt & congruunt, ſpectare naturæ vim, non in corruptis ac deprauatis. Quare contemplari debemus hominem & animo & corpore optime affectum: in quo hoc apparet. Nam vitioſorum & vitioſe affectorum ſæpenumero videatur corpus animo præeſſe atque imperare, propterea quod male & præter naturam affecti ſunt. Licet igitur, quemadmodum dicimus, in animali primum cernere & herile imperium, & ciuile. Animus enim in corpus imperium herile obtinet: mens autem in appetitum ciuile & regium. In quibus perſpicuum eſt, conſentaneum eſſe naturæ, atque expedire & corpori, animo ſeruire: & ei animi particulæ, quæ ad motus ſuſcipiendos valet, mentis, eiuſque particulæ, quæ ratione prædita eſt, imperio parere: iuris æqualitatem autem, aut contrarium eius, quod diximus, omnibus eſſe detrimentoſum. Rurſum in homine, & in aliis animantib. ſimiliter ſe res habet. Cicures enim beſtiæ, feris ſunt meliores natura. His autem omnibus melius eſt hominis imperio ſubiectas eſſe: ita enim ſalutem adipiſcuntur. Præterea mas cum fœmina comparatus, melior eſt, hæc autem deterior: & ille quidem imperare, hæc autem imperio parere debet. Eodem modo ſe res habeat etiam in omnibus hominibus neceſſe eſt. Quicumque igitur tanto cæteris hominibus ſunt inferiores ac deteriores, quanto animus corpori, & homo feræ

præſtat (tales autem ſunt ii, quorum opus in vſu corporis poſitum eſt, quorumque hoc vnum eſt, quod ab eis optimum proficiſci poteſt) hi ſunt ſerui natura, quibus melius eſt huic imperio parere: ſiquidem & iis, quæ ſupra dicta ſunt. Natura enim ſeruus eſt is, qui alterius eſſe poteſt: ideoque & alterius eſt: & qui eo vſq; rationis eſt particeps, quo ad eam ſentiat quidem ille, ſed non habeat. Nam alia animalia cum rationem non ſentiant, affectibus inſeruiũt. Et vero ſeruorum & animantium mutarum vſus parum admodum inter ſe differt, ab vtriſq; enim à ſeruis, & à beſtiis cicuribus, ad res neceſſarias, adiumenta corpore afferuntur. Vult igitur natura quidem etiam corpora liberorum & ſeruorum diſſimilia efficere: hæc quidem ad vſum neceſſarium valida, illa autẽ erecta, & ad taleis, operas inutilia; ſed ad vitam ciuilem vtilia atq; opportuna: atq; hæc etiam diuiſa eſt in vſum pacis & belli. Accidit autem ſæpenumero etiam contrarium, nempe alios quidem corpora, alios autẽ animos habere liberorum. Nam hoc quidem in promtu eſt, ſi qui naſcantur tanto aliis corpore excellentiores, quanto ſimulacris hominum antecellunt deorum imagines: reliquos ab omnibus dignos pronunciatum iri, qui his ſeruiant. Quod ſi in corpore hoc verum eſt, multo iuſtius eſt hoc in animo definitum eſſe. Sed non æque facile eſt, animi pulchritudinem, atque corporis cernere. Eſſe igitur nonnullos alios liberos, alios ſeruos natura perſpicuum eſt: quibus expediat, quoſque iuſtum ſit ſeruire.

6. De

Digitized by Google

6. De Seruitute legitima disputat.

EOS autem, qui contra dicunt, quodammodo recte dicere, non eſt difficile videre. Duobus enim modis dicuntur ſeruire, & ſeruus. Eſt enim aliquis lege ſeruus, & homo ſeruiens. Lex enim pactum conuentum quoddam eſt, qua lege bello capta, eorum, qui vicerunt, eaque cœperunt, eſſe dicunt. Hoc igitur ius multi ex iis, qui in legibus verſantur, tanquam rhetorem, vocant in iudicium & crimen rogationis contra leges latæ: quaſi graue ſit, minimeque ferendum, ſi ei, quod vim afferrê poſſit, quodque viribus antecellat, ſeruum & & ſubiectum erit id, cui vis allata fuerit. Atque his quidem ita videtur, illis aliter, & ex numero quidem ſapientum. Huius autem controuerſiæ cauſa, & quod facit rationes variare, eſt, quia cum quodammodo virtus commeatu inſtructa, & adiumentis freta, vim afferre maxime poſſit: tum id, quod victoria potitur, bono aliquo ſemper antecellit: quo fit, vt non ſine virtute vis eſſe, ſed de iure tantum ambigi videatur. Propterea enim aliis ius videtur eſſe bonarum legum conſtitutio: aliis hoc ipſum ius eſſe, vt, qui viribus ſit ſuperior, ac potentior, is præſit atq; imperet. Nam diſſidentibus & pugnantibus inter ſe his rationibus, neque firmum quicquam, neque probabile habent alteræ ratiões, quin oporteat, id quod virtute præſtat, dominari atque imperare. In ſumma autem nonnulli iure quodam, vt arbitrantur, nitẽtes (lex enim ius quoddam eſt) ſeruitutem bellicam ſtatuunt eſſe iuſtam: ſed ſimpliciter & abſolute iuſtam eſſe negant. Nam primum contingere poteſt,

Digitized by Google

vt principium bellorum non ſit iuſtum, deinde indignũ qui ſeruiat, nemo vllo modo dixerit eſſe ſeruum. Alioqui eueniet, vt, qui honeſtiſſimo & clariſſimo loco nati exiſtimentur, ſerui ſint, & ex ſeruis nati, ſi forte acciderit, vt capti venierint. Quaꝑpter nõ eos dicere ſeruos volũt, ſed barbaros. Atqui cũ hoc dicunt, nihil aliud quærunt, quã natura ſeruum: qua de re nobis initio ſermo inſtitutus eſt. Neceſſe. n. eſt fateri aliquos eſſe alios vbique locorum ſeruos, alios nuſquam. Eodem aũt modo & de nobilitate ſentiendum. Eos enim nõ ſolum domi nobileis, ſed vbique gentium claros arbitrantur: Barbaros vero domi tantum: proinde quaſi aliquid ſit ſimpliciter nobile & liberum, aliud nõ ſimpliciter: quemadmodum ait & Theodectæ Helena.

Diuina ab vtraq; ſtirpe prognatam quis hanc
Seruam vocare non iniquam cenſeat.

Cum autem hoc dicunt, nulla alia re, quam virtute & vitio ſeruum & liberum nobileiſq; & ignobileis definiunt. Par. n. eſſe cenſent, vt ex homine homo, & ex feris fera naſcitur, ſic ex bonis bonum naſci. Natura autem vult illa quidem hoc facere: ſed ſæpenumero non poteſt. Huius igitur controuerſiæ rationem eſſe aliquam, vtrum ſint alii natura ſerui alii liberi, necne, ex iis, quæ ſupra explicata ſunt, intelligere licet. Ne hoc quidem obſcurum eſt, hoc in quibuſdam eſſe definitum ac diſtinctum; quorum huic quidem expedit ſeruire, illi autem imperare: & iuſtum eſt, atq; oportet hũc imperio alterius parere, illum imperium obtinere,

Digitized by Google

tinere, id imperium ſcil. quod vtriuſq; naturæ conuenit: ergo & dominari. Male autem imperare (id eſt, non eiuſcemodi imperium, ad quod vterq; ſit aptus natura, exercere) eſt vtriq; inutiliter imperare. Idem.n. expedit parti & toti, idemq; corpori & animo. At ſeruus pars quædam domini eſt, velliti animata quædam corporis, ſed tamen ſeparata pars Quare etiam vtilitas quædam & amicitia ſeruo & domino inter ipſos intercedit iis, quib. hæc contigerunt natura. Iis autem, qui non ita dominantur & ſeruiunt, ſed lege & vi coacti, contraria.

7. *De Domini & Serui forma, quo ad ſcientiam vtriuſque, agit.*

PERSPICVVM eſt autem etiam ex his, non idem eſſe dominium, ſeu herile imperium, atque ciuilem principatum: neq; omnia imperia inter ſe eſſe paria, aut eadem quemadmodum aiunt quidam. Ciuilis.n. principatus, eſt liberorũ natura: herile imperium vero, ſeruorum. Et domeſticum quidem imperium, monarchia, id eſt, vnius principatus eſt: domus enim omnis vnius imperio regitur: ciuilis principatus autem liberorũ & æqualium imperium eſt. Dominus igitur non appellatur ex eo, quod ſcientiam habeat, ſed quod talis ſit. itemque ſeruus & liber. Scientia tamen aliqua eſſe poſſit & herilis & ſeruilis. Seruilis quidẽ qualis ea, quam ludimagiſter ille, qui Syracuſis commorabatur, tradebat. Illic enim quidam mercede accepta pueros vſitata & vulgaria miniſteria docebat. Poſſit autem latius manare talium miniſteriorũ diſciplina: vt ea quæ ad opſonia co-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

quenda atque apparanda pertinet, & cætera huiuſmodi miniſterii genera. Sunt enim munera alia aliis honoratiora, alia magis neceſſaria, & (vt eſt in prouerbio.)

Dominus domino, ſeruusq́; præferendus eſt ſeruo.

Tales igitur ſunt omnes ſcientiæ ſeruiles. Herilis autem, ſeu domino cõueniens ſcientia eſt, quæ ad vſum ſeruorum pertinet. Dominus. n. non in poſſeſſione, ſed in vſu ſeruorũ cernitur. Hæc porro ſcientia nihil habet magnum, nihil amplum. Nam quæ ſeruum ſcire facere oportet, hæc illum ſcire præcipere conuenit. Quapropter quibus licet hac moleſtia ſolutis & vacuis eſſe, apud eos curator rei domeſticæ has parteis agit, atque hoc onus gerit: ipſi autem domini remp. adminiſtrant, aut philoſophantur. Ars porro rei quærendæ ab vtraque harum differt, vt quæ ſit veluti quædam ars rei militaris iuſta aut venandi. De ſeruo igitur & domino hoc modo explicatum ſit.

8. *De quæſtuaria acturus, primam eius ſpeciem, quæ naturalis eſt, explanat.*

VNIVERSE autem de omni rei familiaris poſſeſſione, reique nummariæ quærendæ ratione, quemadmodum inſtituimus, videamus: quãdoquidem etiam ſeruum rerum partarum poſſeſſionis partem quandam eſſe diximus. Primum igitur dubitauerit aliquis, vtrũ ratio pecuniæ quærendę eadẽ ſit, atq; reifam. tuẽdæ ratio, an pars aliqua, an eius adminiſtra: & ſi adminiſtra, vtrum vt ars conficiendorum radiorum, textoriæ, ſeu textrinæ, an vt ars æraria; ſtatuariæ: non enim eodem arti

modo aſſeruiunt ac miniſtrant: ſed illa quidem arti textoriæ inſtrumenta præbet, hæc ſtatuariæ materiam. Materiam autem appello, rem ſubiectam, vnde opus aliquod efficitur atque abſoluitur: vt eſt textori quidem lana, ſtatuarum autem fictori, æs. Non eſſe igitur idem, rationem tuendæ rei familiaris; atque artem pecuniæ quærendæ, hinc licet intelligere. huius enim eſt ſuppeditare, illius vti. Quæ enim alia erit ars, quæ vſura ſit rebus domeſticis, præter rationem tuendæ rei familiaris? Sed vtrum pars eius ſit, an alia forma, ſeu ſpecies, controuerſia eſt. Nam ſi eſt eius, qui ad pecuniam quærendam aptus ſit, vnde pecunia, & prædia, rerumque partarum & quæſitarum poſſeſſio ſuppetat prouidere: rerum autem partarum poſſeſſio & diuitiæ multas parteis complectuntur. ergo quærendum eſt primum, vtrum agricultura, & vniuerſe vtrum curatio in victu parando occupata, & rerum quærendarum ſtudium, pars aliqua ſit rationis tuendæ rei familiaris, an alia quædam ſpecies. Atqui multa ſunt victus ſeu alimenti genera. Quapropter etiam multæ ſunt vitæ colendæ rationes & in multis animantib. & in hominibus: ſine alimento enim & pabulo viui non poteſt. Itaque alimenti victuſque differentiæ, vitæ colendæ rationes in animātibus effecerunt diſſimileis ac diuerſas. Beſtiarum enim aliæ gregatim, aliæ ſparſim & vage viuunt, vtrocumq; modo eis ad paſtum expedit: propterea quod earum aliæ animantibus, aliæ fructibus, aliæ omni pabuli genere veſcuntur. Itaque ad facilitatem commoditatemque victus, & harum re-

rerum electionem, earum vitæ genera natura diſtinxit. Quoniam autem non eſt idem cuique iucundum natura, ſed alia aliis: etiā beſtiarum tum earum, quæ animantibus veſcuntur, tum earum, quæ fructibus, viuendi genera inter ſe diſtant: itemque hominum. Multis enim rebus differunt horum vitæ genera, Omnium autem pigerrimi ac deſidioſiſſimi ſunt pecuarii, quos Græci nomadas appellant. Victus enim ab animantibus cicuribus ſine labore eis cōtingit, & ceſſantibus. Cū porro neceſſe ſit pecoribus locum mutare propter paſcua, ipſi quoq; vna ſequi coguntur, veluti viuæ agriculturę operam dantes. Alii ex venatione viuunt: ſed alii ex alia, exempli gratia, hi ex latrocinio, illi ex piſcatu, quicumq; lacus, & plaudes, & fluuios, aut mare piſcationi oportunum accolunt: alii ex aucupio, aut præda ferarum beſtiarū. Pleriq; autem homines è terra viuunt & ex fructibus manſuetis. Viuendi igitur genera, quæ quidem opera natiua conſtent, & non permutatione aut cauponatione victum ſuppeditent, hæc fere ſunt: pecuarium, in agro colendo occupatum, in latrocinando poſitum, piſcatorium, venaticum. Nonnulli porro hæc inter ſe miſcentes iucūde viuunt, vt quæq; vita egentiſſima eſt, ita eam, qua parte ei aliqua deſunt, ſupplentes, vt ſint ipſi omnibus copiis cumulati ac referti, nihilque præterea deſiderent: verbi gratia, hi pecuariam vitam cum latrocinio coniungunt, illi agriculturam cum venatione: itemq; alia vitæ genera, quemadmodum vſus flagitauerit, tarctant ac perſequuntur. Talis igitur rerum parandarum ratio ab ipſa natura videtur omnibus

Digitized by Google

mnibus tribui, vt ſtatim ab ortu primo, ſic & iam adultis ac perfectis. Etenim principio & ab ipſa origine prima aliæ quidem animantes tantum victum vna cum fœtu pariunt, vt ſatis eſſe poſſit ad alendum id, quod natum eſt, donec ipſum ſibi ſuppeditare alimentum poſſit : exempli gratia, quæcunq; vermeis aut oua pariunt. Quæcunq; vero animal edunt, ea genitis alimentum in ſeipſis continent vſque ad aliquod tempus eius quod lac appellatur, naturam. Itaque ſimiliter atque fœtuum recentium ac tenerorum gratia aliquid à natura comparatum eſt, vnde alantur: exiſtimare oportet ſcilicet etiam animalium cauſa ſtirpeis ac plantas eſſe natas, & hominum gratia cætera animalia: manſueta quidem tum propter vſum, tum propter victum : fera autem & agreſtia, ſi non omnia, at certe plurima, victus, & cæteri ſubſidii atque adiumenti cauſa, vt & veſtitus & alia inſtrumenta ex iis comparentur. Si igitur natura nihil neque imperfectum, neq; fruſtra facit, neceſſe eſt ea omnia hominum cauſa feciſſe naturam. Quapropter etiam ſcientia rei militaris, ars erit quodammodo ad quærendum ac parandum apposita natura. Venatoria enim pars eius eſt, qua vtendũ eſt, & in feras, & in eos homines, qui ad parendum imperio natura facti, parere nolunt: tanquam hoc bellum iuſtum ſit natura. Vna igitur ſpecies artis ad quęrendum comparatæ, quæ naturæ congruat, rationis tuendæ rei familiaris pars eſt: cui quidem aut ſuppetere oportet res neceſſarias, aut ipſam ſuppeditare, vt eæ pecuniæ ſuppetant ac præſto ſint, quæ recondi ac reponi ſolent, tanquam ad vitam degendam neceſſariæ, & ad communionem

Digitized by Google

ciuitatis aut domus vtiles. Et vero ex his veræ diuitiæ videntur conſtare. Talis enim rerum partarum & quæſitarum copia bonis omnibus cumulata, nihilque præterea deſiderans, ad bene viuendum non eſt infinita, quẽadmodum ait Solon hoc verſu:

Nulla homini finis certa hæret diuitiarum.

Hæret enim diuitiis certus aliquis finis, quemadmodum & aliis artibus. Nullum .n. cuiuſquam artis inſtrumentum, neque multitudine infinitum eſt, neque magnitudine immenſum. Diuitiæ autem inſtrumentorum domeſticorum & ciuilium ſunt multitudo. Eſſe igitur genus aliquod artis quærendi naturæ congruentis, & iis qui rei domeſticæ tuendæ rationem tractant, & iis, qui rempub. adminiſtrant, & propter quam cauſam, ex ſuperioribus intelligere licet.

9. Secundam Quæſtuariæ ſpeciem, quæ Artificialis eſt, explicat.

EST autem genus aliud artis quærendi, quam appellant maxime & meritiſſimo artem pecuniæ quærendæ, propter quam nullus videtur diuitiarum & rerum quæſitarũ finis eſſe. quam vnam & eandem eſſe atque eam, quæ à nobis modo dicta eſt, multi exiſtimant, propter ſimilitudinem ac vicinitatem. Sed neque eadem eſt atque ea, quam diximus, neque longo ab illa diſtat interuallo. (Conſtat autem earum altera natura, altera non natura, ſed vſu quodam potius & arte tractatur, atque exercetur.) Atque hinc de ea

Digitized by Google

de ea diſputandi exordium ſumamus. Vniuſcuiuſque rei quæ paratur ac poſſidetur, duplex vſus eſt. Vterque autem per ſe quidem eſt, verum non ſimpliciter per ſe: ſed alter rei accommodatus, ac proprius: alter alienus, neque proprius: verbi gratia, calceum induere & calceum permutare. Vtroque enim modo calceo vti licet. Nam etiam qui calceum nummo aut victu permutat cum eo, qui eget calceo: vtitur ille quidem calceo, qua ratione calceus eſt: ſed non ex vſu proprio. Non enim permutationis cauſa factus calceus eſt. Idemque de aliis rebus quæ parantur, ac poſſidentur, ſentiendum. Nam permutandi ratio omnibus in rebus locum habet: eaque primum quidem duxit initium ex eo, quod eſt naturæ conſentaneum, quia homines aliarum rerum maiorem, aliarum minorem copiam, quam ſatis eſſet, habebant. Ex quo licet intelligere, cauponariam, ſeu mercaturam ſordidam, quam profitentur, atque exercent ii, qui ab aliis emunt, ꝙ pluris reuendant, non eſſe partem artis pecuniæ quærendæ natura. nam quoad eis ſatis eſſet eatenus rerũ commutationem neceſſario facerent. In prima igitur ſocietate, hoc eſt, in domo, perſpicuum eſt, commutatione non opus eſſe, ſed tum denique, cum iam maior ſocietas eſt: inter illos enim eorundem omnium erat communio: hi autem à multis ſemoti ac ſeiuncti, rurſus etiam alia cómunia inter ſe habebant, quæ pro cuiuſque egeſtatibus neceſſe erat inter ſe impertiri. quemadmodum etiam nunc multæ faciunt barbaræ nationes: ipſa .n. vtilia cum vtilibus commutant, nihil

amplius: vt vinum pro frumento dantes, & accipientes: & vnumquodquod aliud tale. Talis igitur permutandi ratio neq; auerſa à natura eſt, neque vlla eſt artis pecuniæ quærendæ ſpecies: ad ſupplendam enim copiam ſuis opibus inſtructam & cumulatam, naturæ conſentaneam, valebat. Ex hac tamen nata illa e[illegible]nuẽienter rationi. Cum enim ſubſidium illud fieret magis ac magis externum ac longinquum, partim ſupportandis iis, quibus egebāt, partim exportandis, quibus abundabat: neceſſario numi vſus comparatus eſt. Non enim facilis eſt ad portandum vnaquæque earum rerum, quæ ſunt neceſſariæ natura. Quapropter ad res contrahendas tale quiddam de communi ſententia conſtituerunt inter ſe dare & accipere, quod cum eſſet è numero rerum vtilium, vſum haberet tractabilem ac facilem ad vitam degendam: quale eſt ferrum, & argentum, & ſi quid tale aliud eſt: primo quidem ſipliciter magnitudine & pondere definitum ad extremum vero etiam ab iis nota ſignatum, vt labore metiendi ac ponderandi defungerentur. Nota enim impreſſa eſt ad quantum ſignificandum. Numo igitur ex neceſſaria permutatione comparato ac ſuppeditato, alia ſpecies artis pecuniæ quærendæ orta eſt, mercatura cauponaria: quæ initio quidem fortaſſe ſimpliciter factitabatur: poſtea vero propter vſum & peritiam, callidius iam atque artificioſus, cum quæreret vnde & quomodo permutando plurimum lucri faceret. Quocirca videtur ars pecuniæ quærendæ maxime in numo verſari, & eius eſſe munus, vnde maxima vis pecuniæ ſuppetat, videre ac diſcipere poſſe. Exiſtimatur enim diuitiarum

tiarum

tiarum & pecuniarum cauſa efficiēs eſſe. Diuitias n. ſæpenumero ſtatuunt nummorum multitudinem, propterea quod ars pecuniæ quærendæ, & mercatura cauponaria in hac re verſentur. Interdum vero contra nugatorium quiddam videtur eſſe numus, & lege prorſus conſtare, nullus autem natura: quia vbi qui eo vtuntur, eum immutarūt, nihil eſt, neque ad vllam rem neceſſariam parandam eſt vtilis; & ſæpe euenire poteſt, vt is qui numis circumfluit, reb. ad victum neceſſariis egeat. Atqui abſurdum eſt taleis eſſe diuitias, quibus qui abundat, fame periturus eſt: quemadmodum & Midam illum fabulantur, cum omnia, quæ ei apponebantur, propter optatum inexplebile, aurea fierent. Quocirca alias quęrunt diuitias aliamque pecuniæ quærendæ rationem: & merito quęrunt. Alia.n. pecuniæ quærendæ ratio eſt, aliaque diuitiæ: nempe naturæ congruentes & conſentaneæ. Atq; hæc quidem ad rationem rei familiaris tuendæ pertinet: illa autem cauponaria eſt, quæ pecuniæ effectrix eſt nō omnimodo, ſed pecuniæ permutatione: & videtur hæc in numo verſari. Numus.n. elementum & extremum eſt permutationis. Infinitæ igitur ſunt hæ diuitiæ quæ ab hac pecuniæ quærendæ ratione proficiſcuntur. Quemadmodum.n. medicina ſanandi cupida eſt vſq; in infinitum: & vnaquæque ars finem ſuum expetit in immenſum: quam maxime enim illum conſequi & efficere vult. Ea autem quæ ad finem pertinent, non perſequitur infinite. Omnibus enim artibus, finis eſt extremum. Ita & huius rationis pecuniæ quærendæ finis nullum habet extremum

mum:na

Digitized by Google

mum. Ita & huius rationis pecuniæ quærendæ finis nullum habet extremum. Eius autem rationis finis ſunt tales diuitiæ, & pecuniarum poſſeſſio. Rationis autem tuendæ rei familiaris, non rationis pecuniæ quærendæ, aliquod eſt extremum. Non enim eſt hoc rationis tuendæ rei familiaris munus, rem augere. Quapropter huic quidem neceſſarius videtur eſſe omnium diuitiarum terminus. Sed in iis quæ in vita quotidiana fiunt, cõtrarium video vſuuenire. Omnes enim ii qui pecuniȩ quærendæ ſtudent, numum augent infinite. Cauſa autem huius rei eſt, earum inter ſe propinquitas & ſimilitudo. Alternat enim eiuſdem rei vſus, cum ſit vtriuſque rationis ad pecuniam quærendam pertinentis. Ad eundem enim pertinet rerum partarum poſſeſſio, verum non eodem modo: ſed huius quidem alius finis eſt, illius autem amplificatio. Itaque videtur quibuſdam hoc eſſe rationis tuendȩ rei familiaris munus: & in hac ſentẽtia perſeuerant, aut ſeruare, aut augere infinite rem numariam oportere. Cauſa autem huius affectionis eſt, quod viuendi ſtudio ducantur, non bene viuendi. Cum ſit igitur infinita cupiditas illa, ſit vt etiam efficientia vitæ voluptariæ infinita concupiſcant. Quicunque autem etiam ad bene viuendum curam ſuam conferunt, quærunt vnde ſuas cupiditates explere, & voluptatibus corporis perfrui poſſint. Itaque quoniam hoc in rerum partarum poſſeſſione ineſſe videtur, omnis eorum opera, atq; adeo tota ætas in pecunia quærẽda conſumitur: & propter hanc cauſam altera pecuniæ quærendȩ ratio introducta eſt. Nam cum fruendȩ voluptatis nullus ſit modus, rationem, quæ effi-

ciat

ciat immoderationem voluptatum fruendarum, conquirunt. Quod ſi per artem pecuniæ quærendæ comparare non poſſint, alia experiuntur via, vnaquaq; facultate ad quæſtum abeuntes. Fortitudinis enim eſt non pecuniam conficere, ſed fiduciam gignere: neq; artis imperatoriæ, aut medicinæ: ſed illius quidem victoriam, huius autem bonam valetudinem ſeu ſanitatem efficere. Homines autem has omneis virtutes ac facultates faciunt pecuniæ quærendæ rationes, proinde ac ſi hic ſit finis: ad finem autem omnia referri oporteat. De ratione igitur pecuniæ quærendæ tum non neceſſaria, quæ ſit, & quam ob cauſam eam requiramus: tum neceſſaria (hanc quidem eſſe ab ea diuerſam: eam autem, quæ ad rem familiarem tuendam pertinet, quæque in rebus ad victum neceſſariis parandis occupata eſt, eſſe naturæ conſentaneam, neq; vt illam, eſſe terminatam atque infinitam, ſed finitam ac terminatam) dictum eſt.

10. *Vtrum Quæſtuaria ad œconomiam pertineat, elucidat.*

PERSPICVVM autem eſt etiam illud de quo initio quærebatur, vtrum ars pecuniæ quærendæ ſit hominis ad rem familiarem adminiſtrandam apti, & viri reip. adminiſtrandæ periti, necne: ſed hoc oporteat ſuppetere ac præſto eſſe. Quemadmodũ enim homines non procreat ſcientia reip. adminiſtrandæ, ſed iis à natura acceptis vtitur: ita & victum natura ſubminiſtret oportet, nẽpe terra aut mare, aut aliud quippiam: quomodo autem hęc ſint procurãda & tractãda, ad parteis eius, q̃ rẽ domeſticã adminiſtrat ac ꝓcurat, pertinet. Nõ eſt enim

Digitized by Google

enim artis textoriæ lanam facere, ſed ea vti, & prę-terea qualis ſit bona & apta, qualisve mala atque inepta, cognoſcere ac iudicare. Etenim dubitare poſſit aliquis, quãobrem ars pecuniæ quærendæ quidem rei domeſticæ adminiſtrationis particula ſit, medicina aũt non ſit. Atqui bene valere oportet eos, qui domi ſunt: quemadm. viuere & aliud quidpiã neceſſarium. Quoniam autẽ aliquomodo eſt eius, qui rem domeſticam adminiſtrat, & eius qui ciuitati præeſt, etiã bonæ valetudinis ſuorum curam habere, aliquo modo non eſt, ſed medici: ſic & videre, vt pecunia ſuppetat, aliqua ratione eſt eius, qui rẽ familiarem tuetur atq; adminiſtrat, aliqua ratione non eſt, ſed artis miniſtræ & ſubſeruientis. Maxime aũt, quemadmodum ante dictum eſt, eam præſto eſſe oportet natura. Naturæ.n. munus eſt, victum ei, quod procreatum eſt, præbere. Omni.n. eius, vnde oritur, reliquum, victus eſt. Quare ea pecuniæ quærẽdæ ratio, naturæ conſentanea omnibus eſt, quæ eſt à fructibus & animalibus. Cum ſit autem ea duplex, quemadmodum diximus, & altera quidem ſit cauponaria altera ad rem familiarem tuendam pertinens: & hæc quidẽ neceſſaria ſit, & laudetur; illa aũt, quæ in permutatione numi conſiſtit, merito vituperetur (non.n. naturæ conſentanea eſt, ſed in ea alter ab altero lucrum aucupatur) optima ratione omnibus in odio eſt ratio fœneratrix, quod ab ipſo numo quæſtus fiat, & non ad quam rem paratus eſt vſurpetur. Permutationis enim gratia natus eſt: fœnus autem eum auget, & multiplicat. vnde etiam apud Græos hoc nomen reperit. (τόκος enim à pariendo, quod illi dicunt τίκτειν manauit:

& apud Latinos fœnus à fœtu.) Similia enim ſunt ea, quæ pariuntur, iis q̃ gignunt, & procreant. In fœnore autem, pecunia pecuniæ partus ac fœtus eſt. Quapropter maxime omnium quærendæ pecuniæ rationum abhorret hæc à natura.

11. *Quæſtuariæ Theoria explicata, de iis quæ ad Praxin eiuſdem faciunt, diſputat.*

QVONIAM autem, quæ ad cognitionem pertinent, ſatis explicauimus ac diſtinximus: quæ ad vſum referuntur, perſequi nos oportet. Omnia porro hæc huiuſmodi, cognitionem quidem & contemplationem habent liberalem, vſum vero atq; experientiam neceſſariam. Sunt igitur rationis pecuniæ quærendæ partes vtiles hæ primum vſu atq; experientia didiciſſe, quales res poſſeſſæ, ſint vtiliſſimæ atq; oportuniſſimæ, & vbi, & quomodo: verbi gratia, equorum aut boum, aut pecorum qualis ſit poſſeſſio, itemq; aliorum animalium. Oportet enim vſu didiciſſe, & quęnam horum inter ſe comparata ſint vtiliſſima, & qualia qualibus in locis: aliorum enim aliis in locis vbertas & proſperitas eſt. Deinde de agricultura cognouiſſe: & eaq; tum nuda, tum conſita: & de apum curandarum aliarumq; animantium aut aquatilium aut volatilium, ex quibus aliquid opis aut adiumenti conſequi licet, ratione. Artis igitur pecuniæ quærendæ, nobis coniunctiſſimæ maximeq; propriæ, hæ ſunt primæ partes, primaque primordia. Eius autem pecuniæ quærendæ rationis, quæ in permutatione poſita eſt, pars prima & maxima, eſt mercatura. Atque huius

Digitized by Google

partes ſunt tres, vna quæ fit nauibus: altera, quæ plauſtris aut iumentis: tertia, quæ ſine labore aut periculo vecturæ, iiſdem in locis, vbi merx nata eſt, factitatur, quam παρέστασιν vocant Græci. Differunt autem hæ inter ſe, quod aliæ ſint tutiores, minuſque periculoſæ, aliæ maiorem fructum ferant. Secunda pecuniæ quærendæ rationis pars, eſt fœneratio: tertia, operæ locatio, ſiue opera mercenaria. Huius autem duæ ſunt partes, altera artium ſordidarum, atque illiberalium: altera earum, quæ ſunt artis expertes, & corpore duntaxat vtiles ſunt. Tertia autem rationis pecuniæ quærendæ ſpecies, inter hanc & primam interiecta eſt. Habet enim & partem aliquam eius, quæ conſentanea naturæ eſt, & eius, quæ permutatione conſtat. Eam dico, quæ pecuniã è terra, atq; ex iis, quæ terra nata ſunt, quærit, fructu carentibus quidem illis, ſed tamen vtilibus: qualis eſt ſyluæ ſiue materiæ exciſio, & ars omnis, quæ ad metallorum effoſſionem pertinet. Hæc autem multa iam complectitur genera. Multæ enim ſunt eorũ, quæ è terra effodiuntur, rerum formæ, multæque ſpecies. De vnaquaque porro harum, dictum quidem eſt vniuerſe etiam nunc: ſubtiliter autem, & tenuiter ſingulas parteis perſequẽdo de iis diſputare, vtile illud quidem eſt ad operas & effectiones, ſed in eis immorari, ineptum ac putidũ. Sunt autem eæ operæ artificioſiſſimæ, in quibus minimũ fortunæ relictum eſt loci. Sordidiſſimæ vero, in quib. corpora maxime deformantur & corrũpuntur. Seruiliſſimæ porro, in quibus corporum plurimus eſt vſus. Ignobiliſſimæ denique, in qui-

quibus minimum præterea virtutis requiritur. Quoniam autem his de rebus à nonnullis ſcriptum eſt, vt Charetide Pario & ab Apollodoro Lemnio de agricultura tum nuda, tum conſita ac veſtita, itemque ab aliis de aliis: hæc quidem ex his cognoſcat, cui ea ſcire curæ eſt. præterea vero etiam quæ diſperſæ dicuntur, quibus aliqui pecuniæ quærendæ ſtudentes, rem ſuam bene & ex ſententia geſſerunt, ea colligere oportet. hæc enim omnia iis vtilia ſunt, qui ſtudium pecuniæ quærendæ magnifaciunt. Cuiuſmodi eſt etiam illud Thaletis Mileſij (nam hoc inuentum quoddam acutum eſt ad pecuniam parandam accommodatum. quanquam illi quidem id propter ſapientiam attribuunt: veruntamen aliquid eſt vniuerſe fortaſſe præceptum.) Cum enim ei paupertatem vitio verterent atque exprobrarēt, tanquam ſapientiæ ſtudium inutile ſit: aiunt eum cum ex aſtrologia intellexiſſet olearum vbertatem fore, hyeme nondum exacta, paucorum nummorum copia inſtructum, omnia olei conficiendi loca & quæ Mileti, & quæ in Chio eſſent, datis arrhabonibus paruo conduxiſſe, quippe cum licitator nullus, qui mercedem augeret, exſtitiſſet. Vbi autem tempus venit, cum multa ſimul & ſubito quærerentur, illis ſuo arbitratu, & quanti vellet elocatis & traditis, multis pecuniis coactis, oſtendiſſe, facile eſſe philoſophis, ſi velint, diteſcere: ſed hoc non eſſe, in quod ſtudiū ſuum cōferunt. Thales igitur hoc modo dicitur ſapientiæ ſuæ ſpecimen edidiſſe. Eſt autem, quemadmodum diximus, vniuerſe hoc tale genus ad pecuniam facien-

Digitized by Google

dam accommodatum, ſi quis poſſit ſibi vni ſingularem vendendi facultatem conciliare. Quare & nonnullæ ciuitates hac ſibi viam ad pecuniam parandam, cum eius indigent, muniunt. Aſſequuntur enim, vt ſigularem rerum venalium vendendarum facultatem ſolæ habeant. In Sicilia autem quidam numis apud eum conditis ac poſitis ferrum omne ex ferrariis officinis conuertit & coemit. Poſtea vbi ex mercatibus conuenerunt mercatores, ferrum omne ſolus vendebat, non ita immoderate aucto precio: verumtamen talentis quinquaginta expenſis, centum lucrifecit. Quod cum audiſſet Dionyſius, pecuniæ quidem ſecum exportandæ ei poteſtatem fecit, verum Syracuſis eum amplius manere vetuit, tanquam qui vias pecuniæ faciendæ reperiſſet ſuis rebus ac rationibus inutileis. Thaleti tamen, & huic, de quo proxime locuti ſumus, idem propoſitũ fuit, quod intuerentur ac ſpectarent. Vterque enim callide excogitauit & machinatus eſt, quo pacto ſolus vendendi poteſtatem haberet. Vtile autem eſt hæc cognoſcere ciuitatum rectoribus. Multis enim ciuitatibus opus eſt pecuniæ faciendæ ratione, & talibus rei numariæ facultatibus, quemadmodum & domui: atque adeo magis. Quapropter nonnulli ex iis, qui ciuitates regunt ac moderantur, hæc duntaxat in republ. adminiſtranda prouident, ac procurant.

12. *De reliquis duabus ſocietatibus domeſticis, Coniugali & Patria, agit.*

QVONIAM autem treis parteis rationis tuendæ rei familiaris eſſe diximus: vnã rationem heri-

herilem, ſeu ad imperium domini in ſeruos pertinentem, de qua antea dictum: alteram, patriam, quæ ſpectat ad auctoritatem patris in liberos: tertiam, nuptialem, quæ refertur ad principatum viri in vxorem. Etenim vir in vxorem, & in filios imperium habet: atque in vtroſque ſane vt in perſonas liberas, verum non eodem genere imperii: ſed in vxorem quidem ciuiliter; in filios vero, regie. Nam & mas ad principatum obtinendum aptior eſt, quam fœmina, natura: niſi forte ita comparatus eſt, vt à natura deſciuerit. & natu grandior, & iam adultus, atque ætate corroborata, quam iunior & adoleſcens ætate immatura. In ciuilibus igitur magiſtratibus mutatur atq; alternat id, quod imperat, & quod imperio paret. Ciuis enim æqualis debet eſſe natura, nihilque differre. Veruntamē cum aliud imperat, aliud imperio paret, poſtulant, vt inter ſe differant & veſtitu, & ſermonibus, & honoribus: quemadmodum is, quem habuit Amaſis de vaſe, in quo lauabantur pedes, ſermo declarat. At mas ad fœminam ſemper hoc modo ſe habet. Imperium autem in liberos eſt regium. Nam quod procreauit, tum amoris abundantia, tum temporis antiquitate debet imperare: quod eſt regii imperii genus. Quocirca præclare Homerus Iouem hoc nomine appellauit his verbis:

——*hominum pater atque deorum.*

qui horum omnium rex eſt. Regem enim natura quidem differre oportet, ſed genere eundem eſſe: quod accidit, grandiori natu cum eo, qui iunior ſit, comparato: & ei qui procreauit, cum filio.

13. *Forma Societatum domeſticarum, Virtus ſcilicet œconomica, declaratur.*

PERSPICVVM igitur eſt, domus adminiſtrationem plus ſtudii ponere, maioremq; diligentiam adhibere debere in hominib. quam in inanimorum poſſeſſione:& in horum virtute, quam in poſſeſſiōis, quas diuitias appellamus: & in liberis, quam in ſeruis. Primum igitur de ſeruis dubitare poſſit aliquis, ſitne ſerui virtus aliqua alia præter eas, quæ ad inſtrumenta,& quæ ad miniſteria pertinent,his honoratior: verbi gratia, temperantia, & fortitudo, & iuſtitia, & aliquis ex aliis talibus habitibus.an vero nulla ſit, præter miniſteria ad corpus pertinentia. Dubitationē porro habet, vtrumcunque dixeris. Nam ſiue eſt, quid ab liberis differens; ſiue non eſt,cum ſint homines, & rationis participes,dictu abſurdum eſt. Propemodum autem idem eſt, quod quæritur in vxore & filio, vtrum etiam horum ſint virtutes, oporteat ne vxorē eſſe tēperantem,& fortē,& iuſtam: & vtrum puer ſit intēperans, & tēperans necne.Et vniuerſe igitur h.e. cōſiderandum de eo,qui paret imperio natura, & eo qui præeſt atque imperat, vtrum ſit eadem vtriuſq; virtus, an alia. Nam ſi vtrumq; oportet præſtātis probitatis eſſe participem, quamobrem oporteat modis omnibus & perpetuo hūc præeſſe,ille imperio ſubiectum eſſe? Neque enim fieri poteſt, vt eo inter ſe differant quod magis & minus probitatis ſint participes. Parere imperio enim,& imperare,ſpecie differunt:magis&minus autem nihil ſpecie differunt. Quod ſi alterum quidem probitatis eſſe participem oportet, alterum

rum non oportet: dictu mirum. Nam ſiue is, qui debet imperare, non erit temperans & iuſtus, quomodo bene imperabit? ſiue qui imperio ſubiectus eſſe debet, non erit, quomodo imperio bene parebit? Cum ſit enim intemperans & nequam, nihil faciet eorum, quæ facere conuenit. Perſpicuum igitur eſt, neceſſario vtrumq; virtutis participem eſſe debere: ſed eius eſſe quaſdam differentias: quemadmodum ii, qui præſunt natura, & ſubiecti ſunt imperio natura, inter ſe differũt. Atque hoc ſtatim in anima promtum atq; explicatum eſt. In ea enim alterum eſt, quod præſit natura: alterum, quod imperio ſubiectum ſit, quorum virtutes diſpares inter ſe ac diſſimileis eſſe dicimus, videlicet eius, quod rationis eſt compos: & eius, quod rationis expers eſt. Licet igitur intelligere ita rem ſe habere etiam in aliis. Quare complura imperant natura, & imperio parent. Alio.n. modo liber ſeruo præeſt, & mas fœminæ, & vir puero. & in omnibus inſunt animi particulæ: ſed diſſimili modo inſunt. Seruus enim omnino & vniuerſe non habet conſultandi facultatem: fœmina habet illa quidem, ſed irritam & imbecillam: puer habet illã quidem, ſed imperfectam. Similiter igitur & in virtutibus moralibus rem ſe habere neceſſe eſt: atq; exiſtimandum eſt, omneis quidem earum participes eſſe oportere, verum non eodẽm modo, ſed quãtum quiſq; poſtulat ad munus ſuum obeundum. Quapropter eum quidem, qui præeſſe debet, virtute morali pfecta præditũ eſſe oportere (is. n. munere fungitur ſimpliciter & abſolute, q aliis pcipit ac pſcribit q faciant: ratio

autem præcipiendi & præſcribendi ius obtinet) aliorum vero vnumquemque tanta, quanta in eos cadit, quantaque ad eos peruenire poteſt. Itaque perſpicuum eſt, ad eos omneis, qui à nobis dicti ſunt, virtutem moralem petinere: neque eandem mulieris & viri eſſe temperantiam, neq; fortitudinem, neque iuſtitiam, quemadmodum putabat Socrates: ſed hanc quidem eſſe ad imperandum accommodatam, illam ad parendum ac miniſtrandum. Similiter porro ſe res habet & in aliis. Hoc autem iis erit in promptu & patebit, qui ſingulatim potius, & in partibus rem conſiderabunt. Nam qui vniuerſe dicunt, virtutem eſſe bonum animi habitum, aut rectam rationem, aut aliquid tale, ij ſe ipſi fallunt. Multi enim, qui virtutem enumerant, quemadmodum Gorgias, melius dicunt, quam qui hoc modo definiunt. Quapropter exiſtimare oportet, quemadmodum de muliere dixit poeta, item rem ſe habere de omnib.

——*affert decus omni fœminæ ſilentium:*

Sed non iam hoc idem viro conuenit. Quoniam autem puer imperfectus eſt, huius virtus ſcilicet non in ipſo ad ipſum relata cernitur, ſed ad perfectum, ſeu adultum, & eum, qui ei præfectus & cuſtos appoſitus eſt: itemque virtus ſerui ad dominum refertur. Poſuimus autem, ſeruum ad res neceſſarias eſſe vtilem. Ex quo intelligere licet, ei exigua virtute opus eſſe: nimirum tanta, quanta fretus neq; propter intemperantiam, neq; propter ignauiam munus ſibi à domino aſſignatum defugiat, aut minus cumulate expleat. Dubitare autem poſſit aliquis, ſi id, quod à nobis eſt dictum, verum

eſt,

eſt, vtrum etiam artifices virtute præditos eſſe oporteat, necne. Sæpenumero enim propter intemperantiam minus accurate munus ſuum explent. An plurimum inter hos intereſt? nam ſeruus quidem vitę ſocius eſt: ille autem diſtat longius, & tantum ad eum virtutis attinet, quantum & ſeruitutis. Nam ſordidus & liberalis artifex definitam & terminatam quandam ſeruit ſeruitutem. Tum ſeruus ex eorum numero eſt, quæ natura conſtant. At nullus ſutor, neque quiſquam alius artifex, natura eſt artifex. Perſpicuum igitur eſt, talis virtutis affectorem & cauſam ſeruo dominum eſſe oportere: non quenquam, qui habeat ſcientiam quandam herilem, ad docenda munera ſeruilia accommodatam. Quapropter non recte dicunt qui ſeruos ratione ſpoliant, & domini præceptum ſequi, nihil præterea, fatentur. Monendi enim ſunt ſerui, multo magis, quam filii. Sed hæc quidē hoc modo diſtincta atq; explicata ſint. De vxore autem & viro, de liberis & patre, & cuiuſq; eorum virtute, & quo modo aliter cum altero verſari & congredi debeat: quid pulcre, quid non pulcre fiat: & quo pacto virtutem quidē perſequi atq; expetere, vitium autem fugere atq; aſpernari oporteat, in eis, quæ ad rerumpubl. formas pertinent, neceſſe erit diſputare atque explicare. Quoniam enim domus quidē omnis, pars ciuitatis eſt: hæ autem domus partes: partis autem, virtutem ad totius virtutem intueri oportet: neceſſe eſt magiſtratus ad ciuitatis ſtatum intuenteis, pueros & mulieres erudire, ſiquidem aliquid refert ad id, vt ciuitas bona & bene morata ſit, tum pueros bonos eſſe tum mulieres bonas. At neceſſario refert.

Nam mulieres quidem hominum liberorum pars dimidia ſunt. Ex pueris vero participes & ſocij fiũt reip. & ciuitatis adminiſtrationis. Quare quoniã de his quidem explicatum ac diſtinctum eſt, de reliquis autem in aliis libris dicendum eſt: omiſſa hac diſputatione tanquam abſoluta, atque ad finem perducta, aliud dicendi initium faciamus: & primum eorum qui aliquid de optimo reip. adminiſtrandæ genere dixerunt aut tradiderunt, ſententiam videamus.

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. II.

CAP. I.

De ciuitatis forma, de ipſa ſcil. conſtitutione, acturus, aliorum opiniones de reip. optima conſtitutione primum explicandas proponit.

QVONIAM conſilium atque inſtitutum noſtrum eſt, de ſocietate ciuili conſiderare, q̃nam ſit omnium optima iis, q poſſunt q̃ maxime ex ſentẽtia viuere: oportet nos ẽt alias reip. adminiſtrãdæ formas inſpicere, & quib. vtuntur nonnullæ ciuitates, quæ bene moratæ, boniſq; legib. temperatæ dicantur, & ſi quæ forte aliæ, aut ab aliquibus dictæ ſint, aut videantur eſſe bonæ: primum vt & id, quod rectum & id, quod vtile eſt, ſit in promptu, atque in oculis omnium poſitum; deinde vt aliquid ab iis diuerſum quærere, non prorſus hominum ſapientiã, & ingeniũ ſuum oſtentare volentium eſſe videatur: ſed propterea quod hæ, quæ

quæ nunc ſint, minus bonæ ac rectę ſint, iccirco hanc diſputationem ſuſcepiſſe atq; inſtituiſſe videamur. Sumendum autem initium eſt, quod eſt huius diſputationis maxime propriũ natura. Neceſſe igitur eſt, aut ciueis omneis omnium rerum eſſe participeis ac ſocios, aut nullius, aut quorundam eſſe, quorundam non. Atque vt nullius quidem rei inter eos ſit, communio fieri non poſſe in promtu eſt. Ciuitatis enim aut reip. adminiſtrandæ ratio, quam politiam Græci nominant, ſocietas quædam eſt. Ac primum ſane neceſſe eſt, loci inter eos eſſe communionem. Locus enim vnius ciuitatis vnus eſt. At ciues vnius vrbis ac ciuitatis participes & ſocii ſunt. Sed vtrum præſtat, quorumcunq; communitas eſſe poteſt, ea omnia eſſe cõmunia in ea ciuitate, quę ſit bonis inſtitutis vſura, ciueiſque bonos ac beatos habitura, an aliqua eſſe, aliqua nõ eſſe, melius eſt? Fieri.n.pŏt, vt liberi, & vxores, & poſſeſſiones ſint ciuibus inter ipſos communes, quemadmodum in reip. adminiſtrandæ forma Platonis. Ait enim ibi Socrates, oportere liberos, & vxores, & rei familiaris facultates ac fortunas eſſe communeis. Hoc igitur vtrum, vt nunc vſurpatur, ita eſſe melius eſt, an ad legem in libris Platonis de legibus ſcriptum accommodate?

2. Opinionem Platonis de reipubl. optima conſtitutione, primam, libris decem de repub. comprehenſam examinat: & vxorum & liberorum communitatem, per quam ciuitatis vnionem introducere conabatur, per ἔνστασιν impugnat.

CVM

CVM multas autem alias habeat difficultates vxorũ inter omneis ciueis communitas, tum id, propter quod ait Socrates oportere huiuſmodi legem eſſe latam, non efficitur, neque euenit ex rationibus. Præterea eum finem, quem ait ciuitatibus propoſitum eſſe oportere, quemadmodum nunc quidem dictum eſt, hoc inſtitutum nullo modo peruenire poteſt Quomodo autem hoc ſit diſtinguendum, quove modo intelligendum, nihil eſt definitum, neque explicatum. Dico autem, vnam eſſe totam ciuitatem, proinde quaſi res ſit longe optima. Hoc.n.ſupponit, & à ſe ſuppoſitum ſumit Socrates. Atq; perſpicuum eſt, ciuitatem lõgius progreſſam, & magis ac magis vnã effectam, ne ciuitatem quidem futuram. Multitudo enim quædam eſt ciuitas natura. Quod ſi magis fiat vna: & ex ciuitate domus, & ex domo homo exiſtet. Domum enim magis vnam, quam ciuitatem: & hominem magis vnum, quam domum, dixerimus. Itaque quamuis poſſit aliquis hoc efficere, non eſt faciendum tamen. Ciuitatem enim tollet funditusque delebit. Non enim ſolum ex pluribus hominibus conſtat ciuitas, verum etiam ex hominib. ſpecie, id eſt, ordine & fortuna & inſtituto vitæ differentibus. Nam non fit ciuitas ex ſimilibus. Aliud.n.eſt belli ſocietas, aliud ciuitas. illa enim magnitudine & numero vtilis eſt, etiam ſi ſpecie ſit eadem. Auxilii.n.cauſa belli ſocietas cõparata eſt natura: quemadmodum ſi maius pondus plus trahat atq; auferat. Tali autem re differet & ciuitas à gente, vbi vnius gentis multitudo non per vicos diuiſa erit, ſed Arcadum more diſperſa.

perſa. Ex quibus autem rebus vnum fieri oportet, eæ res ſpecie inter ſe differunt. Quapropter æqualitas mutua & reciproca ciuitates tuetur & cōſeruat incolumeis, quemadmodum in libris de moribus antea dictum eſt. quoniam & in liberis hominibus atque æqualibus neceſſe eſt hoc ineſſe. Fieri enim non poteſt, vt ſimul gerant magiſtratus, ſed aut ſinguli annuos, aut alios quodam ordine aut tempore. Atque hoc modo euenit, vt omnes reipub. præſint, gerantque magiſtratum: quemadmodum ſi ſutores & fabri inter ſe alternarent, & non ſemper ſutores eſſent, & fabri. Quoniam autem præſtat artifices omneis ita eſſe, vt ſunt: in iis quoque quæ ad ſocietatem ciuilem pertinēt, nimirum ſatius eſt, eoſdem ſemper præeſſe, ſi fieri non poteſt (quia omnes ſunt æquales natura) ſimulque quia iuſtum (ſiue bonum ſiue malum ſit reip. præeſſe, & magiſtratum gerere) omneis eius eſſe participeis: apud eos præſtat viciſſitudinem imitari, vt æquales viciſſim cedant nouis magiſtratibus, ſimiliter atque ii, qui initio præfuerunt, aliis conceſſerunt. alii enim gerunt magiſtratum, alii parent viciſſim, veluti alii facti. Ad eundem igitur modum eorum qui reip. præſunt, alii alios magiſtratus gerunt. Licet igitur ex his intelligere, neque ciuitatis naturam ferre, vt ita fiat vna, quemadmodum dicunt quidam: & id quod ab illis quam maximum bonum in ciuitatibus dictum eſt, ciuitates perdere ac delere. Atqui cuiuſque rei bonum vnamquamq; rem conſeruat. Perſpicuum etiam ex alia ratione eſt, ſtudere ciuitatē plus nimio vnā facere, non eſſe vtilius. Domus.n.
res

res quædam eſt ſuis ipſa copia magis contenta, quam homo vnus: ciuitas quam domus. Et vero videtur tum demum proprie ciuitas eſſe, cum euenit, vt multitudinis ſocietas ſuis ipſa opibus & copiis cumulata atque contenta viuat. Si igitur quod ſuis ipſum opibus magis contentum eſt, optabilius eo eſt, quod eſt minus: ergo & quod minus eſt vnum, eo quod eſt magis, optabilius eſt.

3. Eandem per ἀντιπαράστασιν *eneruat.*

NEQVE porro ſi demus hoc eſſe optimum, ſocietatem eſſe quam maxime vnam, hoc ea ratione videtur demonſtrari, ſi omnes ſimul dicant meum, & non meum. Hoc enim ſignum atq; argumentum eſſe putat Socrates, ciuitatem perfecte eſſe vnam. Nam vox *Omnes*, duobus modis intelligi poteſt. Si igitur ita accipiatur, vt ſinguli ſeu vnuſquiſq;, fortaſſe magis id fuerit, quod vult efficere Socrates. Vnuſquiſque enim filium ſuum dicet eundem, & vxorem ſuam, eandem: & de facultatibus ac fortunis, deque iis quæ hominibus euenire ſolent, ſimiliter ſentiet. Nunc autem non ita dicent, qui communibus vxoribus & liberis vtuntur: verum omnes quidem dicent, ſed non ſinguli: itemq; rem familiarem omnes quidem ſuam eſſe dicent, ſed non vnuſquiſque eorum ſingulatim: Eſſe igitur fallacem ratiocinationem in voce *Omnes*, apparet. *Omnes* enim & *vtrumque*, & *paria & imparia ſunt*; propterea quod dupliciter dicuntur: & in diſputationibus ac ſermonibus rationes gignunt litigioſas ac fallaceis. Quapropter omnes idem dicere, eandemq; vocem mittere, vno quidem modo præclarum eſt, ſed non eſt fas: altero

altero autem modo nihil valet ad concordiam conciliandam. Præterea aliud malum ineſt in eo, quod à Socrate dicitur. nam quod plurimorum commune eſt, in eo procurando minima diligentia adhibetur. Rerum enim propriarum maximã curam habent; communium aut minorem, aut quanta ad quemq; attinet. Nam præter alias cauſas, eo ſunt in rebus communibus negligentiores, quod eas aliis curæ eſſe exiſtiment, quemadmodum euenire ſolet in miniſteriis vernalibus ac ſeruilibus. Multi enim famuli interdum deterius famulantur ac miniſtrant, q̃ pauciores. Fiunt autem vnicuiq; ciui mille filii: atq; hi non vt cuiuſq; filii ſunt, ſed cuiuslibet quilibet filius eſt. Itaq; omnes ſimiliter liberos negligẽt. Præterea vnuſquiſq; ciuẽ ſiue bene rẽ ſuã gerentẽ ſiue male gerẽtẽ, quotuſcunq; numero ſit, filium ſuum eſſe dicit, verbi gratia, hic filius meus, aut illius, aut illius eſt: atq; hoc modo appellat vnũ quemq; ex mille ciuibus, aut quotquot ciuib. conſtat ciuitas: idq; dubitans & heſitans. Obſcurum.n.eſt, cui acciderit, vt procreatus ab eo ſit filius: & cum procreatus eſt, fuerit ſeruatus. Atqui vtrum melius eſt ita meum dicere vnumquemq; idẽm appellanteis, quod ſit vnũ de duobus hominum millib. aut de decies mille hominibus, an potius vt nunc in ciuitatibus meum dicũt? Alius.n. filium ſuum, alius fratrẽ ſuum, eundem appellat, alius patruelẽ, ſeu conſobrinũ, aut alio quodã cognationis ſeu propinquitatis nomine, vel ex ſanguine, vel ex alia coniũctione & affinitate primũ ſua, deinde ſuorũ. Pręterea aliũ curialẽ aut tribunalẽ. Satius eſt.n. aliquẽ mihi primum

ac

ac proprium conſobrinum eſſe, quam hoc modo filium. Verumtamē ne hoc quidam effugi poteſt, quin nonnulli exiſtiment ſuos fratres eſſe,& filios & patres,& matres. Ex ſimilitudinib. enim filiorū cum parentib. neceſſe eſt eis fidē fieri mutuæ cognationis ac propinquitatis. Quod etiã fatentur quidam eorum, qui terræ circuitus ſtudioſe tractant, euenire. Eſſe enim quibuſdam ſuperius Libyæ gentibus communeis vxores tradiderunt: filios porro natos diuidere inter ſe ex formarum ſimilitudinib. Sunt aūt nonnullæ etiam aliarum animantium fœminæ, vt equæ & vaccæ, quæ valde ſimileis patrib. edere ſolent ſuapte natura: quemadmodum equa illa Pharſalica, quæ Iuſta appellata eſt.

4. *Multa inſuper alia incommoda communionem vxorum & liberorum ſequi, oſtendit.*

PRÆTEREA etiam huiuſmodi incommoda & difficultates non eſt facile vitare iis, qui hanc communitatem comparant: ver. gr. verbera contumelioſa, & cædeis, alias inuite admiſſas, alias ſponte, & maledicta: quorū aliquid fieri in patres & matres, & eos qui non longe abſunt à cognatione & cōmunione ſanguinis, nefarium eſt, non itcm in eos qui longius remoti ſunt. Quin ēt neceſſe eſt huiuſmodi facinora eſſe crebriora, apud eos q inter ſe ignorāt, quam apud eos qui inter ſe noti ſunt. Et cum amiſſa ſunt apud eos quidem, qui inter ſe noti ſunt, natura rerum fert, vt expiationes & ſatisfactiones vſitatæ, legibuſq; ac morib. receptæ fiant: apud eos vero, qui inter ſe ignoti ſunt, nulla. Abſurdum eſt, eum qui filios fecit commu-

communeis, concubitum ſolum amantibus ademiſſe: neque amādi licentiam, & alios vſus, aliaſq; conſuetudines patri cum filio, fratriq; cum fratre & ſorore, omnium maxime indecoras, quoniam & amare ſolū turpiſſimum eſt, vetuiſſe ac prohibuiſſe. abſurdum illud quoq; cōcubitum quidem abſtuliſſe nullam aliam ob cauſam, quam quod acris & valida ex re venerea naſcitur voluptas: vtrum aūt hic ſit pater, aut filius, necne, vtrū hi fratres inter ſe, necne, nihil referre exiſtimaſſe. Videtur porro expedire, agricolis potius communeis eſſe inter ipſos vxores & liberos, quā cuſtodibus. Minus enim contrahetur inter eos amicitia, ſi cōmunes ſint liberi & vxores. At taleis oportet eſſe eos, qui imperio ſubiecti ſunt, vt pareāt magiſtratibus, & ne rebus nouis ſtudeant. Omnino autem neceſſe eſt contrarium earum rerum, quarum effectrices conuenit, eſſe leges recte conſtitutas, contrariumque eius cauſæ, propter quam cauſam Socrates putat oportere ea, quę ad liberos & vxores pertinent, ita eſſe dicenda ac ſtatuenda, ex tali lege euenire. Nam & amicitiam, bonorum maximum eſſe ciuitatibus arbitramur. Sic enim ad ſeditionem faciendam minime impellantur: & ciuitatem eſſe vnam maxime laudat Socrates: quod & videtur, & ille dicit eſſe amicitiæ munus, quēadmodum in ſermonibus amatoriis ſcimus dicere Ariſtophanem, amanteis, propterea quod vehementer amant, cupere coagmētari & coaleſcere, & ambos ex duobus vnū effici. Neceſſe igitur eſt, hic quidem vel ambos, vel vnum interiiſſe: in ciuitate vero amicitiā quaſi nimia aqua dilutam

Digitized by Google

eſſe, propter talem cōmunicationem: minimeq; dicere aut meum filium, patrem: aut meũ patrem, filium. Quemadmodum enim exiguum dulce ad multam aquam admixtum, temperationem efficit incognitam, & ſub ſenſum non cadentē: ſic euenit, vt propter coniunctionem & propinquitatem mutuam ex his nominibus proficiſcētem, minimam curã habeat in tali reip. adminiſtrandæ forma, aut pater tanquam filiorum, aut filius tanquam patris, fratres tãquam fratrum: cum ſit hoc tamen neceſſarium. Duo enim ſunt, quę homines ad curandum atq; amandum maxime impellunt, proprium aliquid eſſe, & vnicum: quorum neutrum iis ſuppetere poteſt, qui in rep. ita inſtituta verſantur. Iã vero de filiis, qui naſcuntur, aliis quidem ab agricolis & opificibus ad cuſtodes, aliis aũt à cuſtodibus ad opifices transferendis, magnã habet confuſionem ac perturbationem, quonam modo hoc ſit futurũ. Tum neceſſe eſt eos qui tradunt ac transferunt, quib. quos tradant nō ignorare. Præterea quæ iam pridem dicta ſunt, in his magis eueniant neceſſe eſt, nēpe inhoneſta & cōtumelioſa verbera, amores, cædes. Non.n.amplius fratres, & liberos, & patres, & matres appellant ii, qui aliis ciuibus traditi ſunt, puta cuſtodib. neq; rurſus ij, qui apud cuſtodes nati ſunt, aliis ciuibus traditi: vt vereantur aut caueant, ne quid tale admittant propter cognationem. De liberorum igitur & vxorum communione, hoc modo diſtinctum atque explicatum.

5. Platonicæ reip. communionem patrimoniorum impugnat: diuiſionem quinetiam Ciuium in certas claſſes.

Se-

SEquitur deinceps, vt de ciuiũ bonis ac faculta-tib. rei familiaris videamus, quomodo eas cõſtitui oporteat iis, qui optima reip. adminiſtratione vſuri ſunt, vtrũ cõmuneis, necne. Poſſit aũt hęc aliquis ẽt ſeorſum ab iis, quæ ſunt de liberis & vxorib. lege Socrat. ſancita, cõſiderare: ea dico, quæ ad facultates & fortunas pertinent: vtrum etiã ſi propria & ſeparata ſint illa de vxoribus & liberis, quemadmodum nunc ſunt apud omneis, poſſeſſiones & vſum fructum communeis eſſe melius ſit, ver. gr. agros & fundos ſeorſim poſſideri, fructus autem in commune collatos conſumi (quod nonnullæ nationes faciunt) an contra agros quidem eſſe cõmuneis & arari communiter, fructus autem diuidi ad proprios cuiuſque vſus (dicuntur autem nonnulli barbari etiam hoc modo inter ſe res cũmunicare) an & fundos, & fructus eſſe cõmuneis. Si igitur alii ſint, qui agros colant, alius modus fuerit, iſq; facilior atque expeditior. ſin ipſi ſibi colant, & laborẽ perferant in iis, quæ ad agros & cæteras poſſeſſiones pertinãt, plureis hoc afferat difficultates. Nã cum in fruendo, & in opere faciendo, laboreq; ſufferendo nõ eſt æqualitas, ſed inæqualitas: neceſſe eſt criminationes & querelas oriri aduerſus eos, ꝗ fruuntur quidẽ multis, aut percipiũt multa, paruos aũt labores capiũt ab iis, qui pauciora quidem percipiunt, plureis autem labores ſufferunt. In ſumma, cum vna viuere, & rerum omnium humanarum cõmunionem habere difficile ſit, tum maxime talium. idq; declarant eorum qui vna peregrinantur, communitates, propemodum enim plurimi diſſidentes de rebus ante pedes poſitis, & paruis, graueis inter

ſe offenſiones atq; inimicitias ſuſcipiunt. Præterea vero in eos famulos maxime offendimur, quorũ operis ad miniſteria vſitata & quotidiana plurimum vtimur. Bonorum igitur, quæ à quoq; poſſidentur, communicatio & has & alias habet difficultates. Quomodo autem nunc viuitur, hoc ſi & bonis moribus ornatum, atq; in ordinem adductum, & rectis legibus temperatum fuerit, non paulo præſtiterit. Habebit enim id, quod ex vtroque proficiſcitur, commodi. Commodum autem ex vtroq; proficiſcens dico, & quod ex bonorum communione, & quod ex proprietate oritur. Oportet enim bona quodam modo eſſe communia ſimpliciter & vniuerſe propria. Curationes enim bonorum diuiſæ, criminationes & querelas inter eos non gignent: ſed potius illa amplificabuntur & creſcent vnoquoq; tanquam rei propriæ affixo atq; incumbente. Propter virtutem vero ad vtendi facultatem, *bona*, vt eſt in prouerbio, *amicorum erunt communia*. Cum autem etiam nunc in quibuſdam ciuitatibus huiuſcemodi conſuetudinis informata deſcriptio, quaſi hoc non fieri non poſſit: tum vero maxime in vrbeis celebreis & ciuitates, quæ bene gubernantur, partim huiuſcemodi viuendi conſuetudo introducta eſt, partim introduci poſſit. Proprio enim quiſque & priuato iure bono poſſidens, partim ea commendat amicis, partim iis vtitur, vt communibus: exempli gratia, etiam Lacedæmne & ſeruis vtitur alter alterius, pene dicam, vt ſuis: & præterea equis, & canibus, & viatico, ſi quis forte in agris inanis & minus inſtructus opprimatur. Perſpicuum igitur eſſe commodius ac pręſtabilius, bona quidem eſſe propria,

vſum

vſum autem eorum communem. Quomodo autem ciues ſi animati reddi poſſint, hæ ſunt partes latoris legum. Præterea nemo dicendo conſequi poſſit quantum referat ad voluptatem, exiſtimare aliquid eſſe proprie ſuum. Non enim fruſtra ipſe erga ſe amicitiam vnuſquiſq; gerit ſed hoc à natura eſt inſitum. Eſſe autem ſui amantem, quæ Gręci φίλαυτον εἶναι dicunt, merito vituperatur. At non eſt hoc ſeipſum amare, ſed magis, quã oporteat, amare: quemadmodum pecuniæ eſſe amantem. Namque amant fere omnes vnum quidque talium rerum. Verumtamen munificentiam conferre in amicos, eiſq; opem ferre aut hoſpitibus aut ſodalibus iucundiſſimum eſt: quod tum fit, cum bona proprie à ſingulis poſſidentur. Hæc igitur iis non contingunt, qui ciuitatem nimis vnam faciunt. Et præterea duarum virtutum munera perſpicue tollunt, quod ad vxores quidem attinet, temperantię honeſta enim actio eſt, ab ea quæ aliena eſt, propter temperantiam ſe abſtinere: quod ad fortunas autẽ, liberalitatis. nam neq; apparebit quis ſit liberalis, neq; vllam actionem expromet liberalem. In vſu enim bonorum quæ poſſidentur, liberalitatis munus ſitum eſt. Huius igitur legis rogatio ſpecioſa quidem, & humana videri poſſit. Nam qui eam audit, libenter & cupide amplectitur atq; approbat, exiſtimans admirabilem quandam omnibus inter omneis amicitiam futuram: pręſertim vbi quis mala quæ nunc ſunt in his reip. adminiſtrãdæ formis, accuſet, quaſi ex eo naſcantur, ꝙ nõ ſint omniũ ciuiũ facultates communes: dico autem literis & controuerſias inter ipſos de rebus contractis, & falſorum teſtimoniorum iudi-

cia, & diuitum aſſentationes: quorum nihil fit propterea quod bonorum non ſit communicatio, ſed propter improbitatem. Nam etiam eos qui bona communiter poſſident, atque inter ſe communicant, multo magis inter ſe diſſidere videmus, quam qui ſeorſum facultates habent. Sed paucos ſpectamus ex communicatione bonorum inter ſe diſſidenteis, cum multis proprie rem familiarem poſſidentibus comparantes. Præterea verum eſt, non ſolum quot malis carituri ſint, qui bonorum communicationem fecerint: ſed etiam quot bonis, exponere. Videtur autē prorſus fieri non poſſe, vt hic vitæ cultus conſiſtat. Cauſam autem & originem fraudis atque erroris Socrati fuiſſe exiſtimare oportet id, quod ab eo ſuppoſitum eſt quaſi verum ac rectum, cum aliter ſit. Debet enim quadam ex parte & quodammodo vna eſſe & domus, & ciuitas, ſed non omni ex parte, neq; omnibus modis. Futurum enim eſt aliquo modo, vt longius progreſſa non ſit ciuitas: aliquo modo erit illa quidem ciuitas, ſed cum parum ab eo abfuerit, vt nō ſit ciuitas, deterior erit ciuitas, quemadmodum ſi quis concentum ex multis vocibus conſtantem, quam ſymphoniam vocant Græci, eo redigat, vt ſit vnius vocis ſonus: & ſermonem numeroſum, vt ſit pes vnus. Verum oportet ciuitatem, cum ſit multitudo, quemadmodum antea dictum eſt, diſciplina & inſtitutione communem atque vnam efficere. Et vero eum, qui diſciplinam ſit introducturus, exiſtimans eius opera atq; adiumento ciuitatem bonam futuram, abſurdum eſt ſperare ſe talibus inſtitutis eam corrigere, & me-

liorem

liorem facere poſſe: & non moribus, & Philoſophia, & legibus, quemadmodum quæ ad fortunas & rem familiarem pertinent. Lacedæmone, & in Creta conuiuiis ac ſodalitiis ſcriptor legis communia fecit. Ne hoc quidem ignorare oportet, ad longum tempus, & ad multos annos; in quibus ſi hæc recte eſſent ſtatuta, non fuiſſet obſcurum, animum eſſe attendendum. Omnia enim propemodum reperta ſunt quidem illa, ſed alia non ſunt in vnum collecta, aliis, cum ea collegerint & cognouerint, non vtuntur. Maxime autem tota res in promtu ſit, ſi quis talem reipublicæ adminiſtrandæ formam, conſtantem & vſu receptam cernat. Non enim poterit, niſi bona partiatur & ſeparet, aliaque in ſodalitia & conuiuia publica; alia in curias, & trib. diuidat, facere ciuitatem. Itaque eueniet, vt nihil aliud lege Socratis ſit inſtitutum, niſi vt ne cuſtodes agros colant. quod & nunc Lacedæmonii facere conantur. Verumenimuero quis totius reipubl. adminiſtrandæ modus ſit futurus, bona omnia inter ſe communicantibus, neq; expoſuit Socrates, neq; facile explicari poteſt. Atqui multitudo ciuitatis, ex ciuium, qui inter ſe differunt, multitudine conflatur: de quibus nihil diſtinctum neque deciſum eſt, vtrum etiam agricolis inter ipſos communeis eſſe facultates oporteat, an ſingulatim proprias. & pręterea, vtrũ vxores & liberos eſſe proprios, an communeis. Nã ſi eodẽ modo cõmunia erũt omnium omnia, q̃d agricolæ differẽt à cuſtodib. aut q̃d pręmii cõſequẽtur q̃ gerũt magiſtratum? aut qua ſpe quoue precio adducti magiſt. gerẽt, niſi forte aliq̃d

le calide excogitent, quale Cretes. Illi enim cætera eadem ſeruis concedentes ac permittentes, dũtaxat eis exercitationum vſu, & armorum poſſeſſione interdixerunt. Quod ſi qualia in aliis ciuitatibus. talia etiam apud illos erunt, quis erit cõmunionis modus? in vna.n. ciuitate duas eſſe ciuitates erit neceſſe, eaſq; inter ſe aliquantum contrarias. Facit enim cuſtodes quidem veluti præſidiarios milites & propugnatores agricolas autem, & artifices, & alios, ciueis. Criminationes autem & querelæ, & iudicia, ſeu actiones, & quęcumque alia in ciuitatib. hærere mala dicit, ea omnia in his quoque hærebunt. Atqui ait idem Socrates, ſuis ciuibus paucis omnino legibus opus futurum propter diſciplinam atque inſtitutionem: v. gr. ædilitiis, & forenſibus, & ad res venaleis pertinentibus & aliis talibus: cum diſciplinam tribuat cuſtodibus tantum. Præterea vero agricolas bonorum & poſſeſſionum ſinit eſſe dominos, dummodo vectigal impoſitum penſitent. At multo probabilius eſt, eos aſperos & elatos & ſuperos fore, quam apud Lacedæmonios Eloteas, apud Theſſalos Peneſteas, & ſimilia apud alios ſeruitia. Sed enim vtrum ſint hæc æque neceſſaria necne ſint, nunc quidem nihil ab eo definitum eſt. Tum neq; cæteris proximis & deinceps ſequẽtibus, quæ ſit horum reip. adminiſtrandæ ratio & diſciplina, quæ leges. Neque eſt autem ad inueniendum facile, neque parum refert, quomodo ſint conformati ad cuſtodum communitatem tuendam, & conſeruandam. Iã porro ſi mulieres quidem faciet cõmuneis, poſſeſſiones autem & facultates proprias (etiamſi ſint communes agricolarum poſſeſſiones,

nes,

nes,atq; vxores) quis rem familiarem adminiſtrabit ac procurabit, quemadmodum rem ruſticam earum viri adminiſtrant? Abſurdum autem etiam eſt, facta cum beſtiis comparatione, probare, eadem ſtudia ſequi eademque munera obire mulieres atq; viros oportere: cum ad beſtias nullum rei domeſticæ ſtudium pertineat. Periculoſa porro eſt etiam magiſtratuum creandorum ratio, quo modo quidē Socrates creat. Perpetuo enim vult ab eiſdem obtineri magiſtratus. At hinc ſeditionis cauſa oritur etiā apud homines cōtētiſſimos, atque abiectiſſimos, multo magis apud animoſos & bellicoſos viros. Neceſſe autem eſſe, eum perpetuos & ſemper eoſdem facere magiſtratus, perſpicuum eſt. Non enim nunc horum, nunc illorū animis admiſtum eſt aurū illud diuinum: ſed ſemper eorundem. Ait autem, Deum aliis ſtatim naſcentibus aurum admiſcere, aliis argentum: æs autem & ferrum iis qui futuri ſunt artifices & agricolæ. Præterea vero cum beatitudinem cuſtodib. adimat, ait latorem legis totam ciuitatem efficere beatam oportere. Atqui fieri non poteſt, vt tota ciuitas ſit beata, niſi aut plurimi, aut omnes, aut nonnulli beatitudinem ſint conſecuti. Non enim eorundem eſt beata vita, quorum numerus par. Contingere enim poteſt vt totum quidem aliquod, ſit numerus par: neutra vero eius pars, ſit numerus par: ſed vt totum aliquod ſit beatum, partes autem eius nō ſint beatæ, fieri non poteſt. At ſi cuſtodes non erunt beati, qui nam alii erūt? non. n. artifices, & opificum illiberalium ac ſordidorum multitudo. Reip. igitur adminiſtrandæ

Digitized by Google

taleis habet dubitationes,ad difficultates inexplicabileis, & his alias non pauciores.

6. Platonis alteram Reipub. conſtitutionem libris 12. de legibus traditam, examinat.

PROPEMODVM autem ſimiliter ſe habet legum, quæ poſterius ſcriptæ ſunt, deſcriptio. Quapropter & de reipub. adminiſtrandæ forma hic expreſſa,pauca conſiderare præſtiterit. Nam in libris deRep. de paucis omnino decidit Socrates, nempe de vxorum & liberorum communione, quo modo ſe res tota habere debeat: & de facultatibus communicandis, & de toto republ. ordinanda. Diuidit autem in duas parteis habitatorum multitudinem; alteram agricolarum, alteram propugnatorum: tertiam ex his ſumſit, eam quæ conſultat,quæ totius ciuitatis dominatum & poteſtatem obtinet. De agricolis autem& artificibus,vtrũ nullius magiſtratus an alicuius ſint participes:& vtrum hos quoque arma geſtare,& belli gerendi communiter onus ſuſtinere,necne;his de rebus nihil diſtincte explicauit: ſed mulieres quidem exiſtimat vna cum viris belli munus ſuſtinere, & eiuſdem atque cuſtodes inſtitutionis participeis eſſe oportere:cætero qui ſermonibus à re alienis diſputationem totam retorſit, & qualis debeat eſſe cuſtodum diſciplina, expoſuit. Libri autem de legibus maxima ex parte leges ſunt: pauca in eis de reip. adminiſtrandæ ratione verba fecit: atque hanc dum vult communiorem ciuibus efficere,paulatim eam in aliam reip. formam circumagens flectit ac detorquet. Excepto enim quod vxores, & liberos, & facultates vult eſſe communeis cætera eadem vtrique reip. adminiſtrandæ formæ

formæ attribuit. Namq; cum vtriq; adſcribat eandem diſciplinam, tum immunitatem neceſſariorum dat munerum, vitamque ab omni operis functione vacuam ac ſolutam. & de conuiuiis ac ſodalitiis eodem modo ſtatuit: niſi quod in hac ait mulierum quoq; ſodalitia eſſe oportere. & in illa quidem mille homines, qui arma gerāt, eſſe vult: in hac quinq;. Eximium igitur quiddam continēt Socratis ſermones, & glorioſum, & magnificum, & nouitatis plenum, & quæſtionibus refertum. Pulcre autem omnia in eis eſſe tradita ac deſcripta, fortaſſe difficile eſt Etenim quod ad illam, quæ nunc à me dicta eſt, multitudinem attinet, nemini obſcurum eſſe debet, tot hominibus agro Babylonio, aut aliquo alio immenſo opus futurum, vnde quinque millia virorum otioſorum alantur, & præter hos altera mulierum & famulorum turba multis partibus maior. Oportet igitur optatum quoddam ſupponi, nihil tamen eiuſmodi, quod fieri non poſſit. Dicitur autem ab eo, latorem legis in inſcribendis & ferendis legibus duo ſpectare oportere, locum & homines. Præterea vero par eſt addere, etiam loca finitima ac vicina, ſi ciuitas ciuilem vitæ cultum retinere debet. Non enim neceſſe ſolum eſt, eā talib. ad bellum gerendū armis vti, quę in domeſticis finibus vtilia ſint: verum etiam quæ in externis locis. Quod ſi quis talem vitæ rationem neque priuatam neque publicam & communem ciuitatis probat, nihilo minus tamen formidoloſos & horribileis eſſe oportet hoſtibus, non ſolum in proprios fineis incurrētibus, ſed etiam poſteaquam diſceſſerunt. Tum multitudinem bonorum, & magnitudinem rei

fami-

familiaris videndum eſt numquid melius fuerit aliter definire, hoc eſt, planius atq; apertius. Tantas enim cuique rei familiaris facultates ſuppetere dicit oportere, vt frugaliter, & temperãter viuere queat: proinde ac ſi quis diceret, vt bene viuere queat. Hoc enim magis vniuerſum eſt, & latius patet. Præterea vero licet viuere frugaliter, & tamen ærumnoſe & laborioſe. At melior erat definitio, vt frugaliter & liberaliter viuere queat. Vtrumq; enim ſeparatim poſitum, alterum quidẽ luxuriam, alterum laborioſam vitam ſequetur. Namq; hi ſoli habitus in vſu rei familiaris ſunt optabiles & expetendi: verbi gratia, re familiari non licet leniter vti, aut fortiter; temperanter vero & liberaliter licet. Quare & hos vſus in facultatibus & pecunia verſari neceſſe eſt. Abſurdum porro eſt, cũ æquationem bonorum introducat, de iis, quæ ad ciuium multitudinem pertinent, nihil ſtatuere, ſed liberorum procreationi neq; modum conſtituere, neq; finem certum imponere: proinde quaſi futurum ſit, vt ſatis exæquetur cum eadem multitudine, quæ initio fuerit, propter orbitates, aut propter liberos non ſuſceptos, quantumuis multi naſcantur, quia hoc videtur etiam nũc in ciuitatibus vſuuenire. Sed deberet hæc res longe iuſtioribus, & accuratioribus ponderibus in ciuitatibus examinari, ſeruata lege Socratis, quam nunc. Nunc enim nemo egeſtate laborat, quia bona multitudine diuiſa ſunt, quantacunq; illa ſit. Tunc autem cum diuiſa non eſſent, neceſſe eſſet eos, qui præter numerum, & extra ordinem acceſſiſſent, nihil habere, ſiue pauciores eſſent numero, ſiue plures. Exiſtimarit autem aliquis debuiſſe porcreandis liberis

beris certum modum conſtitui magis, quam facultatibus, vt ne quis plureis filios procrearet. In hac autem multitudine præfinienda, & varios mortis caſus conſiderandos ac ſpectandos eſſe, ſi qui forte eorum, qui procreati ſunt, moriantur, & aliorum ciuium orbitatis habendam eſſe rationem. Hoc vero ſi cuique relinquatur liberum ac ſolutum, paupertatis cauſam ciuibus afferat neceſſe eſt. At paupertas ſeditionem in vrbe ingenerat, & maleficium. Itaque Phidon Corinthius lator legum cum primis antiquus, & domos æqualeis permanere oportere exiſtimauit: multitudinem ciuium, quamuis omnibus ab initio ſortito obtigiſſent partes bonorum magnitudine inæquales. At in his legibus contrarium eſt. Sed his quidem de rebus quonam modo ſe melius eſſe habituras arbitremur, poſterius erit diſſerendum. Omiſſa ſunt porro in his legibus & ea quæ ad magiſtratus pertinent, quomodo iis qui ſub imperio ſunt, præſtituri ſint. Ait enim, quemadmodum ex alia lana fit ſtamen quam ſubtegmen: ſic & magiſtratus, & reipub. præfectos ab iis, qui imperio ſubiecti ſunt, differre oportere. Quoniam autem rem omnem familiarem amplificari permittit vſque ad quincuplum, cur non hoc idem in terra valet aliquatenus? Tum vero verendum etiam eſt, ne areæ ædificiorum non ſatis vtiliter aut commodate ad rei domeſticæ adminiſtrationem diuiſæ ſint. binas enim ædium areas cuique tribuit, ſeorſum diuiſas ac diſtinctas. At difficile eſt, in binis ædibus vnum habitare. Tota autem reip. deſcriptio videtur eo referri, vt neq; ſit poteſtas

ſtas popularis, quam democratiam appellát Græci, neque paucorum principatus, quem oligarchiam: ſed harum media reipublicæ adminiſtrandæ forma, quam politiam nominant, ſiue rempublicam ſiue populi libertatem. Ex his enim cõſtat, qui arma gerunt. Si igitur hanc reipublicæ adminiſtrandæ rationem, vt aliarum omnium maxime ciuitatib. communem probat, fortaſſe recte dixit: ſin vt omnium optimam ſecundum primam, non recte. Fortaſſe.n.aliquis Laconicam reip. adminiſtrandæ rationem, aut aliquam aliam, in qua magis optimatium principatus vigeat, magis laudarit. Quidam igitur dicunt optimam reipub. adminiſtrandæ formam temperatam eſſe oportere. Iccirco Lacedæmoniorum reip. adminiſtrandæ rationem laudant. Alii .n. aiunt, eam ex paucorum potentatu ſeu oligarchia, & vnius dominatu ſeu monarchia, & populi poteſtate ſeu democratia conſtare, regnum.n.eſſe vnius dominatum: ſenatorum imperium, eſſe paucorum poteſtatem: penes populum autem eſſe poteſtatem per Ephororum magiſtratum, propterea quod Ephori quaſi tribuni plebis è plebe ſumuntur. Alii aũt Ephoriã, hoc eſt, Ephororum magiſtratum, quaſi tribunatum plebis aiunt eſſe tyrannidem: populi poteſtati autẽ imperioq; eos ſubiectos eſſe per ſodalitia, & conuiuia publica, reliquamque vitam quotidianam. Porro in libris de legibus ſcriptum eſt optimam reip. adminiſtrandæ formam ex populi poteſtate & tyrannide conſtare oportere, quas aut omnino nullas reipub. adminiſtrandæ formas eſſe dixerit, aut omniũ deterrimas eſſe pronũciarit.

Dicunt

Dicunt igitur ij rectius, qui plureis inter ſe permiſcent. Ex pluribus enim temperata reip.adminiſtrandæ forma præſtabilior eſt. Deinde Socratica iſta reip.adminiſtrandæ forma nihil,quod ad monarchiam ſeu vnius dominatum pertineat, habere repetitur,ſed omnia oligarchiæ.h.e. paucorum principatus,& democratiæ,hoc eſt,popularis poteſtatis propria: & tum ad paucorum principatũ magis propendere videtur natura. Quod ex magiſtratuum conſtituendorum ratione intelligere licet. Nam electionem ad ſortẽ reuocari,electoſque ſorti permitti, vtriuſque commune eſt. Sed locupletioribus neceſſe eſt concionibus intereſſe, & magiſtratus renunciare ac declarare, aut aliud aliquod munus ciuile obire, alios eſſe ab his muneribus liberos ac ſolutos, hoc paucorum potentatus proprium eſt Hoc etiam ad paucorum potentatum pertinet,quod vult operam dari, vt maior pars eorum, qui ciuitati præſunt, ſumatur ex locupletibus, & vt iis, quorum cenſus eſt maximus, magiſtratus ampliſſimi mandentur. Facit vero & ſenatus electionem paucorũ principatui conſentaneã. Eligunt. n. omnes quidẽ neceſſario, ſed primum ex primo cenſu:deinde iterum æqualeis numero ex ſecundo:deinde ex iis qui ſunt tertii cenſus:deinde ex claſſe quarti cenſus,niſi quod non iis omnibus qui ſunt tertii aut quarti cenſus, impoſita neceſſitas eſt eligendi, ſed iis, qui ſunt quarti cenſus,primis tantũ & ſecundis.Deinde ex his parem ex vnoquoq; cenſu efficere numerum ait oportere. Erunt igitur plures ex maximis cenſibus & meliores, quia nonnulli ex popularibus non

non eligant:non eligunt autem, quia non ſit eis impoſita neceſſitas eligendi. Talem igitur reipub. formam ex populari poteſtate, & vnius principatũ ſeu monarchia conſtare, non eſſe dicendum cũ ex his perſpicuum ſit, tum ex iis, quæ poſterius dicentur, intelligere licebit, vbi de tali reip. adminiſtrandæ forma erit conſiderandi & diſputandi locus. Iam vero illud, quod ad electionem magiſtratuum pertinet, vbi electos ad aliam electionem reuocat, periculo non vacat. Si qui.n. vel mediocri numero coire & conſpirare volent, ſemper ex eorum voluntate, & pro eorum arbitratu eligentur. Quæ igitur ad reipub. adminiſtrandæ rationem in libris de Legibus expoſitam pertinent, huiuſmodi ſunt.

7. A Phalea Chalcedonio introductam Reipub. conſtitutionem examinat.

SVNT aũt q̃dam & aliæ reipub. adminiſtrandæ formæ, aliæ ab indoctis, aliæ à philoſophis, & ciuitatis regendæ peritis inuentæ atque inſtitutæ: quæ oẽs propius, quã hæ ambæ Socraticæ, ad eas, quæ nunc conſtitutæ ſunt, & quib. nunc vtuntur, accedunt. Nullus.n. neque nouum iſtud de communione liberorum & vxorum, neq; alterum de ſodalitiis & conuiuiis mulierum commentum reperit, ſed à neceſſariis ordiuntur potius. Videtur n. quibuſdam eſſe maximum, id ꝙ ad facultates rei familiaris pertinet, in ordinẽ rectũ eſſe adductum. De his.n. ſeditiones ab omnib. commoueri dicunt. Quapropter Phaleas Chalcedonius hoc induxit primus. At.n. ciuium bona æqualia eſſe oportere. Atque hoc quidem eo ſtatim tempore, quo tempore primum vrbes conduntur & habitantur,

tantur, facere non difficile eſſe exiſtimabat: conditis autem iam vrbibus & conſtitutis ciuitatibus, maioris hoc quidem fore negocii, ſed tamen celerrime facultates ciuium ad æqualitatem redactum iri, ſi diuites quidem filias ſuas collocantes dent dotes, ipſi vero vxorem ducentes non accipiant: & contra, pauperes non dent, accipiant ipſi. Plato vero cum leges ſcriberet, quadamtenus exiſtimabat facultates augere ſinere oportere: amplius autem acceptas augere atque amplificare quærendo, quam vt eſſent quincuplæ minimarum, nemini ex ciuibus licere, quemadmodum & antea dictum eſt. Non debent autem hoc ignorare, qui taleis leges ferunt, quod nunc ignoratur, eos, qui facultatum magnitudinem præfiniunt, etiam liberorum numerum præfinire conuenire, Si enim facultatum magnitudinem ſuperet liberorum numerus ac multitudo, primum lex antiquetur neceſſe eſt: deinde præter legis antiquationem, multos ex diuitibus pauperes fieri malum eſt. Difficile enim eſt taleis homines res nouas non moliri. Bonorum igitur æqualitatem vim aliquam habere ad ſocietatem ciuilem nonnulli ex veteribus videntur intellexiſſe: cuiuſmodi & Solon legem compoſuit: & apud alios lex lata eſt, quę vetat tantum agri comparare, quantum quiſque velit. Itemque rem ſuam familiarem vẽdere leges vetant: quemadmodum apud Locros lex ſancita eſt, ne quis patrimonium ſuum vẽdat, niſi manifeſtam calamitatem ſibi oſtendat accidiſſe. Præterea vero iubet patrimonia hæreditaria antiqua, quæ cuique ſortitione facta obuenerũt,

E ſerua-

Digitized by Google

ſeruari. Hoc autem Leucade conuulſum ac ſublatum. Leucadiorum remp. nimis popularē reddidit. Non enim iam amplius eueniebat, vt ex cēſibus præfinitis ac deſcriptis ad magiſtratus proueherentur. Sed fieri poteſt: vt bonorum quidem ſit æqualitas: verum hæc aut ſint nimis multa, vt profuſe ac luxurioſe viuant: aut nimis pauca, vt tenuiter & ſordide, Perſpicuum igitur eſt, nō ſatis eſſe latorem legis bona ciuium æquare, ſed mediū animo eſſe deſtinandum. Præterea vero etiam ſi quis certas omnib. rei familiaris facultates deſcripſerit ac præfinierit, nihil proficiet. Cupiditates n. exæquādæ ſunt potius, quam facultates. Hoc autem eſſe non poteſt, niſi ciues tantum, quantum ſatis eſt, fuerint à legibus eruditi atq; inſtituti Sed fortaſſe dicat Phaleas, hæc à ſe ipſo commemorari ac prouideri. Exiſtimat. n. horum duorum ciuitatib. æqualitatem eſſe oportere, poſſeſſionis, & inſtitutionis. Sed primum quæ ſit futura inſtitutio, dicendum erat. Deinde nihil prodeſt vnā & eandem eſſe. Fieri enim poteſt, vt vna quidem & eadem ſit: ſed hæc ſit talis tamen, vt ex ea facile cōſilium capiant appetendi, ſibique arrogandi vel pecunias, vel honores, vel vtraque iuſto ampliora. Præterea ſeditionem ſolent facere ciues propter inæqualitatem non ſolum bonorum, verum etiam honorum: ſed contrario vtrumque modo. Vulgus. n. propter fortunarum & rei familiaris inæqualitatem concitatur: politiores, & venuſtiores homines de honoribus contendunt & concertant cum vulgo, ſi ſint æquales. Ex quo & illud:

Fortis & ignauus parili afficiuntur honore.

Non

Non ſolum autem propter res ad victum neceſſarias homines iniuriam faciunt (cuius remedium eſſe putat fortunarũ æqualitatem, vt ne quẽ frigore, aut fame coacti, veſtitu boniſque ſpoliẽt) verumetiam propter voluptatem, ac dolorem ex cupiditate manantem: vt & voluptatibus perfruantur, & doloribus cupiditatum careant, libidineſque ſuas expleant. Nam ſi cupiditatem maiorem habeant, quam res neceſſariæ poſtulent: vt huic cupiditati medeantur, iniuriam facient. Neque propter huius cupiditatis medicinam tãtum ad iniuriam inferẽdam adducuntur, verum etiam ſi concupiſcant, vt voluptates percipiãt dolorum experteis. Quodnam igitur horum trium malorum remedium? Illis quidem rem familiarem exiguam habere, & ex labore atque opera quæſtum facere: alteris autem temperantia: tertium porro remediũ, ſi qui per ſe gaudere velint, nõ eſt quod aliunde, quam à philoſophia requirant. Nam cæteræ voluptates ſine hominum opera contingere non poſſunt. Enimuero maximas iniurias inferunt homines propter cupiditates immoderatas, & non propter res neceſſarias: verbi gratia, tyrãnidem occupant, populumque impio dominatu opprimunt, non vt ne algeant, ſed vt ſuas libidines impune expleant. Icc irco magna præmia propoſita ſunt non ei, qui furem: ſed ei qui tyrannum occiderit. Quare ad paruas, leueiſque iniurias repellẽdas ac defendẽdas ſolũ vim habet reip. adminiſtrãdæ modus à Phalea inuẽtus. ꝑterea multa ex iis, quæ ab eo excogitata & inducta ſunt, eo ſpectant, eoque referuntur, vt ciues quidem inter ſe

ciuitatem habeant bene conſtitutam: ſed oportebat etiam aduerſus finitimos & externos omneis. Nimirum, neceſſe eſt, omnem reip. adminiſtrandæ formam ita eſſe deſcriptam atque ordinatam, vt viribus & copiis bellicis inſtructa ſit: de quibus ille ne verbum quidem fecit. Similiter vero & de facultatibus rei familiaris. Non enim ſatis magnas ſuppetere oportet ad vſus ciuileis tantum, verum etiam ad pericula externa. Quapropter neque tanta bonorum copia præſto eſſe debet, vt ea finitimi quidem & potentiores concupiſcant: qui habent autem, ab iniuria incurrentium hoſtium tueri non poſſint: neque tantæ anguſtiæ, vt bellum ſuſtinere non queant, ne à paribus quidem & ſimilibus illatum. Ille igitur de his nihil definiuit. At obſcurum eſſe non debet, quantæ rei familiaris cuiuſque ciuium copiæ ciuitati conducant. Fortaſſis igitur definitio fuerit earum optima, non propter facultatum magnitudinem immenſam & immoderatã, finitimorum potentiorum intereſſe, bellum his inferre, ſed rationes illorum poſtulare, vt his bellum inferant, etiam ſi tantas facultates & diuitias non habeant. Quemadm. Eubulus, cum Autophradates Atarnea obſidere atque oppugnare cogitaret, ſuaſit ei, vt complexus animo temporis ſpacium, quod in vrbe capienda conſumeret, huius temporis ſumptus rationem ſubduceret. minore enim pecunia accepta adductum iri, vt obſidionem Atarnei relinqueret. Hac oratione fecit, vt Autophradates re diligenter & attente conſiderata, vrbis oppugnandæ finem fecerit conſiliumq; abiecerit. Aliquan-

quantũ igitur vtile eſt, facultates rei familiaris ciuib. inter ipſos æqualeis eſſe, ne ſeditionem inter ſe faciant: non tamen admodum magna hæc vtilitas eſt, vt id, quod ſentio, dicam. Nã politi & virtute aliqua ornati homines hoc indigne ferant, & querantur, quaſi digni ſint bonis amplioribus, nõ æqualib. Quapropter ẽt eos ſæpe videmus in alios ciueis inuadere, & ſeditionem excitare. Prætetea vero inexplebile quiddam eſt hominum improbitas. At primum ſatis habent duos obolos duntaxat accipere: vbi autem hoc patrium & auitum fuerit, ſemper eo amplius deſiderãt, donec in immenſum progreſſi fuerint. Infinita.n. & immenſa eſt cupiditatis natura: ad quam explendam plerique homines omne ſtudium, atq; adeo omnes vitæ rationes conferunt. Talium igitur rerũ principium & caput, eſt, eos quidem qui natura modeſti & boni ſunt, taleis efficere, vt plus iuſto habere nolint: malos autem & improbos, vt nõ poſſint, potius quam bona ciuium exæquare. Non poterunt autem ſi & gradu ſint inferiores, & non afficiãtur iniuria. Sed ne hanc quidem bonorum æquationem recte expoſuit. Nam in agrorũ poſſeſſione duntaxat bona vult æquari. Atqui & in ſeruis & in pecoribus & in numis diuitiæ conſiſtunt: ſunt & in multo ſuppellectilis, quæ appellatur, apparatu, multoque inſtrumento. Aut horum igitur omniũ quærenda æqualitas eſt, aut hæc in aliquẽ ordinem moderatũ redigenda ſunt, aut omnia ſunt prætermittenda. Videtur aũt ex legib. à ſe poſitis paruam ciuitatem efficere, ſiquidem opifices oẽs erunt ſerui publici, neq; partis vllius,

Digitized by Google

qua expleatur ciuitas, locum obtinebunt. Quod ſi ſeruos publicos eſſe oportet eos, qui communia artificia exercent, debet hoc ita ſe habere, vt Dyrrachii, & vt aliquando Diophantus Athenis inſtituit De Phaleæ igitur reipublicæ adminiſtrandæ ratione, aliquidne ille recte dixerit, an ſecus, propemodum quis ex his intelligere queat.

8. *Ab Hippodamo Mileſio propoſitam ideam Reipub. perpendit.*

HIPPODAMVS autem Euriphontis filius Mileſius, qui & ciuitatum, vrbiumque diuiſionem reperit, & Piræeum muro ab vrbe ſeiunxit, vir primum in reliqua vita propter ambitionem aliquando plus quam ſatis eſſet, rerum ſuperuacanearum atque exquiſitarum ſtudio deditus, vſque adeo vt nonnullis curioſius & putidius viuere exiſtimaretur, capillo tum denſo ac promiſſo, tum cõpoſito, & ſumtuoſe ornato: deinde in veſtitu, cultuque corporis ſumtuoſo, cum veſte vteretur honorifica illa quidẽ, & magnifica, ſed calida & pellis ſuffulta, non hyeme ſolum, verumetiam dieb. æſtiuis & ſolſtitialib. temporibus: hic igitur Hippodamus cum alioqui in totius naturæ explicatione eruditus eſſe vellet, primus eorum, qui rempub. non adminiſtrarunt, conatus eſt aliquid de optuma reip. adminiſtrandæ forma dicere. Ciuitatem autem ita cõponebat, vt ex decem millib. hominum numero conſtaret; in treis vero parteis eſſe diuiſa, Vnã porro partem efficiebat ex artificib. alterã ex agricolis, tertiam ex propugnatorib. & armatis hominibus. Iam vero agrum treis in parteis ſecabat, vnam ſacram, alterã publicam, ter-

tertiam priuatam: Eam quidem, vnde ſacra legitima & conſetudine recepta diis immortalibus fierent, ſacram: eam autem, vnde ciuitatis propugnatores viuerent, communem & publicam: eam denique quæ agricolis eſſet attributa, propriam ac priuatam. Exiſtimabat autem etiam tria legum genera duntaxat eſſe oportere. nam quibus de rebus lites intenduntur & iudicia fiunt, eas res numero treis eſſe, contumeliam, damnum iniuria illatum, mortem. Lege autem ſua etiam vnum iudicum cōſeſſum faciebat; cuius ſumma eſſet poteſtas, & ad quem referri oporteret eas res, quæ minus bene iudicatæ viderentur. Hunc autem conſtituebat ex quibuſdam ſenibus ſelectis. Sententias porro in foris iudicialibus non per calculos ferri debere exiſtimabat, ſed dari vnicuique tabellam, in qua ſcriberet, ſi plane condemnaret: ſi abſolueret, inanem relinqueret: ſin neque damnaret, neque abſolueret, aut partim dānaret, partim abſolueret, hoc ipſum ſcriptura declararet. Nunc enim hoc non recte legib. eſſe inſtitutum. Cogi.n.iudices peierare, cum aut hanc aut illam ferre ſententiam iubentur. Legem autem tulit de iis, qui aliquid vtile ciuitati inuenirent, vt honore ac præmio afficerentur: & vt liberis eorum, qui in bello occubuiſſent, de publico victus præberetur; quia ſcilicet nondum hæc lex apud alios eſſet lata. Nunc autē & Athenis, & in aliis ciuitatib. poſita eſt. Tum vt magiſtratus omnes à populo eligerētur. Populū aūt faciebat treis illas parteis ciuitatis. Deinde vt qui lecti eſſent, curam haberent & rerum ciuitatis cōmunium, ſeu vrbanarū, & earum,

quæ ad peregrinos, & earum, quæ ad pupillos parentibus orbatos pertinerent. Quæ igitur & maxima ex parte, & commemoratu digniſſima, ab Hippodamo de republ. ordinanda expoſita ſunt, hæc ſunt. Vocare autem in dubium poſſit aliquis, primum quidem ciuium multitudinis partitionem. Nam & artifices, & agricolæ, & qui arma gerunt, omnes reip. ſunt participes: ſed ita vt agricolæ ſint inermes; artifices autem & ſine armis ſint, & ſine agris. Quo fit vt propemodum ſerui ſint eorum, qui arma tenent. Quare omnium honorum participes eſſe non poſſunt. Neceſſe enim eſt ex iis, qui arma tenent, creari & imperatores, & ciuium cuſtodes, quos appellant Græci politophylacas, & ſummos, pene dicam, ampliſſimoſq; magiſtratus. Qui autem reip. non ſunt participes, qui fieri poteſt, vt ii beneuolo, atque amico in remp. ſint animo? Iam vero ſuperiores ſint viribus neceſſe eſt ij, qui arma tenent, vtraq; parte. Hoc autem non eſt factu facile, niſi multi ſint. At ſi hoc erit, quid attinet alios rempub. participare, & creandorum magiſtratuum poteſtatem habere? Præterea agricolæ qua in re ciuitati ſunt vtiles? Nam artifices quidem eſſe neceſſe eſt. Omnis enim ciuitas artificibus eget: & poſſunt ex artificio ſuo vitam tolerare, quemadmodum in aliis ciuitatibus. Agricolæ vero, qui ciuibus arma tenentibus victũ ſuppeditant, non immerito in partibus ciuitatis numerentur. Nunc autem proprios agros habent, & hos priuatim colunt. Præterea, ſi communeis agros, ex quibus ciuitatis propugnatores victum ſument, ipſi milites arabunt, non differat pars ciuitatis militaris ab ea, quæ agris colendis præpoſita eſt.

Digitized by Google

ta eſt. At vult lator legis duas diſſimileis eſſe parteis. Quod ſi alii quidam erunt præter eos, qui priuatos agros colunt, & ciuitatis propugnatores, quarta rurſum hæc erit pars ciuitatis, nullius rei particeps, ſed à reip. ſtatu aliena. Quod ſi quis eoſdem eſſe ponet, & qui proprios agros colunt & qui publicos & communeis: tunc fructuum copia erit anguſtior, quam vt ex iis quiſque victum duabus familiis ſubminiſtrare poſſit. Tum quamobrem, non ſtatim ex eadem terra, & ex iiſdem agris, qui ſorte cuiq; obtigerint, & ſibi victum ſument, & bellatorib. præbebunt? Hæc igitur omnia magnam habent confuſionem. Ne lex quidem, quæ eſt de ſententia à iudice pronuncianda, admodum probanda eſt: poſtulare, vt actione ſimpliciter inſtituta atque intenta in iudicando ſententiam diuidat, fiatque ex iudice arbiter. At hoc in arbitrio etiam pluribus de compromiſſo facto diſceptantib. facere licet, & contingere poteſt: inter ſe enim de ſententia ferenda communicant. In iudiciis vero non poteſt: quinetiam multi legum ſcriptores, contra atq; hic, dant operam, ne iudices inter ſe communicent. Deinde vero nonne erit hæc iudicatio turbulenta & confuſa, ſi iudex quidem deberi petitori arbitretur, ſed non tantum, quantum petitor ſibi deberi dicit: hic enim minas viginti petit, ille autem decem adiudicat: aut hic quidem plus, ille vero minus; alius autem quinq;, alius porro quatuor: atque hoc ſcilicet modo ſententias diuident. aliique omni ex parte. cõtra petitorẽ ſententiã ferẽt, alii nulla ex parte. Quis igitur erit modus ſententiarum deligẽdarum ac diſ-

Digitized by Google

ſcernendarum? Præterea vero nemo cogit eum peierare, qui ſimpliciter abſoluerit, aut damnarit, ſi lis ſimpliciter, vt debet, fuerit intenta. Non. n. qui reum abſoluit, nihil eum debere iudicat, ſed viginti minas non debere. Verum ille iam peierat, qui non putans reum debere viginti minas, nihilominus eum damnauit. De præmio autẽ & honore aliquo iis decernendo, qui aliquid vtile ciuitati repererunt, non eſt tutum legem ferre: ſed eſt auditu plauſibile & ſpecioſum tantum. Habet enim calumnias, & reipubl. ſi ita cadat, commutationes & conuerſiones. Incurrit autem in aliam quæſtionem & diſputationem. Dubitant enim quidam, vtrumne detrimentoſum, an vtile ſit, leges patrias mouere & mutare, ſi qua ſit alia melior. Itaq; non eſt facile ei, quod dictum eſt de præmio ijs decernendo, qui aliquid ex vſu ciuitatis inuenerint, aſſentiri & concedere, ſi non expedit reip. quicquam immutate. Euenire autem pōt, vt aliqui ſuadeant vel legum abrogationẽ, vel reip. adminiſtrandæ formæ commutationẽ, tanquam commune bonum. Sed quoniam in hunc ſermonem incidimus, præſtiterit etiam pauca hac de re diſputare. Habet. n. vt diximus, dubitationem. Et videatur ſane ſatius eſſe commutare. In aliis enim ſcientiis hoc profuit: vt medicina commutata à patriis inſtitutis, & ars corporum exercendorum, quam gymnaſticã Græci apellant, omnes deniq; artes & facultates mutatę magnas reb. publicis vtilitates attulerũt. Quare quoniã & ciuilis prudẽtia in his numeranda, nimirũ de ea quoque neceſſario idem eſt ſentiendum. Argumentum eorum

quæ

quæ dicimus, ex factis & euentis ſumere poſſit aliquis. Leges. n. antiquas valde ſimplices eſſe, & barbaricas. Nam & gladios geſtare, & vxores alter ab altero emere Græci ſolebant: reliquaque antiqua inſtituta, ſtolida prorſus & ſtulta ſunt: verbi gratia, lex eſt Cumis de iis, quæ ad cædem pertinent, ſi quis accuſator aliquē teſtium numerũ produxerit, qui ſibi cognati ſint reũ cædis pœna teneri. Præterea quærunt omnes non quod eſt patrium, ſed quod bonum. Et veriſimile eſt, primos illos homines, ſiue terræ filii & terrigenæ erant, ſiue ex calamitate & interitione aliqua ſalui & incolumes euaſerant ſimileis fuiſſe hominum, qui vulgo caſuq; nobis occurrunt, & inſipientium ac ſtultorum: quēadmodum de terrigenis dici ſolet. Quare abſurdum ſit in horũ decretis permanere. Præterea ne leges quidem ſcriptas relinquere immutabileis atq; immotas præſtiterit. Quēadmodum. n. ſe res habet in aliis artibus, ſic & in prudētia ciuili fieri non poſſe, vt omnia, quæ ordinationē & deſcriptionom reip. adminſtrandæ pertinēt, ſubtiliter & perfecte ſcripta ſint. Vniuerſé. n. ſcripta neceſſe eſt. At actiones in ſingularibus verſantur. Ex his igitur perſpicuum eſt, & aliquas leges eſſe mutandas, & aliquando mutandas. Contra vero ſi alio modo rem, de qua agitur, conſideremus, multæ cautionis eſſe videatur. Vbi enim vtilitas quidem, quæ ad mutandas leges adducit, parua eſt: aſſuefacere autem ciueis legibus facile mutandis, malum: procul dubio nōnulla peccata & latorũ legis, & magiſtratuũ ferenda, atq; intacta

relin-

relinquenda ſunt. Non enim tanto erit ei mutaſſe leges emolumento, quanto aſſueuiſſe magiſtratibus non parere detrimento. Præterea fallax & captioſum eſt illud ab artibus & ſciẽtiis exemplum. Non enim ſimile eſt artem atque legem commutare. Lex enim nullam vim habet ad parendum impellentem, niſi eam quam à more accepit. Hic autem non niſi ex temporibus longinquitate, annorumque multitudine naſcitur. Itaque à legibus receptis & vſitatis, ad alias & nouas leges facile migrare, vim legis infirmare ac debilitare eſt. Prętera, ſi demus eſſe mutandas, vtrum & omneis, & in omni reipub. adminiſtrandæ forma, necne? & vtrum à quolibet mutandæ, an à quibuſdam, & à quibuſnam? Magnum enim inter hæc diſcrimen eſt. Quapropter nunc quidem hanc quæſtionem omittamus, atq; in aliud tempus magis proprium reſeruemus.

9. Lacedæmoniorum & Cretum Reſp. examinat.

DE Lacedæmoniorum autem & Cretum rep. & propemodum de aliis, duo ſunt videnda: quorum vnum eſt, ſit ne aliquid in eis recte, an ſecus ad optimã reip. adminiſtrandæ deſcriptionẽ, legib. conſtitutũ: alterum ſit ne aliquid, ſpectato reip. propoſito & modo, ita conſtitutum, vt repugnet ei reipub. adminiſtrandæ formæ, quam ſibi propoſuerunt. Ei igitur ciuitati, cuius adminiſtratio recta ſit futura, neceſſariorum munerum vacationem eſſe oportere, cõuenit inter omneis: ſed quomodo eſſe oporteat, non eſt facile intelligere. Nam & Theſſalorum ſeruitium, quam illi Peneſteam nominant, ſæpe in Theſſalos irruit atque

que inuaſit: itemque Elotes in Lacedæmonios. Nam perpetuo veluti caſibus eorum aduerſis inſidiantes imminent. Cretenſibus autem nihil dum tale accidit. Cauſa autem huius rei fortaſſe eſt, quod nulla finitimarum ciuitatum, quamuis inter ſe bellum gerant, præbeat ſe belli ſociam, auxiliumve ferat ſeruis in dominos conſpirantibus & à ciuitate deficientibus, ideo quod non ſibi expediat illis auxilium ferre, vt quæ etiam ipſæ populis à ſe alienis cinctæ ſint. Lacedæmoniis autem finitimi erant inimici atque infeſti, Argiui, Meſſenii, Arcades. Nam & à Theſſaliis initio ſerui deſciuerunt, propterea quod bellum etiam tum cum accolis Achiuis, Perrhæbis, Magnetibus gerebant. Videtur autem etſi nihil aliud, at certe diligentia & cura magni negotii eſſe, quomodo ſe aduerſus eos gerere oporteat. Nam ſi agatur cum eis liberalius ac diſſolutius, & libidinoſe ac petulanter viuant, cum dominis de dignitate contendunt. ſin tractentur aſperius, viuantque laborioſe & miſere, in dominos perniciem moliuntur, eoſque oderunt. Ex his igitur intelligere licet, eos qui in hęc mala incidunt propter ſeruitium, quam Elotiam appellant, non repetiſſe optimam reip. adminiſtrandæ formam. Præterea vero remiſſio & indulgentia in mulieres, & ad conſilium, quod ceperunt de ſua rep. adminiſtranda, & ad beatitudinem ciuitatis, inutilis ac damnoſa eſt. Quemadmodum enim domus partes ſunt vir & mulier: ita ſcilicet & ciuitatem exiſtimare oportet in duas parteis æqualeis eſſe diuiſam, in virorum & mulierum multitudinem. Quare quibuſcũq; in reip.

ad-

Digitized by Google

adminiſtrandæ formis id, quod ad mulieres pertinet, male habet, in eis dimidium ciuitatis exiſtimandum eſt, non eſſe legibus temperatum: quod illic euenit. Nam cum totam ciuitatem lator legum vellet ad tolerandos & perferendos labores eſſe fortem ac robuſtam, in viris quidem perſpicue quod volebat aſſecutus eſt: in mulieribus vero negligentem ſe præbuit. Viuunt enim intemperanter & luxurioſe, ad omne ſcilicet intemperantiæ genus ſolutæ atq; effuſæ. Itaq; neceſſe eſt in tali reip. adminiſtrandæ forma plurimi fieri diuitias, maxime ſi viri ſub imperium & poteſtatem mulierum ſubiuncti ſint: quemadmodum multæ militares & bellicoſæ nationes, præter Celtas, & ſi qui alii palam conſuetudinem & concubitum cum maſculis comprobarunt. Videtur enim is, qui primus fabulas compoſuit, non temere cum Marte Venerem copulaſſe & coniunxiſſe. Aut enim ad maſculorum congreſſum, aut fœminarum tales homines videntur eſſe procliues. Iccirco hoc apud Lacedæmonios locum obtinebat, & multa in eorum imperio à mulierib. adminiſtrabantur. Atqui quid intereſt, vtrum mulieres reipubl. præſint atque imperent, an reipubl. præfecti mulierum arbitratu rempub gerant? Idē e[illegible] vtrinque mali proficiſcitur. Cum autem audacia ad nullam rem quotidianam atque vſitatam ſit vtilis, ſed ſi forte in bello vſui eſſe poſſit, etiam in rebus bellicis maximo damno fuerunt Lacedæmoniorum fœminæ: idque in incurſione Thebanorum declararunt. Nam vtilitatem quidem nullam attulerunt, quemadmodum in aliis ciuitatibus: ſed trepida-

trepidationem & tumultum ciuitati incuſſerunt maiorem, quam hoſtes. Initio igitur non immerito hanc licentiam videntur Lacedæmonii mulieribus permiſiſſe. Nam procul à domo propter militiam peregrinabantur, nunc bellum Argiuum nunc rurſus Arcadicum, & Meſſeniacum gerentes. Otium autem & pacem nacti, ſeipſos quidem propter vitam militarem latori leges quaſi præparatos & flexibileis facileiſq; præbebant. Multas enim virtutis parteis continet illa vita. Fœminas autem aiunt Lycurgum ſub legum iugum adducere conatum, cum illæ reclamarent, & contra nitterentur, ab incœpto deſtitiſſe. Eorum igitur, quæ acciderunt, cauſam ſuſtinent: quare etiam huius peccati ſcilicet. Nos autem non hoc quærimus, cui ſit ignoſcendum, cui non: ſed quid ſit recte, quid ſecus inſtitutum. Verum ea, quæ ad fœminas pertinent, non bene inſtituta videntur, vt & antea dictum eſt, ipſa per ſe non ſolum remp. dedecorare, & macula quadam aſpergere, ſed ad immoderatum pecuniæ ſtudium aliquod adiuuare. Nam ſecundum & præter ea quæ dicta ſunt, bonorum inæqualitatem quis reprehendere queat. Accidit enim, vt eorum alii rem familiarem ampliſſimam poſſideant, alii tenuiſſimam atque anguſtiſſimam. Quapropter ad paucos redactus eſt ager Spartanus. Hoc autem etiam legibus conſtitutum eſt perperam. Fecit enim lator legis, vt patrimonium aut ſuum vẽdere, aut alienũ emere, haberetur non honeſtum: atq; hoc recte. Donandi autem, & teſtamento relinquendi poteſtatem licentiamque permiſit, qui vellent. Atqui idem

euenire

omnibus publicis muneribus immunem eſſe. At-qui perſpicuum eſt, ſi multi naſcantur, cum ager ita ſit diuiſus, neceſſario multos pauperes futuros. At porro etiam ea, quæ ad Ephoriam pertinēt minus bene ſe habent. Cum.n. imperium Emphororum ipſum poteſtatem habeat rerū maximarum, Ephori oēs de plebe creantur. Itaq; ſæpenumero homines valde pauperes atque egentes inſperato ad hanc poteſtatem prouehuntur, qui propter egeſtatem numarii & venales erant. Cum autem ſæpe antea hoc declararint, tum vero etiam nuperrime in virorum conuiuiis, quæ Andria appellabant. Corrupti. n. pecunia nonnulli Ephori, quantum in eis fuit, totam ciuitatem perdiderūt. Et propterea quod hic magiſtratus erat admodū magnus, & cum tyrannide comparandus, etiam reges eorum beneuolentiam blanditiis & aſſentationibus popularibus colligere, atque aucupari cogebantur: vſque adeo vt hac quoque parte reſpub. minueretur, detrimentoque afficeretur. Populi.n. potentatus ſeu democratia ex optimatium principatu, hoc eſt, ariſtocratia exiſtebat. Reipub. ſtatum igitur continet hic magiſtratus. Quieſcit n. populus, propterea quod maximi imperii eſt particeps. Itaq; ſiue latoris legis conſilio, ſiue fortuito hoc euenit, rationibus ciuitatis conducit. Oportet enim eam reipub. adminiſtrandæ formā, quæ ſit ſalua futura, velle omneis ciuitatis parteis & eſſe & manere eaſdem. Reges igitur propter honorem, quo ornati ſunt, ita animis affecti ſunt: honeſti autem & boni viri, propter ſenatoriam dignitatem. Præmium enim virtutis hic

Digitized by Google

magiſtratus eſt. Populus vero propter Ephoriam, quaſi tribunatum plebis apud Rom. Ex omnibus enim fiunt Ephori. At hunc magiſtratum delectu habito deferri oportebat ex omnibus quidem, ſed non quomodo nunc: valde enim puerilis eſt. Præterea rebus maximis iudicandis præſunt, cum ſint homines forte oblati, & nihil ab aliis differentes. Quocirca non ſuo arbitratu melius erat eos iudicare ſed ex præſcripto iuris ſcripti & legum, Tum Ephorum vitæ cultus non conſentit cum voluntate ciuitatis. Is enim valde diſſolutus eſt: in aliis autem rebus duritie & aſperitate modum ſuperat, ita vt eam tolerare nō poſſint, ſed clam à legibus transfugientes corporis voluptatibus cupide perfruantur. Iam vero neque ea, quæ ad ſenatorum magiſtratum pertinent, videntur bene eſſe eis inſtituta. Nam ſi ſint viri boni, & tantum, quantum ſatis eſt, ad honeſtatem cum probitate coniunctam præſtantemque virtutem eruditi: fortaſſe qui eos è re ciuitatis eſſe dixerit, quamquam eos per totam vitam rerum maximarum iudicandarum eſſe dominos, ambigi poteſt vtrum ſit vtile, necne. Eſt enim ſua, vt corporis, ſic & mentis ſenectus. Sed cum ita ſint inſtituti, vt lator ipſe legis eis non omnia credat, tanquam non bonis viris, non eſt hoc tutum. Reperiuntur autem qui hunc magiſtratum conſecuti ſunt, multa ad rempublicam pertinentia & precii & gratiæ cauſa deſerere ac prodere. Quocirca ſatius erat eos non eſſe liberos ac ſolutos iudicio rationum referendarum. Nunc autem ſoluti ſunt. Videatur autem Ephororum poteſtas omneis magiſtra-

giſtratus ad iudicium referendarum rationum apud ſe ſubeundum adigere. Magnum autem hoc Ephoriæ munus datum eſt: & negamus hoc modo referre rationes oportere. Præterea vero cum delectu ipſo electio ſenatorum puerilis eſt: tum eum, qui omnium iudicio dignus magiſtratu futurus eſt, petere magiſtratum, non eſt rectum. Oportet enim eum, qui dignus eſt magiſtratu, ſiue velit, ſiue nolit, magiſtratum gerere. Nunc autem id, quod & in alia ciuitatis adminiſtrandæ ratione, lator legis hic facere reperitur. Ciueis enim ambitioſos reddens, his vtitur in ſenatoribus eligendis. Nemo enim magiſtratum petat, qui non ſit ambitioſus. Atqui earum iniuriarum, quæ ſponte inferuntur, plurimæ aut propter immoderatum honoris ſtudium aut propter auaritiam & pecuniæ cupiditatem ab hominibus inferuntur. De regno autem vtrum non præſtet ciuitates regibus parere, an præſtet, alius ſane eſto diſputandi locus. Verumtamen ſatius fuerit non, quemadmodum nunc fit, ſed ex ſuis factis, & vita, vnumquemque regum ſpectari, regnumque obtinere. Ne ipſum quidem latorem legis autem putauiſſe poſſe ſe eos efficere viros omni virtute præſtanteis, in promptu eſt. Is enim diffidit, neq; omnia credit, vt non ſatis bonis viris. Quapropter vna cum rege legatos mittere ſolebant eos, qui cum eo inimicitias gererent: & ſalutare ciuitati eſſe exiſtimabant, reges inter ſe cõmittere, & concitare. Ne id quidem, quod ad ſodalitia, ſeu conuiuia, quæ Phyditia appellantur, pertinet, ab eo q conſtituit primum, recte inſtitutũ eſt. Oportebat

Digitized by Google

enim ſumptu publico potius conuentum illum fieri quemadmodum in Creta. Apud Lacedæmonios autem vnumquemq; conferre oportet, etiam ſi nonnulli valde pauperes ſint, neque hunc ſumptum facere poſſint. Ita contrarium euenit latori legis, atq; conſilium eſt. Vult.n. cōcœnationem & cōuiuiorum inuentum ad formā reip. popularem ſeu democratiam pertinere. Sed fit minimæ formæ reip. populari conſentaneum, ita à latore legis inſtitutum. Non enim facile eſt valde pauperibus ea participare. Hic autem reipub. finis & quaſi terminus patrius atq; auitus conſtitutus eſt, vt is, qui hoc vectigal penſitare non poteſt, ne ſit eius particeps. Iam legem de nauium præfectis, quos nauarchos appellant, alii quoq; reprehenderunt, idque merito: ſeditionis enim cauſa efficiens exiſtit. Claſſis enim præfectura ſempiterna regibus, qui ſunt belli duces atq; imperatores, addita, alterum propemodum regnū euadit. Hoc vero etiam modo propoſitum latoris legis reprehendat aliquis: quod quidem & Plato in libris de Legibus fecit. Tota. n. legū deſcriptio ad vnam virtutis partem, artem militarem, refertur. Hæc.n. ad potiundum rerum vtilis eſt. Itaque ſalui quidem erant bellum gerentes, interibāt autem imperium adepti: quia otiari & quieſcere non poterant, neq; vllam aliam artem militari præſtabiliorem & dominantiorem exercuerant. Hoc autem peccatum non leuius, quod bona, de quibus dimicant homines, virtute potius, quam vitio parari putant: atq; hoc quidem recte. quod autem hęc virtute meliora eſſe ducūt, non recte. Tum ea, quæ ad pecuniam publicam perti-

pertinent, perperam ſunt apud Lacedæmonios conſtituta. Nam neque ærarium eſt apud eos, vbi pecunia publica cõdita ſeruetur, cum ciuitas magna bella gerere neceſſitate cõgatur, & tributum male conferunt. Nam propterea quod Lacedæmonii latiſſimos agros poſſident, quantum quiſq; tributi conferat, non admodum accurate inter ſe exquirunt neque explorant: & hoc modo contrarium euenit latori legis, atq; ciuitati expedit. Ciuitatem enim fecit nudam atque inanem à pecunia: ciueis autẽ & priuatos pecuniæ cupidos atq; auaros. De Lacedæmoniorum igitur rep. hactenus dictum ſit. Hæc enim ſunt, quæ quis maxime reprehendat.

10. *De Cretenſium repub. diſputat.*

CRETENSIVM autem reipub. adminiſtrandæ ratio ad hanc proxime quidem accedit: ſed cum habeat pauca quædam non deteriora, tum plurima habet minus exculta, minuſque expolita. Videtur enim, & vero ita dicitur, Lacedæmoniorum reſp. pleriſque in rebus Cretenſem eſſe æmulata. Plurimæ autem res antiquæ minus ſunt ſuis partibus abſolutæ atq; articulatæ, quam recentiores. Aiunt.n. Lycurgum, quandiu relicta Charilai regis tutela peregrinatus eſt, tamdiu, idque diutiſſime, ad Cretam commoratum eſſe propter cognationem. Coloni enim erant Lyctii a Lacedæmoniis profecti: Arripuerunt autem ii, qui in coloniam deducti ſunt, leges & inſtituta, quibus tum Cretæ incolæ vtebantur. Quocirca etiam nunc qui Cretenſibus circumiecti ſunt accolæ eodem modo iis vtuntur, quomodo Minos primus legum

ordinem deſcripſit. Videtur autem inſula, & ad imperium Græciæ facta natura, & pulchre admodum ſita. Omni enim mari propinqua imminet, cum Græci fere omnes, oras maritimas incolentes, mare cingant. Abeſt enim hac parte quidem non longe à Peloponneſo, illa autem ab Aſia, & ab illo qui eſt circum Triopium loco, & Rhodo. Quapropter & maris imperium tenuit Minos, & inſulas alias cepit, alias frequentauit. Ad extremum autem bello Siciliæ illato, illic ad Camicum exceſſit è vita. Cretenſis autem reip. deſcriptio atque ordinatio Laconicæ proportione quadam reſpondet. Agros enim colunt his quidem Elotes, illis autem Periœci, quos appellant: & concœnationes, ſeu conuiuia publica fiunt apud vtroſque. Ac priſcis ſane temporib. nominabant illa Lacones non Phiditia, ſed Andria, quemadmodū Cretenſes: ex quo ēt perſpicuum eſt, ab his orta eſſe. Præterea & reip. adminiſtrandæ deſcriptio. Ephori enim eandem Lacedæmone poteſtatem obtinent, atque in Creta ii, qui dicuntur Coſmi: niſi quod Ephori numero ſunt quinque, Coſmi decē. Senatores autem ſenatoribus, quos Cretes bulā, hoc eſt, conſilium, appellant, numero ſunt pares. Iam vero regibus antea Cretenſes paruerunt: poſtea regalem poteſtatem ſuſtulerunt. Tum Coſmi in bello principem locum imperiumque obtinēt. Concionis porro omnes ſunt quidem participes, ſed penes illam nullius rei gerendæ poteſtas eſt, præterquam earum rerum, quæ ſenatoribus & Coſmis decretæ ſunt, ſuffragio comprobandarū. Veruntamen quæ ad conuiuia publica pertinent, melius

melius ſe habent apud Cretenſeis, quam apud Lacones. Lacedæmone enim confert quiſque per capita id, quod præfinitum præſcriptum eſt, quod ſi non faciat, vetat lex eum reip. eſſe participem, quemadmodum & ante dictum eſt. In Creta vero communius. Nam ex omnibus fructibus, & pecoribus naſcentibus, & ex vectigalibus reip. quæ Periœci penſitant, pars certa præfinita eſt, altera ad res diuinas faciendas, & publicorum munerum functiones: altera ad conuiuia publica, ita vt de publico omnes & mulieres & pueri & viri alantur. Iam vero ad victus parſimoniam cibique paucitatem, vt rem vtilem, & ad fœminarum diſiunctionem ne nimis multos filios pariant, maſculorum conſuetudine introducta (recte, an ſecus, alius erit diſputandi locus) multa ſapienter & acute excogitauit lator legis. Ea igitur, quæ ad cõuiuia publica pertinent, melius eſſe deſcripta atq; ordinata apud Cretenſeis, quam apud Lacedæmonios, perſpicuum eſt. Sed quæ ad Coſmos ſpectant, ea etiam deterius, quam quæ ad Ephoros, conſtituta ſunt. Nam quod mali ineſt in Ephororum imperio, hoc ineſt etiam in horũ poteſtate. Creantur enim homines forte oblati. Quod aũt illic ad reipub. ſtatum vtile eſt, hic non eſt. Illic enim propterea quod electio fit ex omnibus, populus qui imperii maximi fit particeps, remp. manere ſtudet. Hic autem non ex omnibus eliguntur Coſmi, ſed ex quibuſdam generib. ſenatores ex iis, qui coſmico munere functi ſunt: de quibus eadem quis dicere poſſit, ac de iis qui Lacedæmone creantur. Nam rationum referendarum iu-

Digitized by Google

dicio non teneri,& per totam vitam gerere magiſtratum,maior eſt honos,quam pro eorum dignitate:eumq; non ex præſcripto iuris ſcripti imperare,ſed ſuo arbitratu magiſtratum gerere,periculoſum eſt. Quod autem quieſcit populus,etiã ſi huius magiſtratus non ſit particeps,nullum eſt argumentum reip.bene ordinatę.Nam neq; vlla Coſmis,vt Ephoris,quæſtus faciendi ex magiſtratu facultas datur, vt qui in inſula lõge abſint ab iis, qui corrupturi ſint.Quam autem adhibent ad hoc erratum corrigendum ac ſanandum medicinã,cum abſurda ſit,tum ne ciuilis quidem eſt,ſed potentię vnius,aut paucorum,hoc eſt,dynaſtiæ,aut Oligarchiæ conſentanea. Sæpenumero. n. nonnulli aut ex collegis, aut ex priuatis, coitione facta,eos exturbant. Licet etiam ei ante tempus abdicare ſe magiſtratu.Hæc igitur omnia præſtat fieri ex lege, quam ex hominum voluntate. non eſt enim tuta hæc regula. Omnium autem remediorum peſſimum eſt magiſtratus huius ampliſſimi vacuitas, totiuſq; reip.ſtatus perturbatio,quam ſępenumero potentes inducunt, cum iudicium ſubire aut pœnas dare nolunt.Ex quo intelligere licet,in hac reip. adminiſtrãdæ deſcriptione,aliquid eſſe ciuilis reip. adminiſtrationis, id eſt, politiæ, non tamen eſſe ciuilem reip. adminiſtrationem, ſed potius paucorum potentatum, hoc eſt,oligarchiam, ſeu vnius potentiam,id eſt,dynaſtiam. Conſueuerunt autem populum & amicos ſuos diſtribuentes ac diſponentes,ſub vnius imperium totam remp. ſubiungere, & ſeditionem excitare, & inter ſe digladiari ac decertare.At quid refert vtrum hoc fi-

at,

at, an interuallo temporis non ſit amplius ciuitas, ſed diſſoluatur & dirimatur ciuilis ſoccetas? Eſt autem tum periculo proxima ſic affecta ciuitas, cum qui volunt in reip. ſtatum inuadere, ii etiam poſſunt. Sed quemadmodum dictum eſt, natura loci eam tuetur & ſeruat: inſulæ. n. longinquitas peregrinos arcet, atq; expellit, Itaq; Periœci manent in officio apud Cretas: Elotes vero ſæpenumero à Lacedæmoniis deſciſcunt. Nam neq; cum vllo principatu externo habent commercium Cretes: & non ita pridem bellum externum in inſulam traiectum eſt, quod infirmitatem legum, quæ ibi ſunt, patefecit. De hac igitur reip. adminiſtrandæ forma, hactenus à nobis dictum ſit.

11. *Carthaginienſium rempublicam examinat.*

VIDENTVR autem etiam Carthaginienſes reipublicæ adminiſtrandæ ratione vti recta ac præclara, & multis in rebus eximia atque egregia, ſi cum aliis comparetur: in nonnullis autem Lacedæmoniorum reipublicæ conſimili, & pene gemina. Hæ enim tres reipublicæ adminiſtrandæ formæ, cum inter ſe quodammodo ſint ſimiles, tum aliis longe præſtant: Cretenſis, inquam, & Laconica, & tertia Carthaginienſis: multaque eorum, quæ apud Carthaginienſes conſtituta ſunt, præclare ſe habent. Argumento autem eſt, hanc rempublicam bene eſſe deſcriptam, quod cum populum habeat rerum compotem, maneat in deſcriptione & ordinatione reipublicæ, neque aut ſeditio vnquam in ea coorta ſit, memoratu quidem certe digna, aut tyrannus exſtiterit. Habet autem hæc Laconicæ reipublicæ ſimilia: primum

Digitized by Google

ſodalitiorum conuiuia, Phiditiis: deinde centum quatuor virum imperium, Ephororum poteſtati: niſi quod centum & quatuor virum imperium poteſtate illa melius eſt. Illi einm ex hominibus caſu & forte fortuna oblatis conſtant: hi autem ad hoc imperium eliguntur, vt quiſque virtute & dignitate præſtat. Poſtremo reges & ſenatum habet comparatione & proportione quadam Lacedæmoniorum regibus & ſenatui reſpondenteis. Et vero ſatius eſt reges neq; ex eodem perpetuo genere eſſe, neque ex quouis, & forte fortuna oblato, ſed ex aliquo præſtanti ſumi: neque eos eligi, qui ætate, ſed qui virtute antecellant. Nam magnarum rerum domini & compotes effecti, ſi ſint contemti atque abiecti, nulliuſque precii, magna damna inferunt, & magna iam intulerunt Lacedæmoniorum ciuitati. Plurima igitur eorum, quæ reprehenſa ſunt propter declinationes à recta republica communia huic fuerunt, cum aliis reipublicæ adminiſtrandæ formis, quas commemorauimus. Eorum autem, quæ optimatium principatum & politiam finem ſibi propoſitum habēt, hæc quidem ad populi potentiam, illa vero ad paucorum dominatum magis declinant. Reges enim cum ſenatoribus poteſtatem habent aliud ad populum deferendi, aliud non deferendi: & ſi omnium vna ſit in aliqua re decernendi ſententia, id rarum eſt: ſin minus, etiam penes populum arbitrium & poteſtas eſt. Quæ autem hi afferunt ad populum, non modo renuntiant populo, vt audiat quæ fuerint à principibus ciuitatis decreta, verum etiam cuius de populo contra ea

quæ

quæ afferuntur, dicere licet: quod non eſt in aliis reipubl. adminiſtrandæ formis. Quod autē quinque viri, qui ſunt multarum magnarumq; rerum compotes atque arbitri, & à ſe ipſi leguntur, & centumuirum magiſtratum, qui ampliſſimus eſt, eligūt: prætereaq; quod hi diutius gerūt magiſtratum, quam cæteri (nam & defuncti magiſtratu, & anteq̃ ineant magiſtratum, reip. præſunt) hoc ad potentatū paucorum pertinet. Quod autem ſine mercede, & ſine ſortitione fiunt, hoc ad optimatium principatū pertinere ſtatuendum eſt, & ſi quid tale aliud eſt. Tum liteis & controuerſias omneis ab iis, qui magiſtratū gerunt diſceptari, non alias ab aliis, quemadmodū Lacedæmone, hoc quoq; optimatium principatum attingit. Deflectit aūt maxime ab optimatium principatu ad paucorum potentatum Carthaginienſium reip. conſtitutio ex quadam cogitatione & opinione vulgi. Non enim ex virtute ſolum, verum etiam ex diuitiis eligi magiſtratus putant oportere. Fieri .n. non poſſe arbitrantur, vt is, cui deſunt rei familiaris facultates, recte fungatur magiſtratu, & otietur. Si igitur magiſtratus ex diuitiis & cenſu eligi, ad paucorum potentatum pertinet: ex virtute vero ad optimatium principatum: hæc tertia fuerit reip. adminiſtrandæ ratio, ac deſcriptio, qua Carthaginienſes in ſua republica adminiſtranda vtuntur. In eligendis enim magiſtratibus, iiſque maximis, regibus ſcilicet & imperatoribus, hæc duo ſpectant. Hæc igitur ab optimatium principatu declinatio, latoris legis peccato culpaque accidiſſe exiſtimanda eſt. Nam ſtatim ab initio hoc in pri-

mis videri debet, vt viri optimi otiari poſſint cum aliqua dignitate, aut certe ſine ſpecie deformi atque indecora: idque non ſolum publicam perſonam ſuſtinentes, magiſtratumque gerentes, verũ etiam vitam priuatã colentes. Quod ſi otii gratia etiam ad facultates & copias rei familiaris attendendus animus eſt, ſummos magiſtratus tamẽ eſſe venaleis, regnum & imperium bellicum, malum eſt. Efficit enim hæc lex, vt maiore in precio atq; honore ſint diuitiæ, quam virtus, & vt tota ciuitas imoderato pecunię ſtudio ſit dedita. Quicquid autem honoratum principes ciuitatis & in repub. dominatum obtinẽtes exiſtimarint, idem & reliquis ciuib. tale videatur neceſſe eſt. Qua autem in repub. non maximo in honore precioque virtus eſt, hæc reſp. ad ſtabilem optimatium principatum nullo modo pertinere poteſt. Probabile eſt porro eos, qui magiſtratus emerunt, cum impenſam fecerint in magiſtratum, aſſueſcere quæſtum facere. abſurdum enim fuerit, eum qui pauper quidem ſit, ſed tamen vir bonus, quæſtus faciendi voluntatem habiturum: eum, qui ſit improbus, & qui ſumtũ fecerit, non habiturũ. Quapropter oportet, qui optime reip. præeſſe poſſunt, hos præeſſe. Præſtabat aũt, etſi virorum bonorum facultates & copias rei familiaris deſerebat ac prodebat, at certe eum magiſtratuum otio conſulere ac proſpicere. Malum autem eſſe videatur etiam hoc, eũdem plureis magiſtratus gerere: quod quidem apud Carthaginiẽſeis honorificum & glorioſum eſt. Nã vnum opus ab vno optime abſoluitur. Oportet vero latorem legis, vt hoc fiat, videre

atque

atque operam dare, non vt idem & tibia canat, & ſutoriam faciat, negotium dare. Itaque vbi non eſt parua ciuitas: ciuilius eſt plureis eſſe magiſtratuum participes, & magis populare. Nam cum hoc communius ſit, quemadmodum diximus, tum vnaquæque res & melius fit à ſingulis, & citius. Licet autem hoc cernere in rebus bellicis & nauticis. In his enim vtriſq; per omneis fere permanet imperandi ius, & parendi neceſſitas. Cum autem eorum reip. adminiſtrandæ ratio ad paucorum potentatum ſpectet, optime tamen hoc incommodum effugiunt, eo quod ſemper aliqua pars populi diues eſt, dum aliquos de populo in oppida minora dimittunt. Hac enim re medentur huic malo, & reipub. ſtatum ſtabiliunt. Sed hoc fortunæ acceptum referendum eſt. At oportebat eos à ſeditione munitos ac tutos eſſe conſilio & opera latoris legis, non beneficio fortunæ. Nunc autem ſi quid aduerſi acciderit, & paulo maior numerus ciuium imperio ſubiectorum defecerit ac diſcordarit, nullum eſt in legibus tranquillitatis & quietis retinendæ præſidium. De Lacedæmoniorum igitur reipub. adminiſtrãdæ forma, & de Cretẽſi, & Carthaginienſi, quæ quidem merito ab omnibus probantur, & bona exiſtimatione florent, hæc habui, quæ dicerem.

12. *Athenienſium rempublicam conſiderat.*

EORVM autem, qui de rep. aliquid pronũciarunt, quidam nullis omnino muneribus ciuilibus functi ſunt, ſed vitam priuatam perpetuo traduxerunt: de quib. fere omnib. ſi quid eſt ſermone dignum, dictum antea à nobis eſt. Quidam

vero

externis quibuſdam populis, ipſi quoque in reip. adminiſtranda verſati. Atque horum alii quidem legum auctores fuerunt duntaxat, alii etiam reip. adminiſtrandæ rationem tradiderunt: vt Lycurgus & Solon. Hi enim & leges condiderunt, & reip. adminiſtrandæ formas deſcripſerunt. De Lacedæmoniorum igitur rep. à nobis dictum eſt. Solonem autem nonnulli quidem latorem legis fuiſſe bonum putant. Nam & paucorum dominatum ſuſtuliſſe, qui merus erat, atq; immoderatus: & populum ſeruientem liberaſſe: & populi libertatem, potentiamq; patriam atq; auitam conſtituiſſe, apte collocatis, atq; inter ſe ordine permiſtis variis reipub. adminiſtrandæ generibus. Senatum enim Ariopagiticum, ad paucorum principatum ſeu oligarchiam pertinere: magiſtratus electione creari, ad optimatiũ imperium, ſeu ariſtocratiam: iudicia, eſſe popularia. Videtur autem Solon illa quidem, quæ ante fuerant, non ſuſtuliſſe, ſenatũ & magiſtratuum electionem: populi vero libertatem de integro conſtituiſſe, rerum iudicandarum omnib. ciuibus, ſi ſortiti eſſent poteſtate facta. Quapropter etiam reprehendunt eum nonnulli: Alteram.n.reip. partem diſſoluiſſe, atq; eneruiſſe, ad iudicium, quod ſorti permittitur, omnium rerum auctoritate ac poteſtate delata. Poſteaquam enim hoc valuit, populo, tanquam tyranne, gratiæ cauſa omnia largientes atq; indulgentes, reip. ſtatum in eam, quæ nũc eſt, populi potentiam redegerunt. Et ſanatum quidem Ariopagiticum Ephialtes & Pericles mutilarũt, ac decurtarũt: iudicia autem mercenaria reddidit Pericles. Atque hoc

vero latores legis fuerunt, alii ſuis ciuitatibus, alii hoc ſane modo vnuſquiſq; ex blandis populi ductorib. populi maieſtatē augēs, ad eū, q nūc eſt, popularis potentiæ ſtatū promouit, ac ꝓuexit, Videtur aūt hoc non ex conſilio Solonis natum eſſe, ſed potius caſu eueniſſe. Nam quod populus imperii & victoriæ naualis cauſa bello Perſico fuiſſet, maiores ſolito ſpiritu ſumſit, & blando oratores, quaſi ductores ac magiſtratus, cepit improbos ac turbulentos, pro bonis & moderatis adminiſtratoribus. Nam Solon quidem maxime neceſſariam populo poteſtatem tribuere videtur magiſtratū eligendorum, & rationum ab eis repoſcendarum. Si enim ne huius quidem rei poteſtas ſit penes populum, præterquam quod ſeruus ſit, etiam hoſtis ſit. Magiſtratus autem omneis ex illuſtribus & locupletibus ciuibus creauit, nempe ex iis qui quingenta medimna quotānis ex agris ſuis perciperēt, & ex iis, qui iugo aſtricti eſſent, qui Zeugitæ dicūtur, & ex equeſtri ordine, qui tertii cenſus & tertiæ claſſis eſt. Quartæ autem claſſis ciues, mercenarii & operarii ſunt, nullius magiſtratus paticipes. Latores porro legum fuerunt Zaleucus Locris ad occidentem incolentibus, quos Epizephyrios appellant Græci: & Charondas Cataneus ſuis ciuibus & aliis Chalcidicis circum Italiam & Siciliam ciuitatibus. Conantur porro quidam etiam Onomacritum primum fuiſſe in legibus ſcribendis callidum ac ſolertem multis argumentis collectis demonſtrari: eum autem in Creta exercitatum eſſe cum Locrus eſſet, in eaq; inſula peregrinus commoraretur propter diuinandi ſcientiam: huius

huius autẽ amicum & ſodalem fuiſſe Thaletem: Thaletis auditorem Lycurgum,&Zaleucum:Zaleuci Charondam. Sed cum hæc inconſideratius loquuntur, tum tempora repugnant. Fuit & Philolaus Corinthius Thebanis legum auctor. Erat autem Philolaus ex Bacchiadum genere: ſed cum Dioclis eius qui vicit Olympia, amator eſſet: ille autem inſanum matris Alcyonæ amorẽ aſpernatus ac deteſtatus vrbem reliquiſſet; Thebas vna cum eo profectus eſt, ibique ambo mortui ſunt: atque etiam nunc eorum ſepulchra oſtendunt, ita poſita, vt alterum quidem ex altero facile conſpici poſſit: ſed Corinthiorum agro alterum ſit in conſpectu poſitum, alterum non ſit. Fabulantur enim, eos ita ſua ſepulchra fieri ac locari iuſſiſſe. Dioclem quidem propter odium calamitatis acceptæ, vt ne ex ſepulchri aggerę ager Corinthius proſpici poſſet: Philolaum, vt poſſet. Habitabãt igitur propter talem cauſam apud Thebanos. Leges autem eis ſcripſit Philolaus, cum de quibuſdã aliis rebus, tum de procreatione liberorum, quas vocant illi leges poſititias, ſeu, ſi mihi ita loqui fas eſt, poſitiuas. Atque hoc proprie legibus illis conſtitutum eſt, vt bonorum, quæ cuique ſorte obtigiſſent, & hæreditatum numerus ſeruetur. Charondę autem nihil proprium eſt, pręter quam falſorum teſtimoniorum actiones & iudicia. Primus enim his de rebus accurate conſiderauit. Exquiſita autem & ſubtili legum ſcribendarum ratione, latoribus legum iis, qui hodie ſunt, cultior ac politior eſt. Philolai autem propria eſt bonorum & rei familiaris inæqualitas: Platonis, vxorum & libero-

bero-

berorum, & rei familiaris communitas, & publica mulierum conuiuia. Præterea lex ad ebrietatem pertinens, vt ſobrii ſint magiſtri: & lex de exercitatione rerum bellicarum, vt æquimani fiant meditando: quaſi oporteat vtranque manum eſſe vtilem, non alteram vtilem, alteram inutilẽ. Draconis autem leges quidem ſunt aliquæ, ſed ille conſtitutæ iam reip. leges dedit. Proprium autem in his legibus nihil eſt, quod quidem commemoratione dignum ſit, præter ſæuitiã & acerbitatem, propter pœnæ magnitudinem. Fuit autem & Pittacus, legum quidem opifex, ſed non reip. adminiſtrandæ. Lex autem eius propria eſt, vt ſi quem ebrii pulſarint, grauiores pœnas dent, quam ſi ſicci pulſarint. Propterea enim quod plures temulẽti atque ebrii, petulantes & contumelioſi ſint in alterum, quam ſicci & ſobrii: non ad ignoſcẽdi rationem ſpectauit, ebriis magis eſſe ignoſcendum, ſed ad vtile. Fuit & Androdamas Rheginus lator legum Chalcidenſibus Thraciis, cuius exſtant leges de cædibus & de puellis orbis, ad quas venit omnis paterna hæreditas. Nihil tamen quiſquam eius proprium referre poſſit. Quæ igitur ad reip. adminiſtrandæ rationes pertinent, tum eas, quæ hodie ſeruantur ratæ, tum eas, quæ à quibuſdam expoſitæ & traditæ ſunt, hoc modo ſint à nobis diſputata.

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. III.

CAP. I.

De forma ciuitatis, de politia ſcil. certum ſubiectum habente, agere inſtituit.

EI, QVI de reip. adminiſtrandæ ratione, quæ & qualis ſit, conſiderat; primo fere loco quidnam ſit ciuitas, videndum. Nunc enim ambigunt & in controuerſiam vocant, dum alii rem à ciuitate actam ac tranſactam eſſe dicunt: alii non à ciuitate, ſed à paucis potentibus aut tyranno. Hominis autem regendæ ciuitatis periti (quem politicum Græci nominant) & legum ſcriptoris curam atque operam omnem videmus in ciuitate conſumi. Iam vero reipub. ſeu ciuitatis adminiſtrandæ ratio, quam politicam Græci appellant, eorum, qui vrbem colunt, deſcriptio atque ordinatio eſt. Quoniam autem ciuitas compoſitum & concretum quiddam eſt, quemadmodum & aliquod aliud totum ex multis partibus conflatum: nimirum quærendum ante de ciue eſt. ciuitas. n. ciuiũ multitudo quædam eſt. Quare quis ciuis appellari debeat, & quis ſit ciuis, videndum. Etenim de ciui ſæpenumero ambigitur. Non enim conuenit inter omneis, eundem eſſe ciuem. Eſt enim aliquis, qui cum in ciuitate libera, ſeu reipub-

publicæ adminiſtrandæ forma populari, quam democratiam appellant Græci, ciuis ſit, in paucorum principatu, quæ oligarchia ab illis dicitur, ſæpenumero non eſt ciuis. Atque ii quidem qui alio modo hanc appellationem conſecuti ſunt, vt ciues inſititii, aut (vt ita dicam) factitii, miſſi faciendi ſunt. Ciuis autem non eo, quod vrbem aliquam incolat, ciuis eſt. etenim inquilini & ſerui, habitationis ſunt participes. Neque ij, quibuſcum iura ita communicata ſunt, vt & iudicium accipere neceſſe habeant, & litem intendere, atque in ius vocare poſſint, ciues ſunt; hoc enim tribuitur etiam iis, qui teſſeris publice acceptis, & ex publica conuentione inter ſe iura habent communia, & res contrahunt. His enim hanc quoque ſuppetunt. Quin ſæpenumero neque inqlini horum omni ex parte ſunt participes: ſed neceſſe eſt eis patronum aliquẽ dare. Quamobrem imperfecte & quodam modo talis communitatis ſunt participes. Verum quemadmodum pueri, qui nondum per ætatem in numerum ciuium adſcripti ſunt, & ſenes, qui dimiſſi & abſoluti ſunt muneribus ciuilibus, dicendi quidem ſunt aliquo modo ciues: non admodũ tamen ſimpliciter, & abſolute, ſed cũ adiectione, illi quidem imperfecti; hi autem effœti & vieti, aut aliquid aliud ſimile (nihil.n. refert, quando planũ & apertum eſt, quod dicimus: quærimus enim eum, qui ſit ciuis ſimpliciter, & in quẽ nulla talis reprehẽſio ſeu criminatio cadat, quæ correctione egeat) ſic inquilini nõ ſunt abſolute ciues appellandi. Nam ẽt de iis qui ignominia notati ſunt, & de exulib.,

talia quædam dubitari poſſunt, & talis quadrat diſſolutio ac reſpõſio. Ciuis igitur ſimpliciter nulla alia re definitur magis, quam quod ſit iudicatus & magiſtratus particeps, Magiſtratuum autem alii quidem tempore ſunt diſtincti, ac diuiſi (itaq; nonnullos bis eidem gerere omnino nõ licet: aut certis, ac pręfinitis temporibus licet) alii vero non definiti: exempli gratia, iudex, & qui in concione deliberat & conſultat. Fortaſſis aũt dixerit aliquis ne magiſtratus quidem eſſe taleis ciueis, neq; propterea imperii participeis eſſe. Atqui ridiculum ſit iis, qui in ciuitate maxime dominantur, plurimũque poſſunt, imperium denegare. Sed ſtatuamus nihil intereſſe: de nomine.n.ſit ſermo. Ea.n.poteſtas, quæ iudici cum ſuaſore, eove qui in concione deliberat, cõmunis eſt, nomine vacat, nec ſatis eſt in promptu quo nomine communi hæc duo ciuilia munera ſint appellanda. Eſto igitur, diſtinctionis cauſa, magiſtratus non definitus. Eos itaq;, qui ita reip.ſunt participes, ciueis ſtatuimus. Quare ciuis definitio, quæ ad eos omneis, qui ciues appellantur, maxime quadrare poſſit, talis fere eſt. Nemini aũt obſcurũ eſſe debet, quib. in reb.ſubiecta ſpecie differunt, & eorũ aliud eſt primum, aliud ſecundum, aliud deinceps ſubſequens: earũ rerum aut nihil prorſus eſſe commune, qua ratione ſunt tales, aut perquam tenuiter & anguſte. At reip.adminiſtrandæ rationes differre inter ſe ſpecie videmus: & earũ alias eſſe priores, alias poſteriores. Eæ.n.quæ deprauatæ ſunt, quæq; deflexerunt à recto: rectis minimeque deprauatis poſteriores ſint neceſſe eſt. Degreſſas autem à recto

quo

quomodo dicamus, poſterius planum fiet. Ergo etiam ciuis in quaque reip. adminiſtrandæ ratione ſit alius ac diſſimilis neceſſe eſt. Quare is, qui ſupra nobis dictus eſt, in ciuitate libera, in qua penes populum poteſtas eſt, maxime ciuis eſt: in aliis vero euenire poteſt, vt ſit, non tamen neceſſe eſt. Nonnullæ enim ciuitates neque populum habent, neque concionem vſu receperunt, ſed conuentum ciuium conuocatorum: & liteis controuerſiaſque alias alii cognoſcunt ac diſceptant. Vt Lacedæmone liteis de rebus contractis diriмunt & diiudicant Ephororum alii alias: ſenatores autem iudicia de cædibus ac parricidiis exercent: alius porro aliquis magiſtratus fortaſſis alia. Itemque fit Carthagine. quidam enim magiſtratus rebus omnibus iudicandis præſunt. Sed enim correctionem habet ciuis definitio. Nam in aliis reip. adminiſtrandæ formis non magiſtratus infinitus conſultator & iudex eſt, ſed pro genere imperii definitus. His. n. omnibus, aut nonnullis eorum permiſſa eſt conſultandi ac iudicandi poteſtas, aut de rebus omnibus, aut de quibuſdã. Quis igitur ſit ciuis, ex his perſpicuũ eſt. Qui enim poteſt magiſtratus ad conſultandum & iudicandum pertinentis eſſe particeps, eum iam huius ciuitatis dicimus eſſe ciuem: ciuitatem autem vt ſimpliciter dicam, talium hominum multitudinem tantam, quanta ſatis ſit ad copiam plenam ac refertam, nihilque foris requirentem, rerum ad vitam degendam neceſſariarum.

2. De politiæ materia proxima generatim agit, de ciuibus ſcilicet.

DEFINIVNT autem quidam ciuem conſuetudinem ſpectantes, qui ex vtroq; parente ciue natus eſt, non ex altero tantum, vt ex patre aut matre. Alii autem etiam hoc longius requirunt ac repetunt, v.gr. ad auos duos, aut treis, aut plureis progredient s. Cum igitur ciues ſic definiuntur ciuili more, & pingui Minerua, dubitant nonnulli de tertio illo, aut quarto, quomodo ciuis futurus ſit. Gorgias igitur Leontinus, partim fortaſſe dubitanter, partim diſſimulanter loquens, dicebat: quemadmodum mortaria ſunt, quæ à mortariorum opificibus effecta ſunt: ſic & Lariſſæos eos eſſe, qui à Lariſſæorum effectoribus procreati ſunt. eſſe enim aliquos Lariſſæorum effectores, & quaſi opifices. Sed hoc eſt pingue & ſimplex. Si.n. participes erant reip. ex ea definitione, quam expoſuimus, ciues eſſent: ſin minus, nõ eſſent ciues. Nam ne fieri quidem poteſt, vt natum eſſe ex ciui patre, aut ex ciui matre, ad eos, qui primi vrbẽ habitarunt, aut condiderunt accõmodetur. Sed fortaſſe magis de his dubitari poteſt, qui reip. fuerũt participes, reip. ſtatu immutato: cuiuſmodi eſt id, quod fecit Cliſthenes poſt tyrãnos exactos. Multos.n peregrinos, & ſeruos, & inquilinos in tribus tranſtulit. Controuerſia autem, quæ de his eſt, nõ eſt, quis ſit ciuis: ſed vtrum ſic factus ciuis, iuſte an iniuſte ſit ciuis. Atqui de hoc quoq; præterea dubitauerit aliquis, vtrumne qui iuſte non eſt ciuis, non ſit ciuis? quaſi idem valeant, iniuſtum ac falſum. Quoniam autem videmus, nonnullos etiam iniuſte magiſtratum aut imperium gerere, quos magiſtratum quidem gerere fatebimur, ſed non

iuſte:

iuſte:ciuis autem imperio quodam definitus eſt (nam qui talis imperii particeps eſt,ciuis eſt,vt diximus) in promptu eſt etiam hos dicendos quidem eſſe ciueis.

3. *Alteram Politiæ materiam proximam. Ciuitatem ſcilicet generatim explicat.*

IVSTE autem ciues ſint, necne, ad controuerſiam ante à nobis expoſitam pertinet. Dubitant enim quidam quando ciuitas aliquid egiſſe dicēda ſit, quando non ciuitas: verbi gratia, cum ex paucorum imperio aut tyrannide, populi poteſtas exſtiterit. Tunc enim neque ea, quæ conuenerunt, quæque in obligationem deducta ſunt, diſſoluere volunt, quaſi non ciuitas, ſed tyrannus pecuniam acceperit: neque multa alia huiuſmodi pacta conuenta ſeruare. Proinde quaſi nonnulla reip. adminiſtrādæ genera eo, quod vel vnus vel pauci plus valeant viribus, non vtilitate communi, conſtent. Quod ſi etiam nonnulli homines ſub imperio & poteſtate populi hoc modo ciuiliter viuunt, huiuſq; ciuitatis & reip. eæ ſunt actiones, quas populus obiit: ergo & huius ciuitatis ac reip. quæ ex paucorū imperio & tyrānide ciuitas libera facta eſt, dicendū eſt, eas eſſe actiones, quæ à paucorum imperio & tyrānide cōtractæ ſunt. Videtur autem ſermo, in quem nunc incidimus, ad hanc dubitationem accōmodatus eſſe, quoniam modo eadem ciuitas ſit dicēda, aut nō eadem, ſed alia: Huius igitur dubitationes ea quæ maxime in promtu poſita eſt, quæſtio in loco & in hominib. conſiſtit. Euenire.n. poteſt, vt locu & homines diiungantur, & hi quidem alium, illi autem alium

locum incolant. Hæc igitur dubitatio lenior, & mitior ſtatuenda eſt Nam cum ciuitas multis modis dicatur, ad explicandum facilis quodammodo talis quæſtio eſt, ſimiliter autem & hominum eundem locum incolentium, quando vnam eſſe ciuitatem exiſtimare oporteat. Non enim muris communibus definienda vna ciuitas eſt. Liceat enim Peloponneſo murum vnum circumdare. Talis autem fortaſſe eſt Babylon, omniſque, quæ gentis potius, quam vrbis aut ciuitatis circumſcriptione continetur: qua tertium iam diem capta, partem quandam vrbis non ſenſiſſe dicunt. Verum de hac quidem dubitatione vtilius erit diſputationem ad aliud tempus reſeruari. Nam de magnitudine ciuitatis, quanta debeat eſſe, & vtrum gentem vnam, an plureis eſſe expediat, hominem politicum ignorare non oportet. Sed iiſdem hominibus in eodem loco habitantibus, vtrum quandiu ſit idem genus hominum in vrbe habitantium, eadem ciuitas dicenda eſt, etiam aliis intereuntibus, aliis naſcentibus: quemadmodum & fluuios eoſdem dicere ſolemus, & fonteis eoſdem, quãuis alia ſemper aqua ſuboriatur, alia diffugiat atq; effluat? an homines quidem iidem eſſe dicẽdi ſunt propter talem cauſam, ciuitas aũt alia? Nam ſi ciuitas ſocietas quædam eſt, & ciuium ſocietas: vbi ciuitatis adminiſtrandæ ratio ſpecie ſit diſpar ac diſſimilis, & differt ciuibus, neceſſe eſſe videatur etiam ciuitatem non eſſe eandẽ. Quẽadmodum chorum, qui nunc comicus, nunc tragicus eſt, alium eſſe dicimus, cum ſæpenumero iidem homines ſint. Similiter autẽ & aliam omnem

ſocietatem,

ſocietatem, aliam dicere debemus, ſi compoſitionis ſpecies ſit alia veluti harmoniam diſſimilem eſſe dicimus iiſdem ſonis, ſi alias ſit Doria, alias Phrygia. Si igitur hoc modo ſe res habet, perſpicuum eſt, eādem ciuitatē maxime eſſe dicendam, ſpectata ciuitatis adminiſtrandæ ratione: nomine autem vel alio, vel eodem licere eam appellare, & iiſdem in ea habitantibus hominibus, & prorſus aliis. Sitne autem iuſtum, necne id, quod ex conuentione debetur, diſſoluere, obligationiq; contractæ ſatisfacere, cum in aliam reipub. adminiſtrandæ formam ciuitas traducta ſit, non eſt huius loci diſputare.

4. *De ciuibus in ſpecie agit, & primum de perfectis ciuibus.*

IIs porro, quæ nunc expoſita ſunt, proximum eſt, vt videamus, vtrum eandem eſſe virtutem viri boni & boni ciuis ſtatuere debeamus, necne. Verum enim vero ſi hoc acquirendum eſt, viri boni virtus primum rudi quadam imagine informatā cognoſcenda eſt. Quēadmodum igitur nauta, vnus quidam ex ſociis nauigationis: ſic & ciuem ex iis, qui ciuilis adminiſtrationis ſunt participes, vnum eſſe dicimus. Quāuis autem nautæ ſint inter ſe vi & facultate diſſimiles (alius enim eſt remex, alius gubernator, alius proræ præfectus, alius tali aliquo quaſi cognomine appellatus) perſpicuum tamen eſt vniuſcuiuſq; eorum ſubtiliſſimā ac perfectiſſimā definitionem, virtutis cuiuſq; propriam futuram: ſimiliter autem & communem aliquam ad omneis apte quadraturam. Nam ſalus nauigii, eorum omnium cōmune munus eſt. Hanc.n. tanquam finem, nautarum vnuſquiſq; expetit. Sic igi-

tur & ciuium cuiuſque, quamuis ſint inter ſe diſſimiles, ſocietatis & communitatis ſalus, munus eſt. Societas autem eſt, ciuitatis ſeu reip. adminiſtrandæ forma & ratio, quam politiam Græci nominãt. Quocirca virtus ciuis ad ciuitatis adminiſtrandæ formam referatur neceſſe eſt. Si igitur plura ſunt ciuitatis ſeu reip. adminiſtrationis genera, nimirum fieri nõ poteſt, vt boni ciuis virtus ſit vna perfecta. At virum bonum dicimus virtute perfecta eum metientes. Euenire igitur poſſe, vt qui ſit bonus ciuis, eam virtutem non ſit conſecutus, ex qua vir bonus appellatur, [illegible] his intelligere licet. Veruntamẽ etiam alio modo eãdem rõem ptractare & perſequi licet de optima reip. adminiſtrã dæ forma dubitantibus. Si. n. fieri non põt, vt ex omnib. bonis viris conſtet ciuitas: ſuo autem quemq; munere probe fungi oportet: hoc autẽ à virtute proficiſcitur: quandoquidem nefas eſt ciueis omneis inter ſe eſſe ſimileis, vna boni ciuis & boni viri virtus eſſe non poſſit. Nam boni quidem ciuis virtus in omnibus ineſſe debet: ſic enim ciuitas neceſſario futura eſt optima. Boni viri autem virtus in omnibus ineſſe nequeat, niſi neceſſe eſt omneis viros bonos eſſe, qui ſunt in bona ciuitate ciues. Præterea quoniam ex diſſimilibus conſtat ciuitas: quemadmodum, verbi gratia, animans ex animo & corpore, animus humanus ex ratione & appetitione, domus ex viro & vxore, rei familiaris poſſeſſio ex domino & ſeruo; eodem autem modo & ciuitas tum ex his omnibus, tum præterea ex aliis diſſimilibus rerum generibus concreta eſt: neceſſe eſt non vnam eſſe omnium ciuium virtutẽ quem-

admodum

admodum neque ex chori ſaltatoribus præſultoris, & eius ſaltatoris, qui ei eſt proximus, eſt vna. Boni viri igitur, & boni ciuis virtutem non eſſe eandem, ex his cognoſcere licet. Sed vtriuſnne alicuius boni ciuis & boni viri eadem virtus erit, necne? Dicimus vtique bonum prætorem, bonumq; magiſtratum, eſſe virum bonum & prudentem. Virum autem ciuitatis regendæ facultate præditum, neceſſe eſt eſſe prudentem. Tum quidam dicunt eius qui ciuitati præeſt, inſtitutionem ab inſtitutione priuatorum diuerſam eſſe oportere: quemadmodum regnum filii arte equeſtri & militari erudiri cernuntur: & Eurip.

Ne mihi iſta glorioſa, ſed quæ ciuitas Deſiderat.

Proinde quaſi aliqua ſit eius, qui præeſt, diſciplina. Si igitur boni principis ſeu magiſtratus, & boni viri virtus eadem eſt: is etiam autē, qui paret imperio, ciuis eſt: non eadem ſimpliciter & abſolute fuerit ciuis & viri virtus, ſed tamen alicuius ciuis. Non enim eadem eſt eius, qui ciuitati præeſt, & ciuis. Atq; idcirco fortaſſe Iaſon ſe dicebat eſurire, quod non regnaret, tāquam priuatus eſſe neſciens. Verumtamen laudatur ſane poſſe & imperare & imperio parere: tum probi & ſpectati ciuis eſt poſſe & imperio bene præeſſe & imperio recte parere. Si igitur boni quidē viri virtutem ad imperādum aptam eſſe ponimus, boni ciuis aūt ad imperandum & parendum: non fuerit vtrumq; ſimiliter laudabile. Quoniam igitur interdum vtrumque horum videtur, nempe & non eadem eum, qui præeſt: eumque, qui paret imperio, diſcere oportere, & ciuē vtrumq; ſcire oportere tū præeſſe,

tum

tum imperio parere, atque vtriuſque participem eſſe debere: hæc ex iis, quæ iam dicentur, intelligere licet. Eſt. n. imperium aliquod domini proprium, quod ſupra herile appellauimus (hoc dico, quod verſatur in iis, quę neceſſaria dicuntur: quæ ſcire facere eum, qui ciuitati præeſt, neceſſe non eſt, ſed vti potius) altera res vero etiam mancipii conuenit: dico autem rem alteram, operas præſtare ſeruileis, & officiorum humilium adminiſtrum eſſe poſſe. Seruorum autem genera plura eſſe dicimus: operæ. n. ſunt plures. Vnum genus eſt eorũ, qui operarii & opifices dicuntur à Latinis, à Græcis chernetes: hi autem ſunt, quemadmodum & nomen ſignificat, qui manibus vitam tolerant, quibuſque victum manus ſuppeditant: in quibus eſt illiberalis & ſordidus artifex. Quocirca apud quoſdam priſcis illis tẽporibus magiſtratuum non erant participes opifices, antequã democratia extrema & deterrima exſtitiſſet. Opera igitur & munera talium ciuium imperio ſubiunctorum, neq; virum bonum, neq; hominem ad regendam ciuitatem idoneum, neq; bonum ciuem dicere oportet, niſi forte ipſius cauſa, & vt aliquando ſibi ipſe vtatur. Non. n. iam inter dominum & ſeruũ intereſſe, neq; alius dñs, alius ſeruus eſſet. Verũ aliud eſt imperium, quod qui obtinet, ſimilibus genere & liberis hominib. imperat. Hoc. n. ciuile imperium eſſe dicimus: quod oportet eum, qui ciuitati præeſt, parẽdo imperio didiciſſe: verbi gratia, equitatui pręeſſe debet, poſteaquã magiſtro ſeu pręfecto equitum paruerit: & dux exercitus eſſe, poſtquam miles imperatorem ſecutus ſit: & poſtquam tribuno

buno militum paruerit,& manipularis miles fuerit, tribunus militum & manipuli ductor eſſe. Quapropter dicitur hoc quoque præclare, non poſſe quenquam bene imperare, qui non paruerit. Horum autem virtus quidem diuerſa eſt. Sed oportet bonum ciuem & ſcire & poſſe tum imperio parere, tum imperare:& hæc ciuis virtus eſt, imperium liberorum ſcire in vtramque partẽ. Tum viri boni vtrumque: quamuis ſpecie differat temperantia & iuſtitia eius, qui præeſt, propria, à temperãtia & iuſtitia ejus,qui paret imperio Eius enim,qui ſub imperio eſt,& idem liber,in promptu eſt,non poſſe eſſe vnam viri boni virtutem: verbi gratia,iuſtitiam:ſed eam duas formas habere, ex quibus imperabit,& imperio parebit. Quẽadmodum viri & mulieris diuerſa temperantia & fortitudo eſt. Vir enim ignauus eſſe videatur, ſi ſit ita fortis,vt mulierem fortem eſſe decet: & mulier loquax, ſi ita temperans & modeſta, vt vir is, qui bonus eſt. Nam adminiſtratio rei familiaris alia eſt viri,alia vxoris. Illius enim munus eſt quærere,huius cuſtodire. Prudentia autem eius qui præeſt, ſola virtus propria eſt. Alias enim, vt apparet, neceſſe eſt eſſe communeis & imperio ſubiectorum, & imperantium. Eius autem, qui ſub imperio eſt, virtus non eſt prudentia, ſed opinio vera. Nam qui eſt ſub imperio, tanquam tibiarum opifex: qui præeſt autem, tanquam tibicen, qui tibiis vtitur. Vtrum igitur eadem ſit virtus boni viri & boni ciuis, an alia & diuerſa, & quomodo ſit eadem & quomodo diuerſa, ex his cognoſcere licet.

5. Qui

5. *Qui ciues imperfecti ſint, oſtendit.*

SEd quod ad ciuem attinet, dubitatio quædam reliqua eſt, vtrum reuera ciuis ſit, qui magiſtratum capere poteſt, an etiam ii, qui arteis illiberaleis & ſordidas exercent, ciues numerandi ſint. Si igitur etiam ii qui honorum non ſunt participes, ciues numerandi ſunt, fieri non poteſt, vt omnium ciuium talis ſit virtus. hic enim ciuis eſt. Sin horum nullus ciuis eſt: quo in loco, quoque in numero quiſque locandus eſt? Neque enim inquilinus, neque peregrinus eſt. An propter hãc rationem nihil inde abſurdi effici dicemus? Nam neque ſerui, neque liberti quicquam eorum, quæ diximus, ſunt. Hoc enim verum eſt, non omneis in numerum ciuiũ eſſe habendos, ſine quibus ciuitas non facile eſſe poſſit. Nam ne pueri quidem eodem modo ſunt ciues, atque viri: ſed hi quidem ſimpliciter, illi autem ex conditione & cum adiectione. Sunt. n. ciues quidem illi, ſed imperfecti. Priſcis igitur temporibus, apud nonnullos, opifices illiberales ac ſordidi aut peregrini aut ſerui erant: quocirca etiam nunc plebs talis eſt. Optima autem ciuitas non faciet artificem illiberalem ac ſordidum ciuem. Quod ſi etiam hic ciuis eſt, attamen virtus ea, quam commemorauimus, dicẽda eſt, eſſe non cuiuſlibet ciuis: nec liberi tantum, ſed eorum, qui ab operibus neceſſariis vacui ac ſoluti ſunt. Eorum autem [illegible] operibus & muneribus neceſſariis funguntur, ii qui vnis funguntur, ſerui ſunt: qui multis & populo, ſordidi, ac mercenarii. Perſpicuum autem nobis erit ex eo, quod iam dicemus, ſi paulo diligentius conſideremus, quomodo

modo ea ſeſe habeant. hoc ipſum enim in promptu poſitum, id quod à nobis dictum eſt, declarat. Quoniam enim plures ſunt reip. adminiſtrandæ formæ, etiam ciuis genera ſint plura neceſſe eſt, & maxima eius ciuis, qui imperio paret. Itaq; in aliqua reip. adminiſtrãdæ forma artificem illiberalem, & mercenariũ, ciueis eſſe neceſſe eſt: in aliq. bus non poteſt fieri vt ſint. exempli gratia, ſi qua eſt, quam ariſtocraticam appellant Græci, Latini in qua optimates principatum obtinent, & in qua ex virtute & dignitate honores deferuntur. Non enim fieri poteſt, vt is, qui vitam colit illiberalem ac ſordidam, vitãq; mercenariam, in ea, quæ ſunt virtutis, ſtudium cõferat. In paucorum potentatibus autem, vt quidem mercenarius ſit ciuis, cõtingere non poteſt (nam ex magno & amplo cenſu, magiſtratus imperiaq; obtinentur) vt autem artifex illiberalis, poteſt: pleriq; n. artifices ſunt locupletes. Thebis autẽ lex erat, ne, qui non decem annos perpetuos ſine vlla intermiſſione mercaturam in foro & taberna facere deſiiſſet, magiſtratum capere poſſet. In multis autem reip. adminiſtrandæ generib. lex etiam peregrinos ad ciuitatẽ allicit atq; inuitat. Nã qui ex matre ciue natus eſt, in nonnullis ciuitatib in quibus populus principatũ obtinet, ciuis eſt: eademq; apud multos ſpuriorũ, & eorum, qui ex iuſtis nuptiis procreati non ſunt, ratio eſt. Veruntamen quoniam ciuium germanorũ penuria coacti taleis homines ciueis efficiunt (nam propter hominum paucitatẽ talib. legibus vtuntur) vbi primũ turba abundare cœperũt, paulatim de ciuitate circũcidũt atq; amputant

primum

primum eos,qui ex ſeruo, aut ancilla: deinde eos, qui ex fœminis, non et è viris ciuib.nati ſunt: atq; ad extremum eos duntaxat, qui ex vtroq; parente ciue orti ſunt, ciueis faciunt. Cum plura igitur ciuis eſſe genera ex his intelligere licet,tum etiam hoc,eum maxime dici ciuem, qui honorũ eſt particeps,quemadmodum & Homerus Achillem loquentem fecit:

Tanti ab eo factus,quanti aduena honorib.expers.

Eſt enim tanquam inquilinus atq; aduena ,qui honorum particeps non eſt. Verum vbi hoc tale occultum atque obſcurum eſt,id fit eorum,qui vna habitant,fallendorum gratia. Vtrum igitur alia,an eadem virtus ſit habenda , ex qua vir bonus & bonus ciuis eſt,ex iis,quæ dicta ſunt , perſpicuũ eſt & alicuius ciuitatis eũdem eſſe bonum ciuem, & virum:alicuius alium ac diuerſum:illumq; non omnem,ſed eum,qui ciuitatis adminiſtrandæ ſcientiã habeat,& penes quem reip. adminiſtrandæ ſit poteſtas, aut poſſit eſſe poteſtas,aut ſolum ac per ſe,aut cum aliis.

6. De forma reipub. quæritur, an vna ſit & ſimplex.

QVONIAM autẽ hæc diſtincte explicata ſunt, deinceps videndum eſt, vtrum vna ciuitatis adminiſtrandæ forma ſtatuenda ſit,an plures:& ſi plures, quæ, & quam multæ, & quæ ſint earum differentiæ. Eſt autem reip.adminiſtrandæ forma, quam Græci politiam nominant, ordinatio ac deſcriptio cum aliorũ ciuitatis imperio rum,tum eius maxime , quod poteſtatem atq; auctoritatem in ciuitate habet omnium maximam. Adminiſtratio enim & gubernatio ciuitatis vbique poteſtatem

ſtatem atque auctoritatem obtinet. Ciuitatis autem adminiſtrandæ forma, quam politiam diximus à Græcis appellari, eſt adminiſtratio ſeu gubernatio ciuitatis: verbi gratia inquam, in ciuitatibus liberis, & in quibus populus rerum potitur, populus auctoritatem & dominatum obtinet: pauci contra in eis reip. adminiſtrandæ formis in quibus penes paucos poteſtas eſt, quas oligarchias appellant Græci: dicimus autem etiam horum reip. adminiſtrandę formam aliã eſſe ac diuerſam. Atque hoc idem & de aliis dicemus. Supponendum autem primum eſt, cuius rei gratia conſtiterit ciuitas, & quot ſint imperii genera ad hominem & ad vitæ ſocietatem pertinentis. Dictum igitur eſt etiam primo libro, in quo de ratione tuendæ rei familiaris & herili imperio explicauimus, hominem animal quidem eſſe ad ciuilem vitæ cultum aptum natura: quo fit, vt, etiamſi mutuo auxilio non egeant, nihilominus ſocietatem & communitatem vitæ appetant. Veruntamẽ communis vtilitas eos congregat & in vnum conducit, quantum pro ſua quiſque parte ad honeſte viuendi facultatem conferre poteſt. Hic igitur maxime propoſitus finis eſt & communiter omnibus, & proprie ſingulis. Cõueniunt autem etiam eius ipſius rei cauſa, vt viuant. Fortaſſe.n. in eo ineſt aliqua honeſti particula: & ciuilem ſocietatem continent atq; conſeruant etiam in viuendo tantum, niſi res aduerſæ ac perpeſſu aſperæ in vita valde modum ſuperent. Perſpicuum enim eſt pleroſque homines viuendi cupiditate captos, multas ęrumnas, graueiſque calamitates toleranter ferre, qua-

ſi quædam in eo proſperitas & dulcedo naturalis inſit. Iam vero imperii modos, qui dicuntur eſſe plureis, partite ac diſtincte explicare facile eſt. Nã ẽt in his libris quos populariter ſcribere ſolemus, quique verſantur in manibus externorum, ſæpenumero iis de rebus dilucide ac definite diſſeruimus. Domini enim imperium, quamuis reuera natura ſeruo, & natura domino idem expediat: nihilominus tamen in imperando domini vtilitatem ſpectat per ſe, ſerui autẽ ex euentu. fieri. n. nõ põt, vt ſeruo intereunte imperium domini ſit ſaluum. Imperium aũt in liberos & in vxorem & in omnem domum, quod appellamus œconomicũ, id eſt, rei familiaris adminiſtrationis propriũ: aut eorum, quibus imperatur, gratia eſt, aut communem quandam vtrorumq; vtilitatem ſpectat. *Per ſe quidem eorum, qui parent imperio: quemadmodum & alias arteis videmus, verbi gratia, artem medendi, & artem corporum exercendorum: ex euentu vero etiam eorum, qui imperant, fuerit. Nihil enim obſtat quo minus is, qui puerorũ corpora exercet, vnus ſit interdum etiam ipſe ex iis qui exercentur: quemadmodum nauis gubernator ſemper vnus eſt è numero nautarũ. Pædotriba igitur, qui puerorũ corpora exercet, aut gubernator eorum, qui imperio parent, bonum intuetur. Cum autem vnus ex horum numero eſt etiam ipſe, ſalutis & tutæ nauigationis ex euentu eſt particeps. hic. n. nauta eſt: ille autem eorum, qui exercentur, fit vnus, cum ſit pueris exercendis præfectus, ſeu pædotriba. Quapropter & ciuilia imperia, cũ ciuitas iuxta æqualitatem & ſimilitudinem

ciuium

ciuium conſtituta eſt, æquum eſſe putant ſe viciſſim magiſtratum gerere, olim quidem (quo modo natura comparatum eſt) æquum eſſe exiſtimantes ſe pro ſua virili parte munus publicum obire, ac ſuſtinere, & contra aliquem alium ipſius bonum procurare, quemadmodum ipſe antea magiſtratum gerens, illius vtilitati conſulebat. Nunc autem propter emolumenta, quæ ex rep. & imperio proficiſcuntur, perpetuo volunt magiſtratum gerere. Quod genus, ſi eueniret, vt, qui magiſtratum gerunt, ſemper bene valerent, cum eſſent infirma valetudine: tum enim fortaſſe merito & imperia & magiſtratus conſectarentur. Perſpicuum igitur eſt, quæcunque reip. adminiſtrandæ formæ communem vtilitatem ſpectāt, eas rectas eſſe, & ei iuri, quod ſimpliciter ius eſt, cōſentaneas: quæcunque vero eorum, qui reip. pręſunt, duntaxat vtilitati conſulunt, omneis eſſe deprauatas, & à rectis ciuitatis adminiſtrandæ formis detortas. Sunt enim dominorum in ſeruos imperiis ſimiles. At ciuitas liberorum ſocietas eſt.

7. *Reip. formam multiplicem eſſe declarat.*

HIs autem diſtinctis atque explicatis, conſequens eſt, vt ciuitatis adminiſtrandæ formas cōſideremus, quot ſint numero, & quę ſint: & primum rectas videamus. His. n. explicatis, eæ, quæ à rectis deflexerunt, erunt in promptu. Quoniam aūt ciuitatis adminiſtrandæ forma, & ciuitatis adminiſtrandæ ratio idem ſignificant: ciuitatis autem adminiſtrandæ ratio eſt id, quod in ciuitatib. dominatur, ſummamq; auctoritatem obtinent: neceſſe eſt autem dominatum atque auctoritatem obtinere aut vnum, aut paucos, aut multos:

vbi quidem aut vnus, aut pauci, aut multi, ſpectantes vtilitatem communem, ciuitati præſunt, has ciuitatis adminiſtrandæ formas, rectas eſſe neceſſe eſt: vbi vero vel vnius, vel paucorũ, vel multitudinis vtilitas ſpectatur, deflexiones ac degreſſiones à rectis. Nam aut ciues dicendi non ſunt qui ſunt vnius ciuitatis participes, aut vtilitatis inter eos debet eſſe communitas. Conſueuimus autem appellare vnius principatũ, eum, qui vtilitati communi conſulit, Regnum: poteſtatem autem paucorum virtute præditorum quidem, ſed plurium vno, Arſtocratiam, hoc eſt, optimatium potentatum (vel quia optimi viri reip. præſunt, vel quia ita præſunt, vt omnia ad id, quod eſt ciuitati, iiſque, quibuſcum ea communicatur, vtile, referant) vbi vero multitudo ciuitatis adminiſtrationem ad communem vtilitatem cõfert, communi omnium ciuitatis adminiſtrandæ formarum nomine appellatur. Hoc aũt probabili ratione euenit. Nam vt vnus aut pauci virtute excellant, fieri poteſt. Plureis vero ſubtiliter ac perfecte omni virtute inſtructos eſſe, difficile eſt: ſed ſi qua, maxime bellica valent. hæc enim in multitudine ingeneratur. Quocirca in hac reip. adminiſtrandæ forma maxime dominatur, maximamq; poteſtatem obtinet ea pars ciuitatis, quæ pro reliquis ciuibus propugnat: maximeq; eius ſunt participes, qui arma tenent. Degreſſiones autem ab iis, quæ dictæ ſunt, reipubl. adminiſtrandæ formis, ſunt, tyrannis quidem à regno: paucorũ autem potentium imperium, ab optimatium poteſtate: populi vero poteſtas, à politia. Tyrannis .n. monarchia eſt

eſt ſeu vnius imperium ad eius, qui ſolus imperat vtilitatem ſpectans: paucorum principatus, ad commoda diuitum: populi poteſtas, ad egentium reip. vtilitatem autem nulla earum habet ſibi propoſitam.

8. *Ex ſubiecta materia, hoc eſt, ex ciuibus formam reip. variare oſtendit.*

IAM vero oportet paulo pluribus verbis quæ ſit vnaquæq; harum reip. formarum exponere. habet enim hæc res difficultates quaſdam ad explicandum difficileis atque obſcuras. Ei autem, qui in vna quaq; inſtitutione Philoſophatur, neq; ad agẽdum ſolum curas & cogitationes ſuas confert, conuenit acriter & non negligenter rem, de qua agitur, intueri, neq; quicquam prætermittere, ſed aperire ac patefacere in quaq; re veritatem. Eſt igitur tyrannis quidem imperium vnius herile, quẽadmodum dictum eſt, in ſocietatem ciuilem. Paucorum imperium autem ſeu oligarchia eſt, cmu ii, quorum res familiaris ampla & præclara eſt, auctoritatem & dominatum obtinẽt in rep. Populi poteſtas contra, quæ democratia a Græcis appellatur, cum ii quibus non ampla neque lauta, ſed anguſta & tenuis eſt res familiaris, remp. adminiſtrant. Prima autem difficultas ac dubitatio ad ſuperiorem diſtinctionem pertinẽs, eſt hæc, quod ſi plures, qui ſunt locupletes, dominatum in ciuitate obtineant: populi autem poteſtas ſit, vbi multitudo dominatum in ciuitate obtinet: ſimiliter vero ſi forte etiam contra alibi eueniat, aut inopes atq; egentes numero ſint locupletibus pauciores, & tamen cum viribus præſtent, dominatum in ciuitatis adminiſtratione obtineat: vbi autem exigua

multitudo dominatum obtinet, paucorum eſſe imperium dicant: non recte videantur reip. adminiſtrandæ formæ eſſe definitæ, neq; diſtincte explicatæ. At porro ſi quis etiam copulata quidem cum abundantia rei familiaris hominum paucitate, cum anguſtiis autem & inopia bonorum externorum, ciuium multitudine: ita nomina reip. adminiſtrandæ formis imponat, & oligarchiam ſeu paucorum imperium quidem appellet in ea ciuitate, in qua imperia gerunt pauci numero locupletes: democratiam autem, ſeu populi poteſtatem, qua in ciuitate egentes atque inopes numero multi reip. adminiſtrandæ præſunt: aliam hæc res difficultatem prope inexplicabilem habet. Quas. n dicemus eas, quæ modo à nobis cõmemoratæ ſunt, reip. adminiſtrandæ formas, eam dico, in qua plures ſunt locupletes: & eam, in qua egentes pauciores, auctoritatem autem & dominatum in ciuitatum adminiſtrationibus obtinet, ſi quidem nulla alia eſt reip. adminiſtrandæ forma præter eas quas diximus? Videtur igitur ratio planum facere ac declarare paucos ad multos auctoritatem & dominatum in ciuitate obtinere, hoc eſſe euentum partim paucorum imperiis, ſeu oligarchiis, partim populi poteſtatib. ſeu democratiis, propterea quod locupletes quidem & copioſi pauci, egentes autem & tenues, multi ſunt vbiq; gentium. Quare neque ex his efficitur, vt ſint illę, quæ dictæ ſunt, diuerſitatis cauſæ: ſed eæ res, quibus rebus popularis poteſtas & paucorum imperium inter ſe differunt, ſint paupertas & diuitiæ. Ac neceſſe quidem eſt, vbi magiſtratus gerunt pro-

propter diuitias, ſiue ſint pauciores, ſiue plures: hoc eſſe paucorum imperium ſeu oligarchiam: vbi vero egentes, populi poteſtatem ſeu democratiam. Sed euenit interdum, quemadmodum diximus, vt illi quidem ſint pauci, hi vero multi. Abundant enim rei familiaris copiis & facultatibus pauci, libertatis autem ſunt participes omnes: propter quas cauſas litigant vtrique de rep. adminiſtranda.

9. Ex diuerſitate iuris ceu forma imperij reſpub. variare oſtendit.

INTELLIGENDVM autem eſt primum quos fineis & quaſi terminos oligarchiæ ſeu paucorum imperii, & democratiæ ſeu populi poteſtatis conſtituant, & quod ſit ius oligarchiæ, & democratiæ proprium. Omnes enim ius aliquod attingũt: ſed aliquatenus progrediuntur, dicuntq; non omne, quod proprie ius eſt. Verbi gratia, ius videtur eſſe quod æquale eſt: & eſt plane, verum non omnibus, ſed æqualibus. Tum inæquale ius videtur eſſe, vt eſt: verum non omnibus, ſed inæqualib. Hi autem hoc detrahunt, nempe quibus, & ita male iudicant. cuius rei hæc cauſa eſt, quia de ſeipſis iudicant. Fere autem plurimi de reb. ſuis ac domeſticis mali ſunt iudices. Quare quoniam iuſtum, aliquibus eſt iuſtum, eademque diſtinctio adhibenga eſt in rebus, atque in perſonis, quemadm. antea à nobis dictum eſt in libris de Moribus: rei quidem æqualitatem concedunt, perſonarum vero controuerſiam vocant: maxime quidem propter id, quod paulo ante dictum eſt, quia eas res, quæ ad ſe pertinent, male iudicant: ſecundo

Digitized by Google

loco vero etiam propterea quod cum vtrique dicant quadam tenus ius aliquod exiſtimant ſe ius dicere ſimpliciter. Hi.n.ſi aliqua re ſint inæquales, verbi gratia, pecunia, putant ſe omnino eſſe inæqualeis: illi vero ſi qua re ſint æquales, veluti libertate, ſe prorſus eſſe æqualeis. Sed ius, quod principem locum obtinet, prætermittunt, Si enim bonorum & facultatum gratia ſocietatem coierunt, & in vnum conuenerunt, tam ſunt participes ciuitatis, quantum & facultatum rei familiaris habent. Itaque eorum, qui paucorum imperio fauent, ratio valere videatur. non enim iuſtum eſſe, æquam partem ferre centum minarum eum, qui vnam minam attulit, atque eum, qui reliquum omne contulit, neque eorum, quæ in ſocietatem initio collata ſunt, neque eorum, quæ poſtea acceſſerunt, & lucrifacta ſunt. Sin non ſolum viuendi gratia conuenerunt, ſed potius bene viuendi (eſſet enim ſeruorum, & aliarum animantium ciuitas: nunc autẽ non eſt, quia nõ ſunt beatitudinis, neq; vitæ ex conſilio degendæ participes) neq; belli ſocietatis cauſa, vt ne à quoquam iniuſte læderentur: neq; vt res inter ſe contraherent & commutarent: neque vt mutua conſuetudine atque opera vterentur. nam Tuſci & Carthaginienſes, & omnes, quibus ſunt teſſeræ rerum inter ſe contrahendarum, eſſent tanquam vnius ciuitatis ciues. Sunt enim eis pacta conuenta de rebus importandis, ſunt & teſſeræ iudicales de non inferenda inter ſe iniuria, & fœdera in tabulas publicas relata de belli ſocietate. Verum neq; magiſtratus iccirco creati ſunt omnibus inter ipſos communes, ſed alii apud vtroſque: neque qualeis

leis alteros eſſe oporteat, alteri laborant, neque vt ne quis eorum, qui communibus pactis & fœderibus continentur, iniuſtus ſit, & ne vllo vitio ſit affectus, ſolliciti ſunt: ſed hoc tantum eis curæ eſt, vt ne alteris ab alteris iniuria inferatur. Atqui de virtute & vitio ciuium diligenter cogitant, qui ſibi vigilandum atque elaborandum eſſe putant, vt ciuitas bonis legibus temperetur & gubernetur. Ex quo etiam intelligere licet, ciuitatem eam, quæ reuera nominetur ciuitas,& non ita dicatur verbo tenus, virtutis curam habere debere. Alioqui ciuium ſocietas, fit belli gerendi ſocietas, ab aliis ſociis, longe diſtantibus loco tantum differens. Tum lex, fœdus eſt, & quemadmodum dixit Lycophro ſophiſta, ſpondet eis inter ipſos iura ſeruatum iri: ſed non poteſt ciueis efficere viros bonos & iuſtos. Ita autem rem ſe habere perſpicuum eſt. Si quis enim loca inter ſe diſiuncta ac remota etiam in vnum contrahat & conducat, vt vrbs Megarenſium vrbem Corinthiorum mœnibus tangat: non erit tamen vna ciuitas, ne ſi connubii quidem iura inter ſe pepigerint. Atqui hæc eſt vna ex numero earum communicationum, quæ ciuitatum ſunt propriæ. Similiter vero neque ſi qui ſeorſum quidem habitarent,non tamen ita longe, vt inter ſe nō communicarent, ſed ſi eſſent eis leges, ne inter ſe iniuria afficerent in rerum permutationibus,& communicationibus:verbi gratia,ſi alius quidem eſſet faber,alius agricola, alius ſutor, alius aliud quidpiá tale, numero autem eſſent decies mille: non tamen quicquam aliud inter ſe commune haberēt præter permutationem & belli ſocietatem: ne ſic

Digitized by Google

quidem eſſet vna ciuitas. Cur tandem? Non enim propterea quod non ſit propinquitas & coniunctio communionis. nam etiam ſi vnum in locum conuenirent ita communicantes, & aduerſus eos, à quibus iniuria laceſſerentur, auxilio alter alterum iuuarent tantum, tanquam belli ſocietate & fœdere coniuncti: vnuſquiſque tamen domo ſua, tanquam ciuitate, vteretur: ne ſic quidem ciuitas eſſe, acriter & acute intuentibus, videatur: ſi quidem ſimiliter vna inter ſe communicarent & congrederentur congregati atque diſparati. Perſpicuum igitur eſt, ciuitatem non eſſe loci communionem, neque vt ſint tuti ab externa & mutua iniuria, neque vt ſit inter eos officiorum & operarum mutatio, eo eſſe comparatam: ſed hæc quidem præſto ſint neceſſe eſt, ſi quidem ciuitas futura eſt: non tamē etiamſi hæc omnia præſto ſint, iam ciuitas eſt. Sed ea demum ſocietas, ciuitas eſt, quæ bene viuendi, & tum domibus ſeu familiis, tum generibus ſeu gentibus, vitæ perfectæ & omnibus bonis cumulatæ atque expletæ, ſuiſque rebus per ſe contentæ gratia, comparata eſt. Non eſt autem hoc futurum, niſi vnum & eundem locum incolant, & cōnubiis vtantur. Quapropter & affinitates in ciuitatibus inſtitutæ ſunt, & curialium ſodalitates & ſacrificia, & vna viuendi conſuetudines & cōgreſſiones. Hoc autem tale, amicitiæ opus ac munus eſt. Concilium enim vna viuendi, amicitia eſt. Finis igitur ciuitatis eſt, bene viuere. hæc autem finis gratia ſunt. Ciuitas porro, vitæ generum & vicorum perfectæ & bonis omnibus neceſſariis expletę atque inſtructæ, neque vllorum ſubſidiorum externorum indigentis, commu-

communio eſt. Hoc autem eſt, vt dicimus, beate & bene viuere. Statuendum igitur eſt ſocietatem ciuilem, actionum honeſtarum non vna viuendi cauſa. eſſe comparatam. Quocirca quicunque in talem ſocietatem plurimum conferunt, hi plus ciuitatis participant, quam qui in libertate quidem & genere ſunt pares, aut maiores, virtute vero ciuili impares: aut qui diuitiis quidem ſunt ſuperiores, virtute vero inferiores. Omnès igitur eos, qui de reip. adminiſtrandæ formis inter ſe ambigunt & litigant, partem aliquam iuris exponere, ex iis, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt.

10. *De varietate Imperii, ſeu forma Reip. in genere agit, Quinam imperare debeant.*

IN hoc autem dubitatio eſt, quid oporteat dominationem ac ſummam auctoritatem in ciuitate obtinere. nã aut multitudinem aut diuiteis, aut viros bonos & æquos, aut vnum omnium optimum, aut tyrannum. At hæc omnia videtur habere difficultatem. Quid enim ſi pauperes, propterea quod ſint plures, bona diuitum inter ſe diſtribuant? nonne hoc ſit iuſtum? Decretum eſt enim ſcilicet ab ea ciuitatis parte, quæ auctoritatem & dominatum in ciuitate obtinet, iuſte hoc fieri. Quo igitur nomine extrema iniuria appellãda eſt? Rurſus ſi ex omnibus ciuibus plures bono paucorũ inter ſe partiti fuerint, perſpicuũ eſt eos labefactare ac perdere ciuitatem. Atqui neque virtus ei rei, in qua ea eſt, interitum afferre ſolet: neque ius, perdendæ aut exſtinguendæ ciuitatis vim habet. Quare intelligere licet etiam hanc legem iuſtam eſſe non poſſe. Præterea res omneis, quæ à tyranno actæ ſunt, neceſſe eſt iniuſtas eſſe.

Nam

Digitized by Google

Nam cum ſit potentior ac valentior viribus, vim affert reip. quemadmodum multitudo diuitibus. Vtrum igitur pauciores & diuiteis præeſſe atque imperare iuſtum eſt? Si igitur hæc eadem faciant, & bona ciuium diripiant, & facultates multitudinis auferant, hoccine eſt iuſtũ? At ſi hoc iuſtũ eſt, ergo & alterum. Hæc igitur omnia eſſe mala, & non iuſta, in promptu eſt. At viros bonos oportet præeſſe, & omnium rerum dominos eſſe atq; arbitros. Ergo alii omnes honoris expertes & ignominia notati ſint neceſſe eſt, cum ciuilibus magiſtratib. non ornentur. honores enim dicimus eſſe magiſtratus. Vbi aũt iidem ſemper gerunt magiſtratus, & reip. præſunt, alios honoris experteis & ignominia notatos eſſe neceſſe eſt. At vnum virtute præſtantiſſimum reip. præeſſe atque imperare melius eſt. At hoc etiam magis ad paucorũ ſeu oligarchiam pertinet. Honoris. n. expertes ſunt plures. Verum dixerit fortaſſe quiſpiam, omnino hominem dominatum in rep. obtinere, qui quidem eos affectus habeat, qui in hominis animum cadunt, & nõ legem, malum eſſe. At ſi lex quidem ſit, ſed lex ad imperium paucorum aut ad populi potentiam accommodata, quod ad ea attinet, de quibus dubitatum eſt, quid intererit? Nam quæ ante dicta ſunt, ſimiliter euenient.

11. *De imperij varietate in ſpecie, hominibusne, an legibus magis conueniat.*

DE aliis igitur eſto aliquis alius ſermo. Multitudinem autem dominatum atque auctoritatem debere obtinere potius, quam optimateis quidẽ illos, ſed tamen paucos videatur eſſe expeditum

ditum ac ſolutum: & nonnullam habere dubitationem, fortaſſe vero etiam veritatem. Fieri enim poteſt, vt multi, quorum vnuſquiſq; vir nō bonus eſt, tamen congregati & congreſſi, paucis illis ſint meliores, non vt ſinguli, ſed vt vniuerſi: quemadmodum cœnæ, in quas ſinguli ſymbolam contulerunt, iis, quarum ſumptus ab vno ſuppeditatus eſt, ſunt copioſiores & lautiores. nam cum ſunt multi, ſuam quemq; virtutis & prudentiæ partem habere, eoſque congregatos, & multitudinem illam fieri tanquam vnum hominem multorū pedum, & multarum manuum, & multis ſenſib. inſtructum, itemq; multis morib. & cogitationibus præditum. Quapropter de muſicorum & poetarum operibus melius iudicat multitudo: alii enim de alia aliqua particula, omnes autem de omnib. Verum hoc antecellunt viri boni & virtute præſtantes vnicuiq; de multis, quemadmodum pulchros à non pulchris differre dicunt, & picta ex arte pingendi à veris: eo quod diſperſa & ſeparatim poſita, in vnum conducta & collecta ſint. nā cum ſeparati & ſeiuncti, huius quidē oculum eſſe pulchriorem, illius autem alius aliam partem. Vtrum igitur in omni populo atq; in omni multitudine poſſit euenire hæc differentia multorum à paucis virtute præditis, obſcurum eſt. Fortaſſe vero mehercule apparet, in nonnullis locum habere non poſſe. Eadem enim etiam in feris ratio cōueniret. Atqui nonne videmus quoſdā homines nihil pene dicam à feris differre? Verumtamen in aliqua multitudine nihil obſtat, quin id, quod dictū eſt. verum ſit. Quocirca & eam, quæ antea expoſita

eſt,

Digitized by Google

eſt, dubitationem, & eam, quæ eſt huic proxima, quarum rerum penes liberos & multitudinem ciuium (tales autem ſunt, quicunq; neq; vllam virtutis dignitatem atq; amplitudinem habent) arbitrium ac poteſtatem eſſe oporteat, poſſit quis his rationibus diſſoluere atque expedire. Eos enim imperia obtinere maxima, non eſt tutum (namq; eos & propter iniuſtitiam, & propter imprudentiam partim peccaturos) Nullos autem eis mandare magiſtratus, neq; eos vllius eſſe participeis horribile ac fomidoloſum eſt. Cum enim multi honoris expertes & pauperes ſunt, plena hoſtium ſit ciuitas neceſſe eſt. Reliquum eſt igitur vt conſultandi & iudicandi ſint participes. Quocirca & Solon & nonnulli alii latores legum eos comitiis magiſtratuum creandorum, & rationibus ab iis qui geſſerunt magiſtratus, repetendis præficiunt. gerere autem magiſtratum per ſe & ſolos non ſinunt. Omnes enim collecti & congregati ſatis multum ſenſum habent, & permixti cum melioribus, proſunt ciuitatibus, quemadmodum victus non purus cum puro coniunctus omnem efficit vtiliorem pauco. vnuſquiſque enim ſeorſum in iudicando imperfectus & mancus eſt. Sunt autem in hac reip. adminiſtrandæ ordinatióne dubitationes duæ: quarum hæc prima eſt, quod videatur eſſe eiuſdem quis recte medicatus ſit, iudicare, cuius & mederi, ægrumque ſanare, ac morbo præſente liberare. Hic autem medicus eſt. Atq; hoc ſimiliter etiam in aliis facultatibus longo vſu partis atque artibus locum habet. Quemadmodum igitur medicus apud medicos iudicium rationum

tionum referendarum ſubire debet:ſic & alii artifices apud ſimileis. Medicus autem eſt & is, qui alio præſcribente medicinam facit, & is, qui docet ac præſcribit quomodo medicina ſit facienda, & tertius, qui à puero experiẽdo artem didicit. Sunt enim tales quidam in omnibus, pene dicam, artibus. Tribuimus autem iudicandi auctoritatem nihilomnus vſu peritis, quam ſcientibus. Præterea & in eligendo eodem modo ſe res habere videatur. Etenim recte eligere, eorum qui ſciunt, munus eſt: verbi gratia, geometram eligere eorũ eſt, qui in geometria diu multumque verſati ſunt: & gubernatorem, eorum qui artẽ gubernandi tenent. Etſi enim de quibuſdam operibus & artibus iudicandi facultatem habeant nonnulli etiam idiotæ, & imperiti: at non maiorem, quam qui ſciunt. Itaque hac ratione, comitiorum, quibus creantur magiſtratus, & rationum referendarum poteſtas penes multitudinem non ſit redigenda. Verum fortaſſe non omnia hæc recte dicuntur, tum propter rationem illam, quam multo ante expoſuimus, niſi multitudo ſit admodũ ſeruilis, (erunt enim ſinguli quidem iudices ſcientibus deteriores: omnes vero congreſſi, aut meliores, aut non deteriores) tum quod de nõnullis reb. neq; ſolum artifex, qui eas effecit, neq; optime iudicarit : eos omneis dico artifices, quorũ opera iudicant ẽt ii qui non habent artem : verbi gratia. domum cognoſcere nõ ſolum eius eſt, qui fecit, ſed etiam eo melius is, qui ea vtitur iudicabit: vtitur autem is, qui domũ adminiſtrat, ſiue paterfamilias & de gubernaculo melius iudicabit gubernator nauisq̃ faber:
& de

eſt,dubitationem, & eam, quæ eſt huic proxima, quarum rerum penes liberos & multitudinem ciuium (tales autem ſunt, quicunq; neq; vllam virtutis dignitatem atq; amplitudinem habent) arbitrium ac poteſtatem eſſe oporteat, poſſit quis his rationibus diſſoluere atque expedire. Eos enim imperia obtinere maxima, non eſt tutum (namq; eos & propter iniuſtitiam,& propter imprudentiam partim peccaturos) Nullos autem eis mandare magiſtratus,neq; eos vllius eſſe participeis horribile ac fomidoloſum eſt. Cum enim multi honoris expertes & pauperes ſunt, plena hoſtium ſit ciuitas neceſſe eſt. Reliquum eſt igitur vt conſultandi & iudicandi ſint participes. Quocirca & Solon & nonnulli alii latores legum eos comitiis magiſtratuum creandorum, & rationibus ab iis qui geſſerunt magiſtratus, repetendis præficiunt.gerere autem magiſtratum per ſe & ſolos non ſinunt. Omnes enim collecti & congregati ſatis multum ſenſum habent, & permixti cum melioribus,proſunt ciuitatibus,quemadmodum victus non purus cum puro coniunctus omnem efficit vtiliorem pauco.vnuſquiſque enim ſeorſum in iudicando imperfectus & mancus eſt. Sunt autem in hac reip.adminiſtrandæ ordinatiōne dubitationes duæ:quarum hæc prima eſt,quod videatur eſſe eiuſdem quis recte medicatus ſit, iudicare,cuius & mederi,ægrumque ſanare,ac morbo præſente liberare.Hic autem medicus eſt.Atq; hoc ſimiliter etiam in aliis facultatibus longo vſu partis atque artibus locum habet. Quemadmodum igitur medicus apud medicos iudicium rationum

tionum referendarum ſubire debet:ſic & alii artifices apud ſimileis. Medicus autem eſt & is, qui alio præſcribente medicinam facit, & is, qui docet ac præſcribit quomodo medicina ſit facienda, & tertius, qui à puero experiẽdo artem didicit. Sunt enim tales quidam in omnibus, pene dicam, artibus. Tribuimus autem iudicandi auctoritatem nihilomnus vſu peritis, quam ſcientibus. Præterea & in eligendo eodem modo ſe res habere videatur. Etenim recte eligere, eorum qui ſciunt, munus eſt: verbi gratia, geometram eligere eorũ eſt, qui in geometria diu multumque verſati ſunt: & gubernatorem, eorum qui artẽ gubernandi tenent. Etſi enim de quibuſdam operibus & artibus iudicandi facultatem habeant nonnulli etiam idiotæ, & imperiti: at non maiorem, quam qui ſciunt. Itaque hac ratione, comitiorum, quibus creantur magiſtratus, & rationum referendarum poteſtas penes multitudinem non ſit redigenda. Verum fortaſſe non omnia hæc recte dicuntur, tum propter rationem illam, quam multo ante expoſuimus, niſi multitudo ſit admodũ ſeruilis, (erunt enim ſinguli quidem iudices ſcientibus deteriores: omnes vero congreſſi, aut meliores, aut non deteriores) tum quod de nõnullis reb. neq; ſolum artifex, qui eas effecit, neq; optime iudicarit: eos omneis dico artifices, quorũ opera iudicant ẽt ii qui non habent artem: verbi gratia. domum cognoſcere nõ ſolum eius eſt, qui fecit, ſed etiam eo melius is, qui ea vtitur iudicabit: vtitur autem is, qui domũ adminiſtrat, ſiue paterfamilias & de gubernaculo melius iudicabit gubernator nauisq̃ faber:

& de

& de epulis conuiuæ melius quam coquus. Hanc igitur dubitationem ad explicandum difficilem, fortaſſe aliquis ſat bene ſic expedire ac diſſoluere queat. Altera porro eſt huic proxima. Videtur.n. abſurdum eſſe, penes malos atq; improbos rerum maiorum auctoritatem & arbitrium eſſe, quã penes viros probos & æquos. At rationum referendarum iudicia & magiſtratuum creandorum comitia, ſunt maximi momenti: quæ tamen in quibuſdam reip. adminiſtrandæ formis, quemadmodum dictum eſt, populis tribuant. Concio.n. talium rerum omnium auctoritatem atq; arbitrium habet. Atqui concionis quidem ſunt participes & conſultant & iudicant ii, quib. eſt cenſus exiguus, & cuiuſuis ætatis homines: pecuniam autem publicam tractant, & exercitib. præficiuntur, & ampliſſimos maximoſq; magiſtratus gerunt ij quibus magnus cenſus eſt. Similiter autem aliquis etiam hanc dubitationem ſoluerit. Fortaſſis.n. hæc quoque recte ſunt inſtituta. Non enim iudex, neq; ſenator, neq; is, qui in concione deliberat & conſultat, præeſt aut imperat: ſed cõſeſſus iudicum & ſenatus & populus. Eorum autem qui dicti ſunt, vnuſquiſq; horum particula eſt. Particulam dico ſenatorem & deliberatorem concionalem & iudicem. Quare non immerito penes multitudinem maiorum rerum poteſtas atque authoritas eſt. Ex multis enim conſtat populus & ſenatus & iudiciũ ſeu iudicum conſeſſus. Et vero cenſus horum omnium amplior eſt, quam eorum, qui vel viritim vel cum paucis collegis maximos magiſtratus gerunt. Hæc igitur hoc modo diſtincta atque expli-

cata ſint. Ea autem quę primo loco expoſita dubitatio eſt, declarat nihil aliud ita ratum & firmum eſſe oportere, vt leges rectas ac ſalutareis: penes eum autem, qui præeſt reip. ſiue ſit vnus, ſiue plures, iis de reb. ſtatuendi arbitrium & poteſtatē eſſe, de quibus leges cumulate atque accurate loqui non poſſunt, propterea quod non ſit facile vniuerſe omnia aperte perſequi & cōplecti. Qualeis porro eſſe oporteat leges malas aut rectas & vtileis, nondum planum factum eſt: ſed etiam nunc manet id, quod ſupra multo ante dubitatū eſt. Enimuero neceſſe eſt leges malas aut bonas eſſe, & iuſtas aut iniuſtas, ſimiliter atque reip. adminiſtrandæ formas. Veruntamen hoc certe perſpicuum eſt, leges accommodate ad reip. adminiſtrandæ formam poſitas eſſe oportere. At ſi hoc verum eſt, non eſt obſcurum, eas quidem leges, quæ ſunt reip. formis rectis conſentaneæ, neceſſario eſſe iuſtas: eas autem, quæ deprauatis conueniunt, non iuſtas.

12. *Ex ipſo Fine, formas Reip. variare oſtenſurus, Bonum publicum primo inueſtigat.*

QVONIAM autem in omnibus quidem ſcientiis atque artibus finis bonum eſt: maximum autem bonū & maxime eſt in ea, cuius eſt omniū maximus dominatus maximaque auctoritas: hæc autem eſt ciuilis facultas: ius porro, eſt bonum ciuile: hoc autem eſt, quod communiter omnibus expedit: omnibus autem ius videtur eſſe æquale quiddam: & aliquatenus conſentiunt & congruunt ſermonibus philoſophicis, in quibus de iis, quæ ad mores pertinent, diſtincte atque ex-

Digitized by Google

plicate diſputatum eſt: (nam & quid ius, & quibus ſit ius,& æqualib. æquale eſſe oportere,oſtendunt) qualium rerum ſit æqualitas, qualiumq; inæqualitas,non eſt ignorandum. Ineſt autẽ in hoc dubitatio & philoſophia ciuilis. Fortaſſis. n. dixerit aliquis ex omnis boni p̃ſtantia magiſtratus & imperia tribui inæqualiter oportere,ſi cæteris reb. omnibus nihil inter ſe differãt, ſed ſint forte fortuna ſimiles. iis. n. qui inter ſe differunt, & ius,& id,quod ex dignitate eſt,diuerſum ac diſſimile eſſe. At ſi hoc verum eſt,ergo & ex coloris præſtantia & ex proceritatis & ex qualiſcumq; boni ij,qui reb. illis præſtabunt,plus iurium ciuilium obtinere debebunt. Aut hoc perſpicue falſum eſt: apparet autem in aliis ſcientiis & facultatibus. Nam ex tibicinib. qui ſint inter ſe arte pares ac ſimiles,non ſunt nobilioribus dandæ plures tibiæ aut meliores: nihilo.n. melius tibia canent. Oportet autem ei qui opus efficit melius,quique opere antecellit, etiam inſtrumẽtorum præſtantiam largiri. Quod ſi nõdum ſatis planum eſt quod dicitur: ab iis,qui id volent longius producere, facile intelligetur. Si quis. n. exiſtat, qui arte quidem tibia canendi excellat, nobilitate autem & ſplendore generis aut pulchritudine ſit inferior, etiam ſi vnũquodque bonorum illorum maius bonum ſit, quã ars tibia canendi (dico autem nobilitatem & pulcritudinem) & quamuis illa arti tibia canendi proportione præſtent plus, quam ille arte tibia canẽdi cæteris antecellit: huic tamen dandæ ſunt tibiæ præſtantiores. Oportet enim ad opus conferre & valere præſtantiam & diuitiarum & nobilitatis

atque

atque generis: at nihil conferunt. Præterea hac ratione omne bonum cum omni bono comparari poſſet. Nam ſi magis eſt tale, quod aliqua magnitudine tale eſt, quam illud, quod aliis rebus præſtat, ergo & omnino magnitudo contendat cum diuitiis, & cum libertate. Quare ſi hic magnitudine præſtat plus quã ille virtute, &, ſi omnino virtuti magnitudo antecellit, omnia inter ſe comparari poſſint. Si.n. tanta magnitudo tanta magnitudine maior eſt, licet intelligere tantam æqualem fore. Quoniam autem hoc fieri non poteſt, perſpicuum eſt, homines etiam in reb. ciuilibus probabili ratione non ex omni inæqualitate & præſtantia de magiſtratibus & imperiis contendere. Nam ſi alii quidem tardi ſint, alii celeres, nihilo plus oportet iccirco hos quidem plus habere, illos vero minus: ſed in certaminibus quidem gymnicis huic præſtantiæ tribuitur honos & præmium: quibus rebus vero conſtat ciuitas, his de reb. controuerſiam eſſe neceſſe eſt. Quapropter probabilem cauſam habent nobiles, & liberi, & diuites, quamobrem honorem ſibi arrogent. Oportet enim in ciuitate eſſe homines liberos & locupleteis, qui pro cenſu tributum conferant. Non.n. ex omnibus egentibus conſtare poſſit ciuitas, quemadmodum neque ex ſeruis. At porro ſi his opus eſt ciuitati: & iuſtitia ſcilicet, & bellica virtute opus eſt: nam nec ſine his vrbs habitari & frequentari poteſt. veruntamen ſine prioribus quidem illis, non poteſt conſiſtere ciuitas: ſine his vero pulcre frequentari & præclare regi non poteſt.

13. *Ex boni publici diuerſitate Reſp. variare demonſtrat.*

AD hoc igitur, vt ſit ciuitas, aut hæc omnia aut nonnulla certe ex his merito ambigere & cõtendere videantur: ad vitam honeſtam vero doctrina & virtus iuſtiſſime litigarint, quemadmodum & antea dictum eſt. Quoniam autem neque omnium rerum æqualem partem ferre debent, qui ſunt vna quadam re tantum æquales, neq; inæqualem, qui ſunt vna re inęquales: neceſſe eſt taleis omneis reip. adminiſtrandæ formas à rectis deflectere ac deerrare. Dictum autem eſt etiã antea omneis quodammodo iure ambire: ſimpliciter vero & abſolute nõ omneis iure. Diuites quidem, quia agri terræque plus eis ſuppetit: at ager communis eſt: præterea in reb. contrahendis magnam partem ſunt fideliores. Liberos autem & nobileis, vt inter ſe finitimos. Magis enim ciues ſunt generoſi, quam humili genere & obſcuro loco nati. nobilitas autem apud ſingulas nationes domi eſt honorata. Præterea quia veriſimile eſt, eos qui ex meliorib. nati ſunt, eſſe meliores: nobilitas enim generis virtus eſt. Similiter igitur dicemus etiam virtutem ambigere. virtutem enim dicimus ad omne genus ſocietatis accommodatam atq; vtilem eſſe iuſtitiam, quam neceſſario cæteræ ſubſequuntur. Quin & plures cum paucioribus non immerito contendant. Nam etiam potentiores & diuitiores & meliores ſunt, ſi plures ita ſumantur, vt cum paucioribus conferantur. Vtrum igitur ſi iſti omnes eſſent in vna ciuitate, boni inquam, & diuites, & nobiles, & præterea alia multitudo

titudo ciuilis,cõtrouerſia aliqua inter hos & multitudinem futura eſt,quos reip. præeſſe oporteat, necne? In vnaquaq; igitur earum reip.adminiſtrãdæ formarum,quæ ante dictæ ſunt, incontrouerſum iudicium eſt,quos reip.præeſſe oporteat.Illarum enim inter ſe differentia ,ex eorum, qui dominationem & auctoritatem in ciuitate obtinẽt, differentia naſcitur:verbi gratia, alia quod penes diuites ſumma ſit poteſtas, alia quod penes viros bonos & virtute præſtanteis: idemq; de vnaquaque aliarum ſentiendum. Veruntamẽ videamus, cum vno eodemq; tempore hæc præſto ſunt,quomodo ſint definienda.Si igitur ij, qui virtute præditi ſunt,pauci ſint omnino numero, quænam diſtinctio adhibenda, quæue ratio ineunda eſt: an paucitas ex opere ſpectanda eſt, poſſintne hi adminiſtrare ciuitatem? an tot numero eſſe debent, vt ex his poſſit conſtare ciuitas? Dubitatio autem quædam eſt in omnibus qui de ciuilibus honoribus ambigunt. Videntur enim nullam iuſtam cauſam afferre, qui ſe propter diuitias imperare poſtulant: itemque qui propter genus. Apparet enim,ſi quis rurſus cæteris omnibus diuitior ſit, propter eandem rationem ſcilicet fore,vt vnus in omneis imperium habeat:ſimiliterque ſi quis generis nobilitate excellat, iis imperet, qui propter libertatem de imperio ambigunt. Hoc idem autem fortaſſe eueniet,etiam in ea reip.adminſtrandæ forma, qua optimi viri rerum potiuntur, quæ ariſtocratia dicitur,ſi quis virtute ciuib. aliis antecellat.Nam ſi quis vnus aliorum omnium, qui in adminiſtratione reip.boni ſunt,ſit optimus,penes hunc eſſe arbitrium& poteſtatem oportet eo-

Digitized by Google

dem iure. Ergo ſi etiam penes multitudinē ſummam poteſtatem eſſe oportet, propterea ꝙ multi plus poſſint, quam pauci: conſequens eſt, vt, ſi vnus, aut plures quidem vno, ſed pauciores multis, plus poſſint, quam alii, penes hos potius, quam penes multitudinem, ſummam poteſtatem eſſe oporteat. Hæc igitur omnia videntur planum facere, horum finium & quaſi terminorum nullum eſſe rectum, ex quo ij ſe quidem reip. præeſſe & imperare, alios autem omneis ſuo imperio ſubiectos eſſe poſtulant. Nam ad eos, qui virtutis nomine poſtulent ſe in reipub. adminiſtranda dominatum atque auctoritatem obtinere, ſimiliter & ad eos, qui ob diuitias, poſſit plebs & multitudo rationem quandam iuſtam opponere. Nihil enim obſtat, quo minus interdum multitudo paucis & melior ſit, & locupletior, non vt ſinguli, ſed vt conferti & vniuerſi. Quocirca etiam ad dubitationem & quæſtionem, quam proponunt quidam, licet hoc modo reſpondēdo occurrere. Dubitant enim nonnulli, vtrum ſcriptor legis, qui leges optimas ferre velit, in legibus ſcribendis vtilitatem meliorum, an plurium intueri debeat, cum id, quod dictum eſt, euenit. Rectum autem fortaſſe ſumendum eſt. Fortaſſe vero id rectum eſt, quod ad totius ciuitatis vtilitatem, & ad rem omnium ciuium communem & publicam pertinet. Ciuis porro eſt communiter quidem is, qui imperandi & parendi eſt particeps: in vnaquaque autem repub. diſſimilis ac diuerſus eſt: in optima vero is qui poteſtatem habet & cōſilium cepit parendi & imperandi, propoſita ſibi

vita

Digitized by Google

vita ex virtute degenda. Si quis autē vnus, aut plures quidem vno, nō tamen ita multi, vt iuſtam ciuitatis magnitudinem explere poſſint, tantopere aliis antecellant præſtantia atq; exſuperantia virtutis, vt aliorum omnium neque virtus, neq; potentia ciuilis, ſi ſint plures, cum illorum virtute & potentia ſit comparanda: ſin vnus, cum illius tantum: non iam hi ſunt in partibus ciuitatis numerandi. iniuria enim afficientur, ſi æqualia mereri iudicabuntur, & non ampliora, qui tantopere ſint virtute & potentia ciuili inæquales ac ſuperiores. Probabile enim eſt, eum, qui talis ſit, Deum quēdam eſſe inter homines. Ex quo intelligere licet, & totam rationem legum ferendarum ad æqualeis & genere, & potentia referri ac pertinere. In taleis autem viros legum non eſſe. Ipſi .n. ſunt lex. Etenim ridiculus ſit, qui conetur in eos leges ferre. dicerent .n. fortaſſe, quod Antiſthenes ait leones dixiſſe, orationem in concione habentibus leporibus, & vt omnes æqualia obtinerent poſtulantibus. Quapropter & decernunt oſtraciſmum, i.e. exilium decennale per teſtam ſine ignominia, eæ ciuitates, in quib. populus rerum potitur, propter huiuſmodi cauſam. Hæ .n. maxime omnium æqualitatem perſequi videntur. Itaque qui videbantur potentia excellere propter diuitias, aut amicorū multitudinem, aut alias aliquas vireis ciuileis, eos exſilio decennali per teſtæ iactum è patria pellebant, & ad definitum tempus è ciuitate ſummouebāt. Fabulantur autem etiam Argonautas Herculē propter talē cauſam reliquiſſe. noluiſſe enim Argonauim eum cum aliis vehere, vt

longo interuallo cæteros vectores ſuperantem. Quocirca & ii, qui tyrannidem conſiliumq; quod dedit Periander Thraſibulo, vituperant, non ſunt exiſtimandi ſimpliciter id recte reprehendere. Aiunt enim Periandrum nihil illum quidem ei nuncio, qui miſſus fuerat, de eo, conſuleretur, reſpondiſſe: ſed ſpicas eminenteis demendo, ſegetem adæquaſſe. ex quo cum eius quidem, quod ab illo fieret, cauſam nuncius ignoraret, id autē quod accidiſſet, renunciaſſet: intellexiſſe Thraſibulum, viros egregios & præſtanteis de medio eſſe tollendos. Hoc. n. non ſolum tyrannis expedit, neq; hoc tyranni tantum faciunt, ſed ſimilis etiam in oligarchiis & democratiis ratio locum habet. Nam ciuium per teſtam è ciuitate pellendorum ratio (oſtraciſmum appellant Græci) idem valet quodam modo atq; incidere ac decurtare pennas viris præſtantibus, eoſq; ſolum vertere iubere. Idem autem faciunt ēt in ciuitatibus & gentibus ij, penes quos ſumma eſt poteſtas, exēpli gratia. Athenienſes in Samiis, & Chiis, & Leſbiis. Nam vbi primum imperii compotes fuerunt, præter conuentiones, eos humileis reddiderunt ac depreſſerunt. Iam rex Perſarum Medis & Babyloniis, & nōnullis aliis, iis qui maiores ſpiritus gerebant, eo quod aliquando imperium obtinuiſſent, ſæpenumero vireis imminuit atq; amputauit. Quæſtio autem à nobis poſita vniuerſe ad omneis reipublicę adminiſtrandæ formas, ēt rectas pertinet. Nam eæ ſane quæ à rectis deflexerunt ac deerrarunt, vtilitatem priuatam ſpectantes hoc agunt: verumtamen in iis, quæ vtilitatem reip. intuentur eodem modo ſe res habet. Licet autem hoc intelligere ēt in aliis arti-

artibus ac ſcientiis. nam neq; pictor animalis pedem eſſe maiorem ſinat, quam partium inter ſe commenſus & conuenientia poſtulat, ne ſi pulcritudine quidem excellat: neque nauium opifex puppim, aliamue nauis partem reliquis iuſto maiorem eſſe patiatur: neq; chori magiſter eum, qui vocis ſonum maiorem & meliorem, q̃ chorus vniuerſus edat, in chorũ recipiat, & cum eo ſaltare & cantare ſinat. Itaq; nihil obſtat, quo minus principes ſoli imperantes, quos monarchas appellant Græci, hac quidem de cauſa, cum ciuitatibus concordent & concinnant, ſi cum proprium eorum imperium ciuitatibus vtile ſit, hoc faciant. Quocirca in excellentiis incontrouerſis, & de quib. inter omneis conuenit, ciuile quoddam ius habet oſtraciſmi ratio. Præſtat igitur latorem quidem legis ſtatim ab initio, reip. adminiſtrandæ formam ita cõcinnare, vt non egeat tali remedio: ſin forte euenerit, ſecunda nauigatio eſt, tali quadam medicina adhibita ſanare conari. Quod in ciuitatibus non fiebat, non enim ſuæ adminiſtrandæ formæ vtilitatem ſpectabant, ſed ſeditioſe oſtraciſmis vtebantur. In reip. igitur adminiſtrandæ formis, quæ a rectis deflexerunt, hoc priuatim expedire & iuſtum eſſe, perſpicuum eſt. Fortaſſe vero etiam non ſimpliciter eſſe iuſtum, ne hoc quidem obſcurum eſt. Sed in optima reip. adminiſtrandæ forma multã habet dubitationẽ ad explicandum difficilem, non ſi ſit in aliquo aliorum bonorũ excellentia (verbigratia, virium, & diuitiarum, & amicorum multitudinis) ſed ſi quis exſtiterit, qui virtute aliis præſtet, quid ſit opus facto. Non enim

Digitized by Google

iam dixerint talem virum eſſe exigendum, atque è patria exterminandum: neq; vero tali viro imperandum. Simile enim fuerit atq; ſi imperia partientes ſe Ioui imperare poſtularent. Reliquum igitur eſt (quod videtur ita comparatum eſſe natura) vt omnes huic vltro pareant, ac libenter: & quipem ita, vt tales viri in ciuitatibus ſint perpetui reges.

14. *Reipublicæ regiæ ſpecies enarrat.*

FORTASSE autem his expoſitis alio tranſire, & de regno conſiderare verum eſt. Hanc enim reipubl. adminiſtrandæ formam in rectis numerãdam eſſe dicimus. Videndum autem eſt, vtrum expediat & ciuitati & regioni, in qua futurum eſt, vt omnes bene & beate viuant, regis imperio parere, an alia aliqua potius reipub. adminiſtrandæ forma vti; an aliquib. regali imperio parere conducat; aliquibus non conducat. Sed primum diuiſio ac diſtinctio regnorum faciẽda eſt, videndumque vtrum eorum genus vnum ſit, an plura genera diuerſa. Facile igitur hoc quidem eſt intelligere, complura eſſe regnorum genera, neque omnium imperii modum eſſe vnũ. Reip. enim adminiſtrandæ forma, qua vtuntur Lacedæmonii, videtur illa quidem eſſe regnum maxime regnorum eorum, quæ legitima ſunt: verum penes regem non eſt ſumma rerum omnium poteſtas, ſed vbi extra fineis Lacedæmonios prodierit, dux & princeps eſt eorum, quę ad bellum pertinent: propterea res diuinæ regibus mandatæ ſunt. Hoc igitur regnum, inſtar eſt imperii militaris, eius quod obtinent belli duces ſumma poteſtate prædìti, eiuſque perpetui. Necis enim poteſtatem non habet,

bet, niſi in quodam regno: quemadmodum apud antiquos in bellicis expeditionibus, lege ea, quæ eſt in manibus & armis poſita. Quod declarat Homerus. Agamemnon enim maledicta & contumelias verborum patienter audiebat in concionibus; extra concionem autem etiam necandi poteſtatem liberam atq; integram habebat. ſic enim ait:

Quem longe à pugna ad naueis diſcedere cernam.
Non tamen ille ideo volucreis fugiſſe, caneſque.
Se putet: & alibi:
Mortis me penes arbitriũ eſt, & ſumma poteſtas.

Hoc igitur vnum regni genus eſt, imperium belli per totam vitam. Atque horum alia ſunt hæreditaria, & quaſi gentilia: alia optiua, & populorum arbitrio ac ſuffragio mandari ſolita. Aliud eſt præter hoc monarchiæ genus, cuiuſmodi regna ſunt apud nonnullos barbaros. habent autem hæc omnia vim & poteſtatem tyrannico imperio perſimilem ac finitimam: veruntamen legi ſunt conſentanea & paterna. Nam propterea quod & barbari moribus ſunt ſeruilioribus, quam Græci & Aſiani, quam Europæi, herile imperium perferunt, neq; hoc vlla ex parte ægre ferunt. Sunt igitur regna, tyrannica, propter talem cauſam, & tamen ſtabilia ac tuta: tum quia ſunt patria atque auita, tumq; legitima. Et vero cuſtodia, regia eſt, non tyrannica, propter eandem cauſam. Reges enim ſepti & ſtipati ſunt armis ciuium, tyranni externorum. Illi enim ex lege, & hominibus ſponte parentibus: hi præter legem & inuitis imperant. Itaque illi quidem à ciuibus acceptam, hi autem

in

in ciueis comparatam habēt corporis custodiam. Duo igitur ſunt hæc monarchiarum genera. Aliud porro eſt, quod apud priſcos Gręcos vigebat, quos Æſymnetas appellat. Eſt autem hoc monarchiæ genus plane tyrannis optiua, ſeu ſuffragio & conſenſu populi delata: quæ à barbarica tyrannide differt, non eo quod non ſit legi conſentanea: ſed eo tantum, quod non ſit auita, neq; patria. Hoc autem imperium obtinebant alii per omnem vitam, alii vſq; ad præfinita tempora, & ad certas res gerendas: verbi gratia, optarunt ac legerūt quondam Mitylenæi Pittacum aduerſus exſules, quorū duces erant Antimenides & Alcæus poeta. Declarat aūt Alcæus in quodam obliquo carmine (ſcolion Græci nominant) Pittacum à Mitylenæis tyrannum eſſe ſumtum. eis enim vitio vertit, quod Pittacum in humili & miſera patria natum, lentæ & infelicis ciuitatis tyrannum crearint, congregati cum laudibus in cœlum ferentes. Hæ igitur monarchiæ & ſunt, & erant, propterea quia ſunt tyrannicæ, heriles, & dominorum propriæ: ſed quia ſunt optiuæ, populiq; ſuffragio deferuntur, & quia in voluntarios vſurpantur, regales. Quartum autem genus monarchiæ regalis complectitur illas, quæ temporibus heroicis floruerunt, quibus populi ſponte ſua parebant, quæq; erant auitæ, & patriæ, & legitimæ. Quia enim primi de multitudine bene meriti fuiſſent, vel tradēdis artibus, vel bellis gerendis, aut quia diſperſos congregaſſent, aut qui ſolum agrumque præbuiſſent, reges à voluntariis creabantur, regnumque, quod obtinuerant, ſuis liberiſ ac poſteris tradebant. Erat autem penes

nes

nes eos& imperii bellici,& ſacrificiorum,quę modo ad ſacerdotum parteis non pertinebant, arbitrium ac poteſtas:tum præterea controuerſias diſceptabant. Hoc autem faciebant alii iurati, alii iniurati. Iuſiurandum porro erat ſceptri ſublatio. Reges igitur, qui priſcis temporibus fuerunt, & res vrbanas;& eas, quæ agri finib.continebantur, & eas,quæ extra fineis imperii patebant,perpetuo moderabantur, atq; adminiſtrabant. Poſterius autem partim earum ſponte ſua dimittentibus regibus, partim plebe detrahente in aliis quidem ciuitatibus ſacrificia dũtaxat regibus relicta ſunt: in eis vero,in quibus merito regnum appellari poterat,extra regni fineis rei militaris duntaxat principatum obtinebant. Regni igitur hæc ſunt genera, quatuor numero: vnum quod viguit heroicis temporibus. hoc autem in eos quidem valebat, qui ſponte ſua imperio parebant: ſed ad res certas ac præfinitas. Rex enim erat imperator, & iudex, & rerum diuinarum dominus atque arbiter. Secundum barbaricum: hoc autem, gentile imperium eſt,herile,legitimum. Tertium quod æſimnetiam nominãt:hoc autem eſt tyrannis, in optione & ſuffragatione populi poſita. Quartum eſt Laconicum: hoc autem eſt, vt ſimpliciter & paucis verbis dicam, imperium militare perpetuũ. Hæc igitur hoc modo inter ſe differunt. Quintum autem regni genus eſt, cum penes vnum omnium rerum eſt poteſtas (quemadmodum vnaquæque gens,& vnaquæque ciuitas,reipub.compos & domina eſt) quod regnum rei familiaris adminiſtrãdæ rationem deſcriptione & ordine imitetur. Quem-

Quemadmodum enim rei familiaris tuendæ procuratio, regnum quoddam domus eſt: ſic regnum ciuitatis & gentis vnius aut plurium tuendarum atque adminiſtrandarum ratio eſt.

15. *Vtrum regnum vniuerſim inter bonas reip. formas connumerari debeat.*

DVo autem fere ſunt regni genera, vt dicam quod ſentio, de quibus conſiderandum ſit hoc, & Laconicum. Alia enim ſi non omnia, at certe multa inter hæc ſunt interiecta. Nam vel pauciorum rerum penes reges eſt poteſtas, quam in regno integro, & ſuis omnibus numeris abſoluto: aut plurium, quam in Laconico. Quare in duobus propemodum omnis quæſtio poſita eſt: quorum vnum eſt, vtrum expediat ciuitatibus imperatorem, ſeu belli ducem eſſe perpetuum: & hunc vtrum ex ſtirpe & genere, an ex omnibus pro ſua cuiuſque dignitate ac virtute: an non expediat. Alterum, vtrum vtile ſit penes vnũ rerum omnium eſſe poteſtatem, necne. De tali igitur belli imperio conſiderare, ad legum rationem potius, quã ad aliquam reip. adminiſtrandæ formam pertinet. In omnibus enim reip. adminiſtrandæ formis hoc fieri poteſt. Quare in præſens hoc omittamus. Alter autem reliquus regni modus, reip. adminiſtrandę genus eſt. Itaq; de hoc conſiderandum eſt, & dubitationes ad explicandum difficiles, quæ in eo inſunt, percurrendæ ac pertractandæ ſunt. Caput autem & principiũ quæſtionis eſt hoc; vtrum vtilius ſit ab vno optimo viro ciuitatem ſeu gentem gubernari, an ab optimis legibus. Qui arbitrantur

trantur ciuitatibus expedire à rege gubernari, ij exiſtimant legem vniuerſe tantum de rebus loqui, & non accommodate ad ea, quæ eueniunt, iubere. Itaq; in quauis arte ex iis, quæ ſcripta ſunt, imperare, ſtultum eſſe. Et in Ægypto poſt diem quartum mouere licet medicis: quod ſi ante id tẽpus medicinã facere conẽtur, ſuo periculo faciunt. Perſpicuum igitur eſt, non eſſe illam optimã reip. adminiſtrandæ formã, q̃ literas & leges ſequitur ꝓpter eandem cauſam; veruntamen ẽt vniuerſa illa ratio iis, qui ciuitates moderantur, ſuppetere debet. Melius autem eſt id, in quo nulli inſunt animorum motus atq; affectus, quam id, cum quo vna nati ſunt. At lex quidem omni affectu vacat: animus autem humanus omnis neceſſario perturbationibus concitatur. Sed fortaſſe dixerit aliquis, virum bonum pro eo, quod affectibus non careat, de rebus ſingularib. melius conſultaturum, quam leges. Neceſſe igitur eſſe, eum latorem legum eſſe, & leges eſſe ſcriptas in promtu eſt, non tamen ratas, qua ex parte è recto aberrant ac deflectũt (nã quod ad alia attinet, in eis oportet eſſe ratas ac ſtabileis) in iis igitur rebus non debent eſſe ratæ, quas lex non poteſt diiudicare ac decidere, aut omnino, aut bene. Sed vtrum vnum virum optimum, an omneis, aut multos, imperare oportet? Nam etiam nunc in vnum coacti & congregati diſceptant & conſultant, & iudicant. Omnia aũt hæc iudicia, ſunt de reb. ſingularib. Vnuſquiſq; igitur per ſe quiſquis fuerit, ſi cum multis cõparetur, fortaſſe deterior eſt. At ciuitas ex multis conſtat, eoque pluris eſt: quemadmodum conuiuii appara-

Digitized by Google

apparatus multiplex,& in quem multi ſymbolam contulerunt,elegantior ac ſplendidior eſt, quam vnus & ſimplex.Iccirco multa melius iudicat hominnm cœtus,quam vnus, quiſquis ſit. Præterea tutior ac munitior eſt a periculo corruptionis, multitudo:& quemadmodum vberior aqua minus facile corrumpi poteſt,ſic & multitudo paucitate incorruptior eſt.Iam vero vno ab ira, aut ab aliqua alia tali animi perturbatione ſuperato atq; occupato,iudicium corruptum ſit neceſſe eſt.Illic autē magni negotii eſt,omneis iratos eſſe, & peccare. Fingamus autem eſſe multitudinem ciuium liberorum,qui nihil agant præter legem, niſi quibus de rebus ei aliquid deeſſe neceſſe eſt. Quod ſi hoc non eſt facile reperire in multis : attamen ſi plures ſint boni & viri, & ciues, vtrum vnus, idēque princeps, & reipublicæ moderator, incorruptior atq; integrior eſt: an potius plures quidem numero, boni autē omnes? An perſpicue plures? At hi quidem diſſident, & diſcordant inter ſe: vnus autem diſſidere non poteſt. Verum huic rei fortaſſe opponendū eſt,viros bonos, & eos, quorum animus integer ac ſanus eſt, eſſe inſtar vnius illius. Si igitur plurium quidem imperium,eorūque omnium bonorum virorum, optimatium poteſtatem ſeu ariſtocratiam eſſe ſtatuere oportet : vnius autem viri boni, regnum, optabilius quiddam ſit ciuitatibus ariſtocratia, ſeu optimatium poteſtas, quam regnum,ſiue cum poteſtate, ſiue ſine poteſtate ſit imperium,ſi plureis item viros bonos ſumere liceat: ac iccirco fortaſſe ſub regibus antea viuebant, quia raro reperire licebat

viros

Digitized by Google

viros plures longe cæteris virtute pręſtanteis, præſertim cum etiam tunc in paruis vrbibus habitarent. Præterea vero ob beneficentiã reges creabãt: quod virorum bonorum opus ac munus eſt. Poſteaquam vero multi virtute ſimiles exiſtere cœperunt, ferre iam regum dominatum non potuerunt, ſed commune quiddam quęſiuerunt, & reip. adminiſtrandæ formam inſtituerunt. Vbi autem deteriores effecti quęſtum è rep. facere cœperunt. hinc probabile eſt eſſe nata paucorũ imperia. Fecit enim ea res, vt diuitiæ eſſent in precio & honore. Ex his autem in tyrannidas primum migrauerunt: ex tyrannidibus vero in democratiam, ſeu populi poteſtatem. Nam cum propter turpis lucri ſtudium remp. ſemper ad pauciores redigerent, multitudinem robuſtiorem ac validiorem reddiderũt, ita vt ea in tyrãnum inuaſerit, impetumq; fecerit, populiq; poteſtates ſeu democratiæ natæ ſint. Poſteaquam autem accidit, vt ciuitates amplificatæ atq; auctæ ſint: fortaſſe ne facile quidem eſt, aliam exiſtere reip. adminiſtrandæ formam, quam populi potentiam. Si quis autem in ciuitatibus optimum eſſe ſtatuat à regibus gubernari, quid fiet eorum filiis? an etiam genus ac ſobolem regnare oportet? Atqui ſi naſcentur filii patri diſſimiles ac degeneres, pernitioſum eſt eos regnare. At non relinquet rex taleis filios regni ſucceſſores, cum ſit in eius poteſtate poſitum hoc facere. At hoc non tam facile eſt ei credere. Difficile. n. eſt, & maioris virtutis, quam capere poſſit humana natura. Ineſt autem etiam in hoc dubitatio ad explicãdum difficilis, quod ad potentiam regiam attinet, vtrum

K ęum,

eum, qui regnaturus eſt, aliqua vi ſuccinctū ac ſeptum eſſe oporteat: qua poterit imperium reſpuentibus, & obtemperare recuſantibus vim afferre: aut quomodo ei imperium adminiſtrare liceat. Nam etiamſi penes eum ſumma ſit poteſtas ex lege, nihilque ſua voluntate aut libidine præter legem agat, potentia tamen, qua leges cuſtodiat, & ſacroſanctas conſeruet, ei ſuppetat neceſſe eſt. Fortaſſe igitur, quod ad talem regem attinet, non eſt difficile hanc quæſtionem definire. Oportet enim ei vim quidem præſto eſſe, ſed talem vim, vt validior ſit quam ſinguli, & vnus, & complures: imbecillior quam vniuerſa multitudo. qualeis antiqui cuſtodias tribuebant, vbi quem ciuitatis æſymnetam, quemadmodum appellabant, aut tyrannum creaſſent. Et quidam Syracuſanis, vt Dionyſio cuſtodes petenti, taleis cuſtodes darent, ſuadebat.

16. *Vtrum regnum plenum dictum inter bonas reſpub. connumerari debeat, ex aliorum ſententia dubitat.*

CVM autem de eo rege, qui omnia ſuo nutu atq; arbitratu gerit, ſermo nunc ſit inſtitutus, tum hac de re videndum eſt. Nam qui rex ex lege appellatur, is non efficit, vt diximus, regni ſpeciem. In omnibus enim ciuitatibus contingere poteſt, vt ſit imperium belli perpetuum, veluti in democratia, ſeu populi poteſtate, & ariſtocratia, id eſt, optimatium potentia: & multi vni totius reip. adminiſtrandæ ac moderandæ poteſtatem deferunt. Tale enim quoddam imperium eſt etiam Dyrrachii, & vero Opunte, aliqua ex parte anguſtius. Verum de eo regno, quod ſuis omnib. partibus

bus abſolutum & integrum appellatur (hoc autem eſt, ex quo rex omnia ſuo arbitratu moderatur) dicendum eſt. Videtur autem non eſſe naturæ conſentaneum, vt vnus omnium ciuium ſit dominus, vbi ex ſimilibus cōſtat ciuitas. Iis enim, qui ſunt ſimiles natura, idem ius eandemq; dignitatem eſſe neceſſe eſt natura. Quare ſi, quemadmodum victū & cultum æqualem hominib. inæqualib. tribui, lædit corpora, ita & de honorib. exiſtimandum eſt. Similiter igitur & æqualibus inæqualeis tribui, perniciosum eſt. Quocirca nihilo magis eos imperare, quam imperio parere iuſtum eſt. Viciſſim igitur imperare, ſimiliter & parere iuſtum eſt. Hoc autem iam lex eſt. Ordinis enim deſcriptio lex eſt. Legem igitur imperare optabilius eſt, quam vnum aliquem ciuem. Hac porro eadem ratione etiam ſi aliquos imperare præſtet, hi tamen faciēdi ſunt legum cuſtodes ac miniſtri. Magiſtratus enim eſſe aliquos neceſſe eſt: ſed hunc vnum eſſe, iuſtum eſſe negant, cum præſertim ſint omnes ſimiles. Iam vero quæcunq; non videtur poſſe lex definire, ea ne homo quidē cognoſcere queat: ſed poſteaquam lex accurate & ſtudioſe homines erudiit, aliqua tradit ac mandat magiſt. ſententia ac mente iuſtiſſima iudicanda atq; adminiſtranda. Præterea vero & quicqd hominibus periculum facientib. melius, quam leges ſcriptæ, viſum fuerit, corrigere permittit. Qui igitur mētem præeſſe atq; imperare iubet, is Deum & leges imperare videtur iubere: qui vero hominē iubet, addit & feram. Nā cum ſit huiuſmodi cupiditas, tum iracundia magiſtratus deprauat; & optimum

quemque virum. Quocirca lex, mens eſt appetitione vacans. Exemplum porro ab artibus ſumtum, falſum videtur eſſe, ægros curare ex præceptis & libris, qui de arte medendi ſcripti ſunt, nihil iuuare, atq; adeo nocere. Quin contra optabilius eſt artifices & doctos adhibere, eorumq; conſilio opera vti. Hi enim nihil, quod à ratione abhorreat, propter amicitiam faciunt; ſed ægris ſanis factis mercedem accipiunt. Atque qui ad magiſtratus ciuileis prouecti ſunt, multa per contumeliam & gratiam agere ſolent. Nam & cum medicos ſuſpiciãtur ab inimicis inductos non ſalutem, ſed interitum afferre propter quæſtum: tum præceptis artis & libris curati maluerint, quam ex medici libidine. Atqui medici cum ęgrotant ipſi alios medicos arceſſunt, atque adhibent: & puerorum exercendorum magiſtri cum ipſi exercentur, alios exercendi magiſtros adhibent: quaſi verum iudicare atque examinare non poſſint, tum quia de ſua re iudicant, tum quia perturbati iudicant. Itaque perſpicuum eſt, eos, qui ius quærũt, medium quærere; lex enim medium eſt. Præterea maiorem auctoritatem habent, & ſunt de rebus maioris ponderis leges in moribus poſſitæ, quam leges ſcriptæ. Quare homo q reipub. præeſt, minus ille quidem labitur ac fallitur, quam leges ſcriptæ: ſed non quam leges moribus comparatæ, & cõfirmatę. Iam vero ne facile quidem eſt vnum multa cernere. Plures igitur magiſtratus ab eo conſtitui oportebit. Quare quid intereſt vtrum hoc ſtatim ab initio ſuppetat, an vnus hoc modo plureis alios rebus agendis præficiat? Præterea ſi vir bonus,
quod

quod & antea dictum eſt, quia aliis melior eſt, dignus eſt qui imperet: vno viro bono, duo viri boni ſunt meliores. Hoc enim eſt, quod ait Diomedes apud Homerum:

Namque duo cum vna carpunt iter:

Et quod optat Agamemnon apud eundem:

O ſi conſilium ſocij bis quinq; mihi eſſent Tales.

Sunt autem etiam nunc magiſtratus, penes quos eſt arbitrium & poteſtas iudicandi, quemadmodum penes iudicem iis de rebus, quas lex, non poteſt complecti, neque definire: quia lex optime imperare & iudicare nequeat. Nam quas res lex definire poteſt, de his nemo ambigit, quin eius plurimum valere debeat auctoritas. Sed quoniam alia quidem legibus comprehendi poſſunt, hæc ſunt, quæ dubitationem & quæſtionem afferunt, vtrum præſtabilius ſit legem optimũ imperare. Nam quibus de rebus conſultant homines, de iis rebus lex ferri non poteſt. Nemo igitur cauſam dicit, quia neceſſe ſit hominem eſſe, qui de talibus rebus iudicet: verum vnum ſolum eſſe nolunt, ſed multos. Bene enim quiſque magiſtratus iudicat, à lege eruditus. Sed abſurdum fortaſſe videatur, quenquam duobus oculis acutius videre, & duabus auribus acrius audire iudicantem, & melius agere duobus pedibus, duabuſque manibus nitentem, quam multos multis. Nam etiam nunc principes, qui ſoli imperant, quos monarchos appellant Græci, dant operam, vt multos habeant oculos, & multas aureis, & multas manus, & multos pedes. Nã qui eorum imperio & iis ſunt amici, hos imperii collegas faciunt. Si igitur ami-

in ciueis comparatam habēt corporis cuſtodiam. Duo igitur ſunt hæc monarchiarum genera. Aliud porro eſt, quod apud priſcos Gręcos vigebat, quos Æſymnetas appellat. Eſt autem hoc monarchiæ genus plane tyrannis optiua, ſeu ſuffragio & conſenſu populi delata: quæ à barbarica tyrannide differt, non eo quod non ſit legi conſentanea: ſed eo tantum, quod non ſit auita, neq; patria. Hoc autem imperium obtinebant alii per omnem vitam, alii vſq; ad præfinita tempora, & ad certas res gerendas: verbi gratia, optarunt ac legerūt quondam Mitylenæi Pittacum aduerſus exſules, quorū dices erant Antimenides & Alcæus poeta. Declarat aūt Alcæus in quodam obliquo carmine (ſcolion Græci nominant) Pittacum à Mitylenæis tyrannum eſſe ſumtum. eis enim vitio vertit, quod Pittacum in humili & miſera patria natum, lentæ & infelicis ciuitatis tyrannum crearint, congregati cum laudibus in cœlum ferentes. Hæ igitur monarchiæ & ſunt, & erant, propterea quia ſunt tyrannicæ, heriles, & dominorum propriæ: ſed quia ſunt optiuæ, populiq; ſuffragio deferuntur, & quia in voluntarios vſurpantur, regales. Quartum autem genus monarchiæ regalis complectitur illas, quæ temporibus heroicis floruerunt, quibus populi ſponte ſua parebant, quæq; erant auitæ, & patriæ, & legitimæ. Quia enim primi de multitudine bene meriti fuiſſent, vel tradēdis artibus, vel bellis gerendis, aut quia diſperſos congregaſſent, aut qui ſolum agrumque præbuiſſent, reges à voluntariis creabantur, regnumque, quod obtinuerant, ſuis liberiſ ac poſteris tradebant. Erat autem penes

nes eos& imperii bellici,& ſacrificiorum,quę modo ad ſacerdotum parteis non pertinebant, arbitrium ac poteſtas:tum præterea controuerſias diſceptabant. Hoc autem faciebant alii iurati, alii iniurati. Iuſiurandum porro erat ſceptri ſublatio. Reges igitur, qui priſcis temporibus fuerunt, & res vrbanas;& eas, quæ agri finib.continebantur, & eas,quæ extra fineis imperii patebant,perpetuo moderabantur, atq; adminiſtrabant. Poſterius autem partim earum ſponte ſua dimittentibus regibus, partim plebe detrahente in aliis quidem ciuitatibus ſacrificia dũtaxat regibus relicta ſunt: in eis vero,in quibus merito regnum appellari poterat,extra regni fineis rei militaris duntaxat principatum obtinebant. Regni igitur hæc ſunt genera,quatuor numero: vnum quod viguit heroicis temporibus. hoc autem in eos quidem valebat, qui ſponte ſua imperio parebant: ſed ad res certas ac præfinitas. Rex enim erat imperator, & iudex, & rerum diuinarum dominus atque arbiter. Secundum barbaricum: hoc autem, gentile imperium eſt,herile,legitimum. Tertium quod æſimnetiam nominãt:hoc autem eſt tyrannis, in optione & ſuffragatione populi poſita. Quartum eſt Laconicum: hoc autem eſt, vt ſimpliciter & paucis verbis dicam, imperium militare perpetuũ. Hæc igitur hoc modo inter ſe differunt. Quintum autem regni genus eſt, cum penes vnum omnium rerum eſt poteſtas (quemadmodum vnaquæque gens,& vnaquæque ciuitas,reipub.compos & domina eſt) quod regnum rei familiaris adminiſtrãdæ rationem deſcriptione & ordine imitetur.

Quem-

Digitized by Google

Quemadmodum enim rei familiaris tuendæ procuratio, regnum quoddam domus eſt: ſic regnum ciuitatis & gentis vnius aut plurium tuendarum atque adminiſtrandarum ratio eſt.

15. *Vtrum regnum vniuerſim inter bonas reip. formas connumerari debeat.*

DVo autem fere ſunt regni genera, vt dicam quod ſentio, de quibus conſiderandum ſit hoc, & Laconicum. Alia enim ſi non omnia, at certe multa inter hæc ſunt interiecta. Nam vel pauciorum rerum penes reges eſt poteſtas, quam in regno integro, & ſuis omnibus numeris abſoluto: aut plurium, quam in Laconico. Quare in duobus propemodum omnis quæſtio poſita eſt: quorum vnum eſt, vtrum expediat ciuitatibus imperatorem, ſeu belli ducem eſſe perpetuum: & hunc vtrum ex ſtirpe & genere, an ex omnibus pro ſua cuiuſque dignitate ac virtute: an non expediat. Alterum, vtrum vtile ſit penes vnũ rerum omnium eſſe poteſtatem, necne. De tali igitur belli imperio conſiderare, ad legum rationem potius, quã ad aliquam reip. adminiſtrandæ formam pertinet. In omnibus enim reip. adminiſtrandæ formis hoc fieri poteſt. Quare in præſens hoc omittamus. Alter autem reliquus regni modus, reip. adminiſtrandę genus eſt. Itaq; de hoc conſiderandum eſt, & dubitationes ad explicandum difficiles, quæ in eo inſunt, percurrendæ ac pertractandæ ſunt. Caput autem & principiũ quæſtionis eſt hoc; vtrum vtilius ſit ab vno optimo viro ciuitatem ſeu gentem gubernari, an ab optimis legibus. Qui arbitrantur

trantur ciuitatibus expedire à rege gubernari, ij exiſtimant legem vniuerſe tantum de rebus loqui, & non accommodate ad ea, quæ eueniunt, iubere. Itaq; in quauis arte ex iis, quæ ſcripta ſunt, imperare, ſtultum eſſe. Et in Ægypto poſt diem quartum mouere licet medicis: quod ſi ante id tẽpus medicinã facere conẽtur, ſuo periculo faciunt. Perſpicuum igitur eſt, non eſſe illam optimã reip. adminiſtrandæ formã, q̃ literas & leges ſequitur ꝑpter eandem cauſam; veruntamen ẽt vniuerſa illa ratio iis, qui ciuitates moderantur, ſuppetere debet. Melius autem eſt id, in quo nulli inſunt animorum motus atq; affectus, quam id, cum quo vna nati ſunt. At lex quidem omni affectu vacat: animus autem humanus omnis neceſſario perturbationibus concitatur. Sed fortaſſe dixerit aliquis, virum bonum pro eo, quod affectibus non careat, de rebus ſingularib. melius conſultaturum, quam leges. Neceſſe igitur eſſe, eum latorem legum eſſe, & leges eſſe ſcriptas in promtu eſt, non tamen ratas, qua ex parte è recto aberrant ac deflectũt (nã quod ad alia attinet, in eis oportet eſſe ratas ac ſtabileis) in iis igitur rebus non debent eſſe ratæ, quas lex non poteſt diiudicare ac decidere, aut omnino, aut bene. Sed vtrum vnum virum optimum, an omneis, aut multos, imperare oportet? Nam etiam nunc in vnum coacti & congregati diſceptant & conſultant, & iudicant. Omnia aũt hæc iudicia, ſunt de reb. ſingularib. Vnuſquiſq; igitur per ſe quiſquis fuerit, ſi cum multis cõparetur, fortaſſe deterior eſt. At ciuitas ex multis conſtat, eoque pluris eſt: quemadmodum conuiuii appara-

apparatus multiplex,& in quem multi ſymbolam contulerunt,elegantior ac ſplendidior eſt, quam vnus & ſimplex.Iccirco multa melius iudicat hominnm cœtus,quam vnus, quiſquis ſit. Præterea tutior ac munitior eſt a periculo corruptionis, multitudo:& quemadmodum vberior aqua minus facile corrumpi poteſt,ſic & multitudo paucitate incorruptior eſt.Iam vero vno ab ira, aut ab aliqua alia tali animi perturbatione ſuperato atq; occupato,iudicium corruptum ſit neceſſe eſt.Illic auté magni negotii eſt,omneis iratos eſſe, & peccare. Fingamus autem eſſe multitudinem ciuium liberorum,qui nihil agant præter legem, niſi quibus de rebus ei aliquid deeſſe neceſſe eſt. Quod ſi hoc non eſt facile reperire in multis : attamen ſi plures ſint boni & viri, & ciues, vtrum vnus, idéque princeps, & reipublicæ moderator, incorruptior atq; integrior eſt: an potius plures quidem numero, boni auté omnes?An perſpicue plures? At hi quidem diſſident, & diſcordant inter ſe:vnus autem diſſidere non poteſt. Verum huic rei fortaſſe opponendũ eſt,viros bonos, & eos, quorum animus integer ac ſanus eſt, eſſe inſtar vnius illius. Si igitur plurium quidem imperium,eorũque omnium bonorum virorum, optimatium poteſtatem ſeu ariſtocratiam eſſe ſtatuere oportet : vnius autem viri boni, regnum, optabilius quiddam ſit ciuitatibus ariſtocratia, ſeu optimatium poteſtas, quam regnum,ſiue cum poteſtate, ſiue ſine poteſtate ſit imperium,ſi plureis item viros bonos ſumere liceat: ac iccirco fortaſſe ſub regibus antea viuebant, quia raro reperire licebat viros

viros plures longe cæteris virtute pręſtanteis, præſertim cum etiam tunc in paruis vrbibus habitarent. Præterea vero ob beneficentiā reges creabāt: quod virorum bonorum opus ac munuş eſt. Poſteaquam vero multi virtute ſimiles exiſtere cœperunt, ferre iam regum dominatum non potuerunt, ſed commune quiddam quęſiuerunt, & reip. adminiſtrandæ formam inſtituerunt. Vbi autem deteriores effecti quęſtum è rep. facere cœperunt. hinc probabile eſt eſſe nata paucorū imperia. Fecit enim ea res, vt diuitiæ eſſent in precio & honore. Ex his autem in tyrannidas primum migrauerunt: ex tyrannidibus vero in democratiam, ſeu populi poteſtatem. Nam cum propter turpis lucri ſtudium remp. ſemper ad pauciores redigerent, multitudinem robuſtiorem ac validiorem reddiderūt, ita vt ea in tyrānum inuaſerit, impetumq; fecerit, populiq; poteſtates ſeu democratiæ natæ ſint. Poſteaquam autem accidit, vt ciuitates amplificatæ atq; auctæ ſint: fortaſſe ne facile quidem eſt, aliam exiſtere reip. adminiſtrandæ formam, quam populi potentiam. Si quis autem in ciuitatibus optimum eſſe ſtatuat à regibus gubernari, quid fiet eorum filiis? an etiam genus ac ſobolem regnare oportet? Atqui ſi naſcentur filii patri diſſimiles ac degeneres, pernitioſum eſt eos regnare. At non relinquet rex taleis filios regni ſucceſſores, cum ſit in eius poteſtate poſitum hoc facere. At hoc non tam facile eſt ei credere. Difficile.n.eſt, & maioris virtutis, quam capere poſſit humana natura. Ineſt autem etiam in hoc dubitatio ad explicādum difficilis, quod ad potentiam regiam attinet, vtrum

Digitized by Google

eum, qui regnaturus eſt, aliqua vi ſuccinctū ac ſeptum eſſe oporteat: qua poterit imperium reſpuentibus, & obtemperare recuſantibus vim afferre: aut quomodo ei imperium adminiſtrare liceat. Nam etiamſi penes eum ſumma ſit poteſtas ex lege, nihilque ſua voluntate aut libidine præter legem agat, potentia tamen, qua leges cuſtodiat, & ſacroſanctas conſeruet, ei ſuppetat neceſſe eſt. Fortaſſe igitur, quod ad talem regem attinet, non eſt difficile hanc quæſtionem definire. Oportet enim ei vim quidem præſto eſſe, ſed talem vim, vt validior ſit quam ſinguli, & vnus, & complures: imbecillior quam vniuerſa multitudo. qualeis antiqui cuſtodias tribuebant, vbi quem ciuitatis æſymnetam, quemadmodum appellabant, aut tyrannum creaſſent. Et quidam Syracuſanis, vt Dionyſio cuſtodes petenti, taleis cuſtodes darent, ſuadebat.

16. *Vtrum regnum plenum dictum inter bonas reſpub. connumerari debeat, ex aliorum ſententia dubitat.*

CVM autem de eo rege, qui omnia ſuo nutu atq; arbitratu gerit, ſermo nunc ſit inſtitutus, tum hac de re videndum eſt. Nam qui rex ex lege appellatur, is non efficit, vt diximus, regni ſpeciem. In omnibus enim ciuitatibus contingere poteſt, vt ſit imperium belli perpetuum, veluti in democratia, ſeu populi poteſtate, & ariſtocratia, id eſt, optimatium potentia: & multi vni totius reip. adminiſtrandæ ac moderandæ poteſtatem deferunt. Tale enim quoddam imperium eſt etiam Dyrrachii, & vero Opunte, aliqua ex parte anguſtius. Verum de eo regno, quod ſuis omnib. partibus

Digitized by Google

bus abſolutum & integrum appellatur (hoc autem eſt, ex quo rex omnia ſuo arbitratu moderatur) dicendum eſt. Videtur autem non eſſe naturæ conſentaneum, vt vnus omnium ciuium ſit dominus, vbi ex ſimilibus cōſtat ciuitas. Iis enim, qui ſunt ſimiles natura, idem ius eandemq; dignitatem eſſe neceſſe eſt natura. Quare ſi, quemadmodum victū & cultum æqualem hominib. inæqualib. tribui, lædit corpora, ita & de honorib. existimandum eſt. Similiter igitur & æqualibus inæqualeis tribui, perniciōſum eſt. Quocirca nihilo magis eos imperare, quam imperio parere iuſtum eſt. Viciſſim igitur imperare, ſimiliter & parere iuſtum eſt. Hoc autem iam lex eſt. Ordinis enim deſcriptio lex eſt. Legem igitur imperare optabilius eſt, quam vnum aliquem ciuem. Hac porro eadem ratione etiam ſi aliquos imperare præſtet, hi tamen faciēdi ſunt legum cuſtodes ac miniſtri. Magiſtratus enim eſſe aliquos neceſſe eſt: ſed hunc vnum eſſe, iuſtum eſſe negant, cum præſertim ſint omnes ſimiles. Iam vero quæcunq; non videtur poſſe lex definire, ea ne homo quidē cognoſcere queat: ſed poſteaquam lex accurate & ſtudioſe homines erudiit, aliqua tradit ac mandat magiſt. ſententia ac mente iuſtiſſima iudicanda atq; adminiſtranda. Præterea vero & quicqd hominibus periculum facientib. melius, quam leges ſcriptæ, viſum fuerit, corrigere permittit. Qui igitur mētem præeſſe atq; imperare iubet, is Deum & leges imperare videtur iubere: qui vero hominē iubet, addit & feram. Nā cum ſit huiuſmodi cupiditas, tum iracundia magiſtratus deprauat; & optimum

quod & antea dictum eſt, quia aliis melior eſt, dignus eſt qui imperet: vno viro bono, duo viri boni ſunt meliores. Hoc enim eſt, quod ait Diomedes apud Homerum:

Namque duo cum vna carpunt iter:

Et quod optat Agamemnon apud eundem:

O ſi conſilium ſocij bis quinq; mihi eſſent Tales.

Sunt autem etiam nunc magiſtratus, penes quos eſt arbitrium & poteſtas iudicandi, quemadmodum penes iudicem iis de rebus, quas lex, non poteſt complecti, neque definire: quia lex optime imperare & iudicare nequeat. Nam quas res lex definire poteſt, de his nemo ambigit, quin eius plurimum valere debeat auctoritas. Sed quoniam alia quidem legibus comprehendi poſſunt, hæc ſunt, quæ dubitationem & quæſtionem afferunt, vtrum præſtabilius ſit legem optimũ imperare. Nam quibus de rebus conſultant homines, de iis rebus lex ferri non poteſt. Nemo igitur cauſam dicit, quia neceſſe ſit hominem eſſe, qui de talibus rebus iudicet: verum vnum ſolum eſſe nolunt, ſed multos. Bene enim quiſque magiſtratus iudicat, à lege eruditus. Sed abſurdum fortaſſe videatur, quenquam duobus oculis acutius videre, & duabus auribus acrius audire iudicantem, & melius agere duobus pedibus, duabuſque manibus nitentem, quam multos multis. Nam etiam nunc principes, qui ſoli imperant, quos monarchos appellant Græci, dant operam, vt multos habeant oculos, & multas aureis, & multas manus, & multos pedes. Nã qui eorum imperio & iis ſunt amici, hos imperii collegas faciunt. Si igitur ami-

ci non ſint, non erunt eorum facta monarchi conſilio conſentanea: ſi amici, erunt & eius imperio amici. Amicus autem par & ſimilis eſt. Quare ſi hos imperare putat oportere, pares & ſimileis ſimiliter imperare putat oportere. Quæ igitur quidam ab aliis diſſentientes contra regnum diſputant, hæc fere ſunt.

17. *Ex ſua ſcientia de Regno pleno inter bonas Reſpublicas connumerando quæſtionem decidit.*

SED fortaſſis hæc in nonnullis vera ſunt, in aliis non item. Eſt enim aliquod genus hominum, ad imperium herile ferendum aptum natura, aliud ad regium, aliudve ad ciuilem ſocietatem: & cuique horum aliud eſt ius, aliudve vtile. Tyrannicum autem non eſt naturæ conſentaneum, neque vlla aliarum reip. adminiſtrandæ formarum, quæ à recto deflexerunt. Hæc ſunt pręter naturam. Verum ex iis, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, inter ſimileis & æqualeis, neq; vtile eſſe neq; iuſtum, penes vnum eſſe omnium aliorum poteſtatem, neq; ſi nō ſint leges, ſed ipſe ſit tanquam lex, neque ſint leges: neque penes vnum virum bonū bonorum, neq; penes vnum non bonum non bonorum, neque ſi virtute cæteris præſtet, niſi certo quodam modo. Quis autem ſit hic modus, exponendum eſt: quanquam dictum eſt quodammodo iam à nobis etiam antea. Sed definiendum eſt primum quid ſit, aptum eſſe ad imperium regium, quid ad ariſtocraticum, quid ad ciuile. Apta igitur eſt ad imperium regium ſubeundum multitudo huiuſmodi, quæ ſic eſt comparata natura, vt

genus

genus ferre poſſit virtute præſtãs ad ciuilem principatum. Multitudo autem eſt ariſtocratica, id eſt, ad optimatium poteſtatem ferẽdam apta, ea, quæ gubernari poteſt imperio liberali ab iis, qui virtute principatum obtinent, ad ciuiſe imperium ſua conſilia referentes. Ciuilis autem multitudo eſt, in qua ſolet eſſe natura etiam vna multitudo militaris & bellica, quæ poteſt parere atque imperare ex lege, pro dignitate & meritis imperia, & magiſtratus diuitibus deferente. Cum igitur acciderit, vt aut genus totum, aut etiã aliorum aliquis vnus exoriatur ita cæteris virtute præſtans, vt illius virtus aliorum omnium virtuti antecellat, tunc iuſtum eſt hoc genus eſſe regium, & in omneis poteſtatem obtinere, & hunc vnum regẽ eſſe. Quemadmodum enim antea dictum eſt, non modo ſic ſe res habet ex ratione iuris eius, quod proponere ſolent ii, qui reſpublicas inſtituunt, tum qui ariſtocraticas, tum qui oligarchicas, & rurſum qui democraticas (omnes enim pro ratione præſtantiæ honores & magiſtratus cenſent eſſe deferendos: non tamen præſtantiam eandem omnes exiſtimant, ſed alii aliam) ſed ex eo iure, quod ante dictum eſt (nam neque talem virum interficere, neque in exſilium pellere, neque ad decennium è ciuitate exire iubere: neque vt viciſſim imperio pareat poſtulare decet ſcilicet.) Non enim natura comparatum eſt, vt pars totum ſuperet. At ei cuius tanta præſtantia eſt, hoc cõtigit. Quare reliquum eſt tantum, aut tali ciui cæteri pareant, & penes hunc ſit arbitrium rerum omnium ac poteſtas, non pro virili parte, aut viciſſim, ſed ſimpliciter.

De regno igitur quot ſint eius differentiæ, & vtrum conducat ciuitatibus, necne, & quibus conducat, & quo modo, ita ſit à nobis definitum atq; explicatum.

18. *Efficienti inſuper reſpectu varias rerumpub. formas eſſe oſtendit.*

QVONIAM autem treis dicimus eſſe rectas reip. adminiſtrandæ formas: harum autem eam neceſſe eſt eſſe optimam, quæ ab optimis viris adminiſtratur: talis autem eſt ea, in qua contigit, vt vel vnus aliquis vniuerſis, vel genus totum vel multitudo virtute præſtet: ex qua multitudine alii parendi, alii imperandi facultetem habent, eo conſilio, vt optime viuant: libris autem ſuperioribus demonſtratum eſt à nobis, eandem neceſſario eſſe viri boni virtutem, & boni ciuis in ciuitate optima: perſpicuum eſt, eodem modo, iiſdemque artibus, & fieri virum bonum & ciuitatem conſtitui poſſe, ſiue quę paucorum optimatium, ac virtute præſtantium poteſtate adminiſtretur, ſiue quæ vnius regis imperio pareat. Quare & eadem fere inſtitutio, & iidem mores erunt, qui virum bonum efficient, & quæ politicum, & ad regnandum aptum. His autem definitis atque explicatis, de optima iam ciuitatis adminiſtrandæ forma dicere conandum eſt, & quonam pacto oriri ſoleat natura, & certo modo inſtitui: neceſſe enim eſt de ea conuenienter, & ita vt res poſtulat commentari, ac diſputare.

ARISTO-

Digitized by Google

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. IV.

CAP. I.

Rectam docendi viam oſtendit, à qua qui deſciuerunt, mancas in hoc argumento & inutiles tractationes edidere.

IN OMNIBVS artibus & ſcientiis quæ non in particula verſantur, ſed in vno aliquo genere ſunt perfectæ atq; abſolutæ, vnius & eiuſdem hominis eſt, quid cuiq; generi conueniat videre: verbi gratia, & qualis exercitatio quali corpori conducat, & quæ ſit optima (ei enim, quæ optime ſit natura informatus, & maximis adiumentis inſtructus, neceſſe eſt optimam conuenire) & quæ pleriſque omnibus ſit vna. Etenim hoc artis corporum exercendorum munus eſt. Præterea etiam ſi quis neque habitum iuſtum, atque in ſummo perfectionis gradu poſitum, concupiſcat, neque perfectam ſcientiam eorum, quæ ad certandi laborem pertinent, expetat: nihilominus tamen eius, qui pueris exercendis præeſt, eiuſque, qui corporum exercendorum artem profitetur, munus eſt, etiam hanc facultatem poſſe tradere. Atque hoc ſimiliter & in ſcientia medendi, & in arte nauium ædificandarum, & in ea, quę ad rem veſtiariam pertinet, in omni alia arte denique videmus euenire. Quare perſpicuum etiam eſt eiuſdem eſſe

ſcientiæ,& quæ ſit optima reipub. adminiſtrandæ forma:& quæ qualiſve maxime ſit optabilis, atq; ex animi ſententia nulla re externa impediente: & quæ quibus apta, atque accommodata, peruidere. Multis enim optimam conſequi fortaſſe nefas eſt. Quocirca nec eam,quæ ſimpliciter eſt præſtantiſſima, nec eam, quæ pro rebus ſubiectis eſt optima, ignorare debet lator legum,quique vere moderandæ ciuitatis peritus, &, vt Græci appellant, politicus eſt: poſtremo ne eam quidem oportet ei eſſe ignotam, quæ ſit ex conditione,atque (vt ita dicam) ſuppoſitione: hoc eſt,quæ cuilibet fini propoſito ſit conſentanea. Oportet enim etiam eam, quæ forte oblata ſit, videre poſſe, & quomodo ab initio conſtituatur, & quomodo conſtituta diutiſſime conſeruetur. Dico autem, verbi gratiâ, ſi cui ciuitati contigit, vt neque optima adminiſtrandę reip. forma vtatur,neque ſit inſtructa rebus neceſſariis, neq; talem adminiſtrationem reip.adhibeat,qualem rerũ, quæ præſto ſunt,natura fert, ſed aliquam deteriorem. Præter hæc omnia autem eam,quę omnib.ciuitatib.maxime apta eſt,cognoſcere oportet. Nã plurimi ex iis,qui de ciuitatis adminiſtratiõe aliquid prodiderunt ac protulerunt, etiam ſi cætera præclara dicant,attamen ab vtilitate aberrant. Non enim videnda eſt optima tantum, ſed etiam ea, quæ poteſt eſſe: ſimiliter vero & quæ facilior eſt, atque omnibus communior. Nunc autem alii quidem reipublicæ adminiſtrandæ formam in ſummo dignitatis ac præſtantiæ gradu poſitam, & multo apparatu, & molimento, multaque

impen-

impenſa egentem quærunt ſolum: alii communem aliquam commemorantes potius, cæteras, quæ vſu receptæ ſunt, reipublicæ adminiſtrandæ formas improbantes ac tollentes, Laconicam aut aliam aliquam probant ac laudant. Atqui ea reip. adminiſtrandæ deſcriptio atq; ordinatio cōmendanda & ſuadenda hominibus eſt, quam facile poſſint præſentib. inſtitutis ſpretis ac reiectis & approbare, & ad vſum communem transferre, ciuiliſque vitæ cultu vſurpare. Nam nō minoris operis ac negotii eſt, reip. adminiſtrandę formā corrigere, quam ab initio nouam aliquam inſtituere: quemadmodum & dediſcere difficilius eſt, quam à principio diſcere. Quocirca præter ea, quæ dicta ſunt, etiam iis reip. adminiſtrādæ formis, quæ ſunt vſu receptæ, debet mederi & opitulari poſſe homo politicus, quemadm. & ante dictum eſt. Hoc autem is præſtare non poteſt, qui ignorat quot ſint adminiſtrandæ reip. genera. At nunc vnam democratiam quidam eſſe putant, vnamque oligarchiam: ſed non eſt ita. Quare ignorare non oportet quot ſint reip. adminiſtrandæ formarum differentiæ, & quot modis copulentur & componantur. Cum hac autem eadem prudentia etiam leges optimæ, & vnicuique reip. adminiſtrandæ formæ conuenientes, cognoſcendæ & videndæ ſunt. nam pro reip. adminiſtrandæ rationib. leges & ferendæ ſunt, & ab omnibus feruntur: non pro legibus, reipub. adminiſtrandæ rationes inſtituūtur, neq; inſtituendæ ſunt. Reipublicæ enim adminiſtrandæ ratio, deſcriptio ordinis eſt in ciuitatibus,

tibus, ad magiſtratus & imperia pertinens, quomodo diſtributi ſint, & quid ſit id, quod in ciuitatis adminiſtratione ſummam poteſtatem atq; autoritatem obtineat: quis denique cuiuſque ſocietatis ſit finis. Leges autem, ex quibus magiſtratus reip. præeſſe, & eos qui contra leges committunt, coercere debent, ſeparatæ ſunt ab iis, quæ reip. adminiſtrandæ formam declarant. Quare perſpicuum eſt, neceſſe etiam ad leges ſcribendas cuiuſque reip. adminiſtrandæ formæ, & differentias, & numerum tenere. Non enim fieri poteſt, vt eædem leges neque oligarchiis, neq; democratiis omnib, ſint vtiles, ſi plura ſunt earum genera, & ſi non eſt vna duntaxat democratia, neq; oligarchia.

2. *Iudicat & quid actum ſit hactenus, & quid deinceps reſtet agendum.*

QVONIAM autem in diſputatione atque inſtitutione ſuperiore de reip. adminiſtrandæ formis tali partitione ac diſtinctione vſi diſſeruimus, vt treis reip. adminiſtrādæ formas rectas poneremus, regnum, ariſtocratiam, & eam quam cōmuni nomine politiam Græci nominant, i.e. ciuilem reip. ſeu ciuitatis adminiſtrandæ rationem: & treis ab his declinationes ſeu degreſſiones, à regno quidem tyrannidem, ab ariſtocratia oligarchiam, à politia populi poteſtatem, quam democratiam Græci vocant: & de ariſtocratia quidem & regno dictum eſt: (nam de optima reip. adminiſtrandæ forma commentari idem eſt, atque de his nominib. conſiderare: debet. n. vtraque conuenienter & congruenter virtuti reb. neceſſariis inſtructæ, eſſe conſtituta) præterea vero quid inter

ter ſe differant regnum & ariſtocratia, & quando regnum ſit exiſtimandum, antea diſtincte explicatum eſt: reliquũ eſt, vt de politia diſſeramus, ea, quæ communi nomine ſic appellatur, & de aliis reip. adminiſtrandæ formis, oligarchia, & democratia, & tyrannide. Perſpicuum igitur eſt, etiam harum degreſſionum ſeu declinationum à rectis adminiſtrationibus, quænam ſit peſſima, & quænam ſecunda. Neceſſe eſſe enim declinationem à prima & diuiniſſima, eſt deterrimam. Regnum autem neceſſario, aut regni nomen habet tãtum, cum reuera non ſit regnum: aut propter magnam eius, qui regnat, excellentiam, conſtat. Quocirca & tyrannis, quæ deterrima eſt, à reip. adminiſtrandæ forma longiſſime diſtat: ſecundo loco longe abeſt oligarchia. Nam ariſtocratia longe diſtat ab hac reipubl. adminiſtrandæ forma poſt oligarchiam. Moderatiſſima autem & tolerabiliſſima democratia eſt. Quin & quidam ex iis, qui ante nos ſcripſerunt, in eadem ſententia fuit, non tamen idem atque nos, ſpectans. Ille enim cenſuit, omnium reip. adminiſtrandæ formarum, quæ bonæ ſunt, qualis eſt oligarchia laudabilis & recta, ſiue ariſtocratia, & aliæ ſimiles, earum peſſimam eſſe democratiam: malarum autem optimã. Nos autem omnino has deprauatas atque à rectis detortas eſſe dicimus: & meliorem quidem eſſe oligarchiam aliam alia, neque conuenit dicere, neq; rectum eſt: ſed minus malam. Verum de tali quidem ſententia omittamus in præſenti dicere. Nobis autem primum diſtinguendum eſt, quot ſint reip. adminiſtrandæ formarum differentiæ, ſiquidem

dem plura ſunt & democratiæ, & oligarchiæ genera: deinde quæ ſit communiſſima, & quæ maxime optabilis atque expetēda, poſt optimam reip. adminiſtrandæ formā: & ſi qua alia reip. adminiſtratio eſt ariſtocratica, & bene ab initio inſtituta, & plurimis ciuitatib. apta, quænā ſit: deinde & aliarum quæ quib. ſit expetenda (fortaſſe. n. his q. dem magis neceſſaria democratia, quam oligarchia eſt: illis autem hæc magis, quam illa) deinde vero quonam modo has reip. adminiſtrandæ formas inſtituere oporteat eum, qui hoc facere velit: dico autem vnumquodq; genus democratiæ, & iterum oligarchiæ. Poſtremo vbi de his omnibus ita, vt res poſtulat, breuiter expoſuerimus, conandum nobis erit perſequi, & quę res ſint reip. adminiſtrandæ formis lethales ac peſtiferæ, & quæ ſalutares, tum communiter, tum ſeparatim ſingulis: & quibus de cauſis maxime vel interire: vel conſeruari ſoleant natura.

3. *Probat plures eſſe neceſſario reip. adminiſtrandæ formas, & quot ſint.*

CVR igitur plures ſint reipubl. adminiſtrandæ formæ, cauſa eſt, ꝙ omnis ciuitatis plures ſint numero partes. Primū enim ciuitates omneis ex domib. videmus conſtare: deinde rurſus huius multitudinis alios eſſe locupletes & copioſos neceſſe eſt, alios egenteis & inopes, alios medios: & locupletium atq; egētium alios eſſe armis inſtructos, alios inermes: & de populo alios eſſe agricolas videmus, alios mercatores: & in foro occupatos, alios artifices illiberaleis & operarios. Nobilium quoq; ſunt differentiæ, tum ex diuitiis & amplitu-

plitudine rei familiaris: verbi gratia, ex facultate equorum alendorum: hoc enim non facile iis eſt facere, qui non ſunt locupletes: quocirca priſcis illis temporibus, quibus ciuitatibus potentia in equis conſiſtebat, apud has erant oligarchiæ. vtebantur autem equis in hoſteis, quos habebant finitimos: verbi gratia, Eretrienſes & Chalcidēſes, & Magnetes, qui Mæandrum accolebant: & multi alii Aſiæ populi. Tum præter eas, quæ in diuitiis conſiſtunt, differentias, alia eſt ex genere, alia ex virtute, & ſi qua talis alia pars ciuitatis eſſe dicta eſt in iis diſputationibus, quæ ad ariſtocratiam pertinent. Illic. n. expoſuimus partite ac diſtincte, quot ex partib. neceſſariis conſtet omnis ciuitas. Harum enim partium interdum omnes ſunt reip. adminiſtrationis participes, interdum pauciores, interdum plures. Perſpicuum igitur eſt, neceſſario plureis eſſe reip. adminiſtrandæ formas, genere inter ſe differenteis. Etenim hæ partes genere differunt inter ſe. Nam ciuitatis adminiſtratio, quam politiam Græci dicunt, magiſtratuū deſcriptio atque ordinatio eſt. Hanc autem diſtribuunt omnes aut ex vi & potentia eorum, qui ſunt huius ordinationis participes, aut ex aliqua eorum æqualitate communi: dico autem, verbi gratia, æqualitatem aut egentium, aut locupletium, aut quandam vtrorumque cōmunem. Neceſſe igitur eſt tot eſſe reip. adminiſtrandæ formas, quot ſunt ordines ſeu ordinationes, pro exſuperantiis & excellentiis, & pro differentiis partium. Vidētur autem duæ eſſe maxime: & quemadmodum ventorum alii dicuntur eſſe Aquilonares, alii Auſtrales,

Digitized by Google

les,alii vero horum degreſſiones:ſic & reip.admi- niſtrandæ formarum duæ, populi poteſtas ſeu democratia, & paucorum imperium, quam oligarchiam Græci nominant. Ariſtocratiam n.oligarchiæ ſpeciem ponunt, quaſi ſit oligarchia quædã: & eam,quæ politia nomine communi dicitur,democratiæ: quemadmodum in ventis Fauonium quidem Aquilonis; Vulturnum autẽ Auſtri partem eſſe volunt. Similiſque concentionum & intentionum in cantibus ac fidibus, quæ harmoniæ dicuntur à Græcis,ratio eſt,vt aiũt quidam. Nam etiam illic duo earum genera faciunt,Doricum & Phrygium:cæteras,vt ex his conflatas & temperatas,earum nominibus iunctis appellant. Hoc igitur modo de reip. adminiſtrandæ formis conſueuerũt maxime exiſtimare. Sed verius & melius eſt ita dicere quemadmodũ partientes expoſuimus, aut duas, aut vnam eſſe reip. adminiſtrandæ formam recte inſtitutam, vnamque harmoniam rectam & perfectam, cæteras eſſe à rectis aberrationes ac deflectiones: has quidem ab harmonia bene temperata, illas vero ab optima reip. adminiſtrandæ forma:oligarchicas eas,quæ ſunt contentiores, & plus nimio heriles:populareis,eas,quæ ſunt remiſſiores & molliores.

4. *Vulgarem in definiendis democratia & oligarchia errorem notat: Deinde docet eſſe plures quam quæ expoſitæ ſint adminiſtrandæ reipub. ſpecies & quam ob cauſam. Poſtremo democratiæ ſpecies explicat.*

NON oportet autem democratiam ſtatuere ita ſimpliciter,vt nunc ſolent quidam, eam, in qua penes multitudinem arbitrium & auctoritas

tas eſt. nam etiam in oligarchiis, & vbique, penes maiorem partem arbitrium & poteſtas (neq; oligarchiam, vbi penes paucos reip. adminiſtrandæ poteſtas eſt. Si .n. eſſent vniuerſi ciues mille trecenti, & ex his mille diuites: neque imperii participeis facerent trecentos & pauperes, quantumuis liberos, & cætera ſimileis: nemo hos dixerit popularem reip. adminiſtrandæ formam vſurpare. Itemque ſi pauperes pauci eſſent, & tamen locupletibus pluribus ſuperiores ac potentiores: nemo hanc reip. adminiſtrandæ formam appellarit, neq; hanc talem, in qua honores cum aliis, qui diuites eſſent, non communicarentur. Dicendum igitur potius eſt, democratiam eſſe cum penes liberos ſumma rerum poteſtas eſt: oligarchiam, cũ penes diuiteis. Quod autem illi multi ſunt, hi pauci, hoc ita forte euenit. Nam liberi quidem homines, multi: locupletes autem pauci. Etenim ſi pro magnitudine & proceritate corporis mandarentur honores, vt in Æthiopia aiunt quidam fieri ſolere, aut pro pulchritudine: eſſet oligarchia. Exiguus enim pulchrorum numerus eſt. Veruntamen neque his tantum has reip. adminiſtrandæ formas definiri ſatis eſt: ſed quia particulæ plures Democratiæ & Oligarchiæ ſunt, præterea decidendum ac ſtatuendum eſt, neq; ſi liberi qui pauci ſint, in plureis & non liberos imperium obtineant, democratiam eſſe: quod genus eſt Apolloniæ in mari Ionio, & Theræ: in vtraque enim harum ciuitatum florebant honoribus qui nobilitate præſtabant, quique primi colonias occuparant, cum hi eſſent pauci, alii multi. Neq; ſi diuites præ-

ſint, propterea quod numero ſint ſuperiores, democratiam ſimiliter eſſe habendam: quemadmodum olim in Colophone: illic enim antequã bellum aduerſus Lydos ortum eſſet, maior pars ciuium magnas diuturnitate temporis ſtabilitas atq; amplificatas rei familiaris facultates poſſidebat. Sed democratia quidem eſt, cum liberi & pauperes numero ſuperiores, imperii & ſummæ rei ſunt compotes: oligarchia cum diuites, & nobiliores, numero pauciores. Plureis igitur eſſe reipublicæ adminiſtrandæ formas, & quam ob cauſam ſint plures, expoſitum à nobis eſt. Plureis autem eſſe, quam quæ expoſitæ ſunt, & quæ, & quam ob cauſam, dicamus, repetito eodem, quod antea ſumſimus, principio. Conuenit enim inter nos, ciuitatis omnis non vnam, ſed plureis eſſe parteis. Quemadmodum igitur, ſi conſilium cepiſſemus ſpecies ſeu formas animalis ſumere, primum quidem id omne ſecerneremus, quod neceſſario omne animal habet: vt quædam ſenſus inſtrumenta & parteis eas, quæ valent ad conficiendum aut recipiendum alimentum, vt os & ventriculum: deinde quibuſcunque particulis vnumquodque animal mouetur. Si igitur ponamus has eſſe duntaxat partium ſpecies, & non plureis: ſed tamen ſint aliquot harum differentiæ (verbi gratia) oris & ventriculi, & ſentiendi inſtrumentorum plura quædam genera: præterea vero & particularum, quæ mouendi vim habent. harum partium copulationis numerus plura neceſſario animantium genera efficiet. Non enim fieri poteſt, vt in eodem animali plures inſint oris differentiæ, neque item vt

aurium

aurium. Quare vbi ſumtæ fuerint omnes, quę eſſe poſſunt, harum partium coniugationes, tot ſpecies animalis conſtituent, quod ſunt partium neceſſariarũ copulationes. Sic de iis reip. adminiſtrandæ formis, quas diximus, ſentiendum. Nam & ciuitates non ex vna, ſed ex multis partibus conſtãt, quemadmodum ſæpenumero à nobis dictum eſt. Atq; vna ſane pars eſt ea, quæ in alimento parando occupata multitudo eſt, qui aratores ſeu agricolæ nominantur: altera ea, quæ appellatur (vt ita dicam) ſedentaria ſordidaque & illiberalis. Eſt autem hæc, quæ arteis eas exercet, ſine quibus vrbs habitari ac frequentari non põt. Harum porro artiũ alias neceſſario ſuppetere oportet: aliæ ad delicias & luxum, aut ad bene viuendum pertinent. Tertia eſt forenſium ſeu eorum, qui forum terunt. Forenſeis eos dico, qui in vendendo & emendo, & in mercatura facienda, in redimendis mercib. quas pluris reuendant, verſantur. Quarta eſt mercenariorum. Quinta natio militum, & eorum, qui propugnaturi ſunt: quam nihilominus, quam has, quas diximus, prę ſto eſſe neceſſe eſt, niſi volunt ciues alienigenis atq; exteris bellum inferentib. ſeruire. Fortaſſe.n. fieri nullo modo poteſt, vt ciuitas natura ſerua ciuitatis nomen mereatur. Ciuitas.n. ſuis ipſa opibus pollet, ſuiſq; bonis contenta eſt. At quod ſeruum eſt, non eſt ſuis ipſum bonis contentum. Quapropter in libr. Platonis de Rep. magnifice hoc quidem & glorioſe, ſed anguſte & ieiune dictum eſt. Ait enim Socrates, ex quatuor generibus hominum maxime neceſſariis ciuitatem conſtare. Dicit autem hos, textores, & agricolas

Digitized by Google

las,& ſutores,& fabros lignarios. Rurſumque addit,quaſi hi non ſint ſatis,fabros ærarios ac ferrarios,& prętera eos,qui pecoribus neceſſariis pręfecti ſunt. Præterea vero mercatores & caupones. Atque hæc omnia valent ad explendam primam ciuitatem, tanquam cuitas omnis neceſſariarum rerum, & non potius boni & honęſtati cauſa initio inſtituatur & conſiſtat: quaſique ſutoribus æque,atque aratoribus egeat. Partem autem propugnantem non prius ciuitati reddit ac repræſentat, quam agri finibus propagatis,& ad finitimorum agros vſq; perductis, ad belli ſuſcipiendi neceſſitatem redacti fuerint. Iam vero & in quatuor hominum generibus, & in quamlibet multis ſociis,neceſſe eſt aliquem intercedere, qui ius ſuum cuiq;tribuat,rebuſque iudicandis præſit. Si quis igitur & animum, animalis partem facere debet potius, quam corpus: ergo & huiuſmodi parteis,nempe militaris & bellicoſa, iuſtitiæq; iudicialis particeps,ciuitatis partes exiſtimādæ ſunt potius,quam quæ ad vſum neceſſarium pertinēt: ad quas accedere etiam debet ea,cuius eſt conſultare & deliberare de rebus ad totam ciuitatē pertinentibus(quod munus eſt prudentiæ atque intelligentiæ ciuilis)atque hæc vtrum inſint ſeparatim in quibuſdam, an in iiſdem, quod ad rationē attinet,nihil refert. Nam ſæpenumero euenit,vt iidem & grauioris armaturæ ſint milites, & in agris colendis verſentur. Quare ſi & has & illas ciuitatis parteis numerare conuenit, perſpicuum eſt,id genus hominum, quod armis inſtructū eſt, partem ciuitatis eſſe neceſſariam. Septima eſt ea,

quæ

quæ facultatibus, & copiis rei familiaris munera & onera publica ſubit, quos locupleteis appellamus. Octaua eſt ea, quæ remp. adminiſtrat, quæq; in gerendis magiſtratibus, reip. dat operam: ſiquidem ſine magiſtratibus ciuitas conſtare non pōt. Neceſſe igitur eſt, aliquos eſſe, qui poſſint imperare, quique in gerendis magiſtratibus ciuitati ſeruiant aut continenter & aſſidue, aut alternis & viciſſim. Tum reliquæ partes præſto eſſe debent, de quibus paulo ante diſtincte explicauimus: eam dico, quæ conſultandi munere fungatur, eamque quæ litigantibus, & ſi recte iuſteque adminiſtrari debent: neceſſe eſt aliquos eſſe, qui ea virtute, quę ad res ciuileis pertinet, quæque virorum politicorum propria eſt, ſint inſtructi atque ornati. Multi igitur poſſe contingere exiſtimant, vt alię facultates ac poteſtates iidem ſuppetant (verbi gratia) vt iidem ſint propugnatores ciuitatis, & agricolæ, & artifices: præterea vt iidem conſultent, & iudicent. Tum vero virtutem ſibi omnes vendicant atque arrogant, plurimoſque magiſtratus ſe gerere poſſe autumant: ſed vt iidem ſint pauperes & diuites, fieri non poteſt. Quapropter hæ partes maxime videntur eſſe ciuitatis, locupletes & egētes. Præterea quia fere illi quidem pauci ſunt, hi vero multi: hæ potiſſimum partes videntur eſſe contrariæ ex omnibus particulis ciuitatis. Itaq; & reip. adminiſtrandæ formas pro harum partium exſuperantiis & præſtantiis conſtituunt: duæque videntur eſſe ciuitatis adminiſtrandæ formæ, democratia & oligarchia. Eſſe igitur plureis reipublicæ adminiſtrandæ formas, & quas ob cauſas ſint

Digitized by Google

plures, dictum eſt antea. Nunc autem & democratiæ & oligarchiæ eſſe plura genera oſtendamus. Licet vero hoc intelligere etiam ex iis, quæ dicta ſunt. Plura. n. genera ſunt & populi & eorum, qui clari nobileſque dicuntur: verbi gratia, populi genus vnum conſtituunt agricolæ, aliud artifices, aliud caupones & forenſes, eos dico, qui mercaturam in vrbibus faciunt, quiq; in emendo & vendendo vitam conterunt: aliud, qui in mari aſſidue verſantur. Atq; huius generis alii ſunt militares, alii pecuniæ faciendæ ſtudio dediti, alii portitores ac traiectores, alii piſcatores. Multis. n. in locis horum generum ſingulorũ magna turba eſt: vt piſcatorum Tarenti & Byzantii: hominum in triremibus occupatorum Athenis: mercatorum, in Ægina & Chio: traiectorum ac portitorum, in Tenedo. Prçter hos aũt ſunt ii, qui operis & manibus ſuis victum parant, vitamq; tolerant; & quorum ita tenuis & anguſta res familiaris eſt, vt non liceat eis otioſam vitam degere. Præterea aliqui ſunt non ex vtroq; ciue liberi, & ſi quod tale alius multitudinis genus eſt. Nobilium aũt & clarorum virorum alii ex diuitiis claritatem conſecuti ſunt, alii ex præſtantia generis, alii ex virtute, alii ex doctrina & ſimilib. quæ ex eadem differentia dicuntur. Democratia igitur prima eſt ea, quæ ex æqualitate maxime ſic appellatur. Æqualitatem. n. edicit lex ea, quæ huiuſmodi democratiæ eſt, nempe vt nihilo plus ſint locupletes, quam egentes: neutrique habeant ſummam auctoritatem & poteſtatem, ſed vtrique ſint ſimileis. Nam ſi libertas in democratia eſt maxime (quemadmodum quidam

dam

dam exiſtimant) & æqualitas, hac maxime ratione fuerit ſi inter omneis pariter fuerit reipub. adminiſtratio communis maxime. Quoniam autẽ populus multitudine & numero ſuperat: id autem, quod à pluribus numero decretum eſt, ratum eſt hãc eſſe democratiã neceſſe eſt. Vnũ igitur democratiæ genus hoc eſt: aliud eſt, vbi magiſtratus ex cenſibus qui tamen ſint anguſti & tenues, deferuntur. Oportet autem ei, qui rem habet, magiſtratum obtinere licere: qui amiſit, non obtinere. Aliud genus democratiæ eſt, vbi ciues omnes, qui modo ab omni obligatione liberi ac ſoluti ſunt, reipubl. adminiſtrationis ſunt participes, ſed tamen lex dominatur atque imperat. Aliud genus, vt omnibus, ſi quis modo ſit ciuis, ius ſit obtinendi magiſtratus: ita tamen vt lex imperet. Aliud genus; vbi cætera quidem ſunt eadem: penes multitudinem vero eſt ſumma rerum poteſtas, non penes legem. Hoc autem fit, cum multitudinis decreta, pſephiſmata Græci dicunt, rata ſunt, non lex. Atque hoc propter oratores populareis, quos demagogos Græci nominant, id eſt, blandos populi ductores, & quaſi leueis tribunos plebis, euenit, Nam in ciuitatibus quæ ex lege à populo obtinentur ac reguntur, demagogus nõ exiſtit, ſed optimus quiſq; ciuis principem in rep. locum obtinet. Vbi vero leges non ſunt ratæ neq; ſummam auctoritatem habent, hic exoriuntur populares oratores, quos demagogos diximus appellari. Fit enim princeps ſolus imperium obtinens (monarchum dicũt Græci) populus vnus ex

Google

multis concretus & conflatus. nam penes multos ſumma reipub. poteſtas eſt:non vt ſingulos,ſed vt omneis. Qualem porro dicat Homerus non eſſe bonam multorum dominationem vtrum hãc an vbi plures ſunt,qui impeiant,vt ſinguli,obſcurum eſt. Talis igitur populus vtpote qui ſit princeps ſolus imperium obtinens,ſtudet ſolus imperare, qa legum imperio non paret: & tale ſibi ius, imperiumque aſſumit in totam remp. quale dominus in ſeruos. Itaque aſſentatores apud eum honorati ſunt. Et talis populus proportione ex monarchiis tyrannidi reſpondet. Quocirca & iidem ſunt mores,& vterq;(populum huiuſmodi dico, & tyrannum)imperium herile in meliores, vt in ſeruos,vſurpat:&hic ſunt pſephiſmata;velut illic edicta:& blandus ductor populi,ſeu demagogus & aſſentator tyranni,ſunt iidem, & proportione inter ſe reſpondent. Et vero vtriq; apud vtroſq; plurimum valent,aſſentatores apud tyrannos, demagogi apud taleis populos. Quamobrem autem rata ſint pſephiſmata, & non leges, hi cauſam ſuſtinent: quia omnia ad populũ referunt ac reuocant. Euenit.n.vt creſcãt, & magnifiẽt,propterea quod populus quidem omnium rerum ſit dominus atque arbiter: hi vero populi opinionis.His.n.fidem habet & obtemperat multitudo. Præterea qui magiſtratus criminantur, populum iudicare dicunt oportere. hic autem libenter prouocationem recipit: quo fit vt magiſtratus omnes infirmentur atq; eneruentur. Merito autem videatur quis reprehendere, qui dicat hanc talem eſſe democratiam, non ciuitatis adminiſtrationem ſeu politi-

am

am. vbi enim leges non imperant, non eſt politia. Oportet enim legem quidem ciuibus omnibus, magiſtratus vero ſingulis imperare: & politiā ſeu reip. adminiſtratione iudicare. Quare democratia in reip. adminiſtrandæ formis numeranda eſt, perſpicuum eſt talem remp. in quo pſephiſmate omnia adminiſtrantur, ne democratiam quidem eſſe proprie. Contingere enim non poteſt, vt vllum pſephiſma ſit vniuerſum. Democratiæ igitur genera hoc modo ſint explicata ac diſtincta.

5. Oligarchiæ genera explicat.

OLIGARCHIÆ autem genera cum ſint plura, vnum eſt, quo magiſtratus mandantur ex cenſibus tam magnis, vt pauperes atq; egentes; numero plures, eorum participes non ſint: ſed ei, qui tantam rem habeat, vt reip. adminiſtrationis participi eſſe liceat. Aliud cum ex paruis cenſibus creantur magiſtratus: & ipſi eos, qui deſunt, cooptant. Si igitur ex his omnibus, qui cenſu ſunt æquales, hoc faciant, videatur hoc eſſe potius ariſtocraticum, ſi vero ex quibuſdam certis oligarchicum. Aliud autem oligarchiæ genus eſt, cum filius in locum patris ſuccedens, magiſtratum capit. Quartum, cum & id, quod nunc & dictum eſt, vſurpatur & magiſtratus imperant, non leges: atque hoc genus in oligarchiis altera ex parte veluti tyrannidi reſpondet in monarchiis: & ei democratiæ, de qua poſtremo loco diximus, in democratiis: talemque oligarchiam, dynaſtiam, id eſt, potenatum appellant. Oligarchiæ igitur, & democratiæ tot ſunt genera. Ignorare autem non oportet, multis in locis euenire, vt reip. adminiſtrandæ

Digitized by Google

ratio conſentanea cum ſuis legib. non ſit illa quidem popularis: ſed propter mores & inſtitutæ vitæ rationẽ populariter ciuitas adminiſtretur. Itẽque rurſus apud alios vt administratio ciuitatis, quæ conſentiat legibus, ſit aliquantum popularis: inſtitutio vitæ & moribus, ſit paucorum imperium potius. euenit autem hoc maxime mutatis reip. adminiſtrandæ formis. Non enim ſtatim conſueuerunt homines immutari, & in alios mores commigrare: ſed ſatis habent primo, ſi pauca alii ab aliis, quaſi plus habere cupientes, detrahãt, ſibique aſſumant. Itaque leges quidem manent, quæ erant antea, ſed ſuperiores ſunt, qui reip. adminiſtrandæ formam immutant.

6. Probat tot eſſe democratiæ & oligarchiæ genera.

TOT autem eſſe democratiæ & oligarchiæ genera, ex iis ipſis quæ dicta ſunt, intelligere licet. Neceſſe enim eſt, aut cum omnibus illis populi partibus, quæ à nobis commemoratæ ſunt, reip. adminiſtrationem communicari: aut cum his communicari, cum illis non. Cum igitur pars ea, quæ agriculturæ operam dat, quæque mediocreis rei familiaris facultates poſſidet, in ſua poteſtate ſuoque arbitrio poſitam habet reip. adminiſtrationem, ex legum præſcripto remp. adminiſtrãt: habent. n. vnde vitam tolerare queant opere ruſtico faciendo, neque tamen eis otioſis eſſe licet. Itaq; lege adhibita atque attenta, concionem, vbi poſtulat neceſſitas, aduocant, in eaq; de reb. neceſſariis deliberant. Aliis aũt ad reip. adminiſtrationem patet aditus, vbi cenſi fuerunt cenſum à legib. præſtitutũ. Quapropter iis omnib. qui rem habent,

habent, ad remp. gubernandam patet acceſſus. Omnino enim non omneis eſſe reip. adminiſtrationis participeis, oligarchiæ proprium eſt. Otiandi autem & ab opere vacandi licentia conſtare non poteſt, niſi vectigalia ſuppetant. Hoc igitur vnum democratiæ genus eſt propter has cauſas. Alterum eſt propter eam, quæ deinceps ſequitur, eligendorum magiſtratuum. fit enim, vt liceat omnibus, quos modo generis exceptio non repellat, ad remp. accedere: ſoli autem magiſtratum gerant, qui otiari poſſunt. Quocirca in tali democratia leges imperant, quia vectigal non ſuppetat. Tertium genus eſt, vbi licet omnibus, qui modo liberi ſint, ad rempub. adminiſtrandam accedere: ſed non adminiſtrant rempubl. propter eam cauſam, quæ ante dicta eſt. Quare etiam in hac legem imperare neceſſe eſt. Quartum democratiæ genus eſt ea, quæ poſtrema omnium in ciuitatibus nata eſt. Nam propterea quod ciuitates omnes multo maiores factæ ſunt, quam erant ab initio, & quia vectigalium copia abundare cœperūt: patet quidem omnibus ad remp. adminiſtrādam aditus propter ingentem multitudinem. In ſocietatem autem & communionem reip. gerendæ recipiuntur, & rempubl. adminiſtrant etiam pauperes propterea quia otiari poſſunt, dū mercedem accipiunt. Et vero maxime otiatur talis multitudo. non enim eos impedit rei familiaris procuratio: at diuiteis impedit. Quare ſæpenumero neq; in conciones cum reliquo populo conueniunt, neq; iudicandi munere cōmuniter cum aliis ciuibus funguntur: ex quo in multitudinis

gen-

gentium poteſtatem reip. adminiſtratio redigitur, non in legum Democratiæ, igitur tot & talia ſunt, propter has neceſſitates. Quod ad oligarchię aut genera attinet, vbi plures rem habent: ſed anguſtiorem neque admodum amplam, hoc primũ oligarchiæ genus eſt. faciunt.n poteſtatem reip. adminiſtrandæ ei, qui rem habeat. Et propterea quod multi ſunt reip. adminiſtrationis participes, neceſſe eſt non penes homines, ſed penes legem, reip. ſummam eſſe poteſtatem. Quãto enim longius abſint à monarchia, neq; tantas facultates habeant rei familiaris, vt omni cura ſoluti ceſſare atque otiari poſſint: neq; rurſum ita tenues & anguſtas, vt eos alere debeat ciuitas: neceſſe eſt eis æquum videri, legem imperare, non ipſos. Quod ſi ſint pauciores, qui rem habeant, quam qui prius dicti ſunt, ſed ampliorem habeant, ſecundum fit oligarchiæ genus. Nam qui plus valent, ſuperiora omnia habere volunt. Quapropter ex aliis ciuibus magiſtratus legendos curant, qui eandem reip. adminiſtrandæ viam ſequantur. Propterea autem quod nondum ita opibus valent, vt ſine lege imperare poſſint, talem legem ferunt. Quod ſi magis etiam ſuam potentiam intendant, eo quod cum ſint pauciores, ampliores rei familiaris copias habeant, tertium oligarchię fit incrementum, in quo per ſe quidem magiſtratus obtinẽt, ſed ex lege tamen, quę iubet magiſtratuum filios in patrum demortuorum locum ſuccedere. Vbi vere iam & rei familiaris copiis, & amicorum multitudine ſupra modum aucti fuerint: ad monarchiam talis potentatus prope accedit: & tum penes homines,

non

Digitized by Google

non penes legem ciuitatis & ſummæ rei poteſtas eſt. Atque hoc eſt quartum oligarchiæ genus, quod vltimo democratiæ generi altera ex parte reſpondet.

7. *Reliquas adminiſtrandæ reip. formas præter democratiam & oligarchiam exponit.*

PRÆTEREA vero præter democratiam & oligarchiam duæ ſunt reip. adminiſtrandæ formæ: quarum alteram omnes commemorant, & ex quatuor reipublicæ adminiſtrandæ formis hæc quarta numeratur, vnumque genus eſt. Quatuor porro numerant, monarchiam, oligarchiam, democratiam, & quartam, eam, quæ ariſtocratia nominatur. Quinta autem eſt ea, quæ communi omnium nomine appellatur. Politiam enim appellant. Sed quia non ſæpe vſurpatur, ignoratur ab iis, qui reipublicæ adminiſtrationum formas aut genera numerare conantur: & quatuor duntaxat numerant, quemadmodum Plato in libris de republ. Ariſtocratia igitur merito appellatur ea, de qua ſupra diſputauimus. Ea.n. reipublicæ adminiſtrandæ forma, quæ conſtat ex optimis viris ſimpliciter & ex virtute, non ad aliquem ſibi propoſitum finē bonis, ſola appellanda ariſtocratia eſt, In hac ſola enim ſimpliciter idem eſt vir bonus, & bonus ciuis. Atqui in aliis boni ſunt, hi ſpectata eorum ipſorum reip. forma boni ſunt. Veruntamen nonnullæ ſunt reip. adminiſtrandæ formæ, quæ & à ciuitatibus paucorum imperio parentibus differunt, & ab ea quæ communi nomine appellatur politia: atq; hæ ariſtocratiæ nominantur. Vbi enim magiſtratus leguntur & creantur,

habita

Digitized by Google

habita non ſolum diuitiarum, verum etiam virtutis ratione: hæc reip. adminiſtrãdæ forma & à duabus illis differt, & ariſtocratica appellatur. Nam & in eis ciuitatibus, in quibus non eſt publica virtutis cura, ſunt tamen aliqui, de quibus bene exiſtimant reliqui ciues, & qui habentur viri boni. Vbi igitur reip. adminiſtrandæ ratio ſpectat & ad diuitias, & ad virtutem, & ad populum, vt Carthagine: hæc optimatium potentiæ, ſeu ariſtocratiæ conuenit: etiam eæ, quæ ad duo tantum, virtutem & populum, vt Lacedæmoniorum ciuitatis adminiſtrandæ ratio. horum enim duorum Lacedæmone confuſio eſt, democratiæ & virtutis. Ariſtocratiæ igitur præter illam primam optimam reip. adminiſtrandæ formam, hæc duo genera ſunt. In tertio genere locandæ ſunt quæcunque ab ea reip. adminiſtrandæ forma, quæ politia nominatur, deflectentes ad oligarchiam magis propendent.

8. *De ea quæ vulgo Politia vocatur.*

RELIQVVM nobis eſt de ea, quæ politia vulgo nominatur, diſſerere, & de tyrannide. Hoc autem ordine politiam poſuimus, quia tametſi neque hæc videatur declinatio, ſeu degreſſio à recta rep. neque eæ, quæ paulo ante expoſitæ ſunt, ariſtocratiæ: tamen, ſi verum fateri volumus, oẽs deerrarunt à rectiſſima reip. forma. Præterea cum his numerantur, & eæ ſunt earum degreſſiones, quemadmodum initio diximus. Ad extremũ autem vt de tyrannide mentionem faciamus, ratio poſtulat, propterea quod, quamuis hæc minime omnium ſit reip. adminiſtrandæ forma, à nobis tamen

men ſuſcepta ſit ciuitatis adminiſtrãdæ inſtitutio. Quamobrẽ igitur talem ordinem ſequuti ſimus, dictum eſt. Nunc autem quæ ad politiã pertinent demonſtranda ſunt. Explicatis enim ac diſtinctis his, quæ ad oligarchiam & democratiam pertinẽt, planior & apertior vis ejus futura eſt. Politia .n. vt ſimpliciter dicam, cinnus quidam ex oligarchia & democratia eſt. Solent autem eas, quæ ad democratiam magis inclinant, politias appellare: quæ vero ad oligarchiã, ariſtocratias potius, quia doctrina & generis amplitudo magis comitatur locupletiores. Præterea vero eas res locupletes videntur habere, à quibus homines ad iniuriam alteri inferendam impelluntur. Ex quo hos, viros bonos atq; honeſtos & claros homines appellãt. Quoniam igitur hoc ariſtocratiæ proprium eſt, vt ciuium optimis egregia & ſumma omnia tribuat, iccirco & oligarchias ex viris bonis atque honeſtis conſtare dicunt. Videtur autem vnum quiddam eſſe ex iis, quæ fieri non poſſunt, ciuitatem, quę ab optimatibus teneatur & gubernetur, quaſi ab improbis regatur, bonis legibus non vti, neque bonis legibus parere: itemque eam, quæ neque bonis legibus pareat, neque bonis legibus vtatur, ab optimatibus teneri & gubernari. Non eſt porro bonarum legum vſus, leges quidem eſſe bene ſcriptas & poſitas: ſed legibus bene ſcriptis ac poſitis non parere. Quocirca vnus quidem bonarum legum vſus exiſtimandus eſt, poſitis legibus parere: alter vero, bene ſcriptas eſſe eas leges, quas ſeruant, & in quibus permanent ac perſeuerant. Nihil obſtat enim, quominus etiam

iam legibus male latis pareant. hoc autem duobus modis contingere poteſt. parent enim legib. aut omnium, quas talis reip. adminiſtrandæ forma capere ac ferre poteſt, optimis, ac ſimpliciter optimis. Videtur porro ariſtocratia quidem illa eſſe maxime, vbi honores ex virtute deferuntur. Ariſtocratiæ enim terminus ac finis eſt honos: oligarchiæ, diuitiæ: populi ſeu democratiæ, libertas. Id autem valere & ratum eſſe, quod pluribus probetur, hoc in omnibus reipub. adminiſtrandæ formis ineſt. Etenim in oligarchia, & in ariſtocratia, & in ciuitatibus popularibus ac liberis, quod viſum fuerit maiori parti eorum, qui reip. adminiſtrationis ſunt participes, hoc ratum eſt. In plurimis igitur ciuitatibus reip. adminiſtrandæ forma, politia generis nomine appellatur. Cõfuſio enim & permiſtio ex locupletibus & pauperibus diuitias & libertatem, tanquam ſignum propoſitum, intuetur tantum. Nam fere apud pleroſque virorum bonorum atque honeſtorum locum videntur obtinere locupletes. Quoniam autẽ tria ſunt, quæ de reip. adminiſtrationis æqualitate ambigũt & contendunt, libertas, diuitiæ, virtus (quartum enim, quod εὐγένειαν Græci, nobilitatem, ſeu generis bonitatem ac præſtantiam appellant Latini, comitatur duobus. nam generis ſplendor & præſtantia, ſeu nobilitas, nihil aliud eſt, quam diuitiæ antiquæ & virtus) perſpicuum eſt ciuium, ſeu permiſtionem locupletium & pauperum, politiam dici debere: temperationem autem ex tribus, ariſtocratiam maxime ex aliis eſſe appellandam: pręter illam veram & primam. Eſſe igitur alia reip. ad-

adminiſtrationis genera præter monarchiam, & democratiam,& oligarchiam,dictum eſt, tũ qualia hæc ſint,& quid inter ſe differant ariſtocratiæ, & quid politia ab ariſtocratia, & non lõge admodum has inter ſe diſtare,perſpicuum eſt.

9. Quonam modo fiat ea quæ politia nominatur, & quomodo eam conſtituere oporteat.

QVONIAM autem modo præter democratiam & oligarchiam fiat ea, quæ politia nominatur, & quomodo eam inſtituere oporteat, deinceps poſtea, quæ ante dicta ſunt, exponamus. Simul autem planum fiet, quib. rebus definiantur democratia & oligarchia. harum enim primum ſumenda partitio eſt: deinde ex his ab vtraque veluti inſigne accipienteis componere oportebit. Sunt autem tres compoſitionis & permixtionis termini. Nam vel ambo illa ſumenda ſunt, quæ vtraque reip. forma lege lata inſtituit: ver. gr. de rebus iudicandis. In oligarchiis enim multam locupletib. irrogant, niſi iudicãdi munus obeant: pauperib. nullam mercedem cõſtituunt. At in democratiis, pauperibus quidem mercedem decernũt, locupletibus vero nullam multam irrogant. Cõmune autem & medium horum eſt, hoc vtrunque iunctum: quapropter & ciuile. Ex ambobus enim temperatum & permiſtum eſt. Vnus igitur hic eſt copulandi & coniugandi modus. Alter vt medium ſumatur eorum, quæ vterque populus inſtituit ac decernit: verbi gratia, habet hoc inſtitutum alter, vt ad concionem pateat aditus ciuibus aut nullius cenſus, aut perquam exigui atque anguſti: alter, vt iis ſolis, qui magnum habent cen-

ſum. Commune eſt autem, neq; hoc, neq; illud, ſed quod medium eſt inter vtrumq; horum cenſuum. Tertius eſt, vt ex duobus duarũ reip. adminiſtrationum inſtitutis, fiat vna reip. adminiſtrandę forma. nempe partim ex lege oligarchica, partim ex democratica verbi gratia, videtur democratiæ eſſe proprium magiſtratus ſortito capi: electione vero creari, oligarchiæ conuenire: & democratiæ proprium eſt, non ex cenſu magiſtratus mandari: oligarchię ex cenſu. Ariſtocratiæ igitur eſt proprium, & politicum ex vtraq; reip. adminiſtrandæ forma vtrumq; ſumere: ex oligarchia, vt magiſtratus ex electione deferantur: ex democratia, vt ne ex cenſu. Permiſtionis igitur modus hic eſt. Certus autem bene permiſtæ democratiæ & oligarchiæ finis ac terminus erit, vbi licebit eandem reip. adminiſtrandæ formam, democratiam & oligarchiam appellare. Perſpicuum .n. eſt, iis, qui ita loquũtur, id ex eo accidere, quod bene ſint permiſtæ. Idem porro & medio accidit. In eo .n. vtrumq; extremorum apparet atq; elucet: quod euenit in Lacedæmoniorum reip. adminiſtrandæ forma. Multi enim eam eſſe democratiam dicere conantur, propterea quia huius reip. ordinatio multa habeat democratiæ propria: verbi grat. primum id, quod ad puerorum educationem pertinet. ſimiliter .n. aluntur diuitum liberi, atq; pauperum filii: & eodem modo inſtituuntur quomodo & pauperum filii erudiri poſſint. Similis vero ratio etiã in proxima ætate adhibetur: & cum robuſtiore corpore fuerint, atque ad ætatem virilem peruenerint, eadem. nulla enim re illuſtrior aut inſignior eſt di-

ues,

ues, quam pauper. Ita quę ad victum pertinent eadem ſunt omnibus in conuiuiis illis, quæ ſyſſitia apud eos nominantur. denique tali veſte vtuntur diuites, qualem quiuis ex pauperibus quiſquis ſit, parare queat. Deinde propterea quod ex duobus maximis imperiis alterum quidem populus optat & legit: alterius vero eſt particeps. Nam ſenatores à populo leguntur: ephoriam ſeu ephoratum, qui erat quaſi tribunatus plebis Romæ, populo licet obtinere. Nonnulli oligarchiam eſſe volunt, propterea quod multa habeat oligarchiæ propria: verbi grat. magiſtratus omneis ex electione mandari, nullum ſortito obuenire: & penes paucos eſſe necis & exſilii poteſtatem, & alia multa huiuſmodi. Oportet autem in reip. adminiſtrandæ forma bene permiſta beneque temperata, vtrumque videri ineſſe, & neutrum: tum eam per ſe & ſuis viribus ſeruari, non extrinſecus: & per ſe ſeruari, non quod plures ſint extra, qui eam ſaluam eſſe velint (hoc enim etiā malæ reipub. adminiſtrandæ formę ſuppetat) ſed eo quod nulla prorſus pars ciuitatis vllam aliam reip. adminiſtrandæ formam velit. Quoniam igitur modo politia ſit conſtituenda itemque eæ quæ ariſtocratiæ nominantur, nunc expoſitum eſt.

10. *De tyrannide.*

De tyrannide autem nobis reliquum erat dicere, non quod longus de ea ſermo habendus ſit, ſed vt ſuam huius inſtitutionis partem conſequatur, quoniam etiam hanc in reipubl. adminiſtrandæ formis numeramus. De regno igitur

tur in libris ſuperioribus explicuimus, in quibus de eo, quod maxime regnum dicitur, commendabamur, cum quærebamus vtrum ſit inutile, an expediat ciuitatibus: & quem regẽ, & vnde, & quomodo conſtituere oporteat. Tyrannidem porro, quo loco de regno diſputabamus, in duas parteis diuiſimus, propterea quod vtriuſque harum vis ac poteſtas ſimilitudinem quandam habet cum regno: idque quia hoc vtrumque imperium legi eſt conſentaneum. Nam & apud nonnullas barbarorum nationes, principes, penes quos ſolos ſumma ſit omnium rerum poteſtas, eliguntur: & olim apud priſcos Græcos fiebant hoc modo quidã principes, ſoli imperium obtinentes, quos æſymnetas appellabant. Differunt autem hæc imperia nonnihil inter ſe. ac propterea quidem, quod lege vigebant ac valebant, & quia ſoli volentibus imperabant, erant regia: ſed propterea quod dominorum in morem imperabant arbitratu ſuo, tyrannica. Tertium autem tyrannidis genus eſt id, quod maxime tyrannis videtur eſſe, cum ex altera parte regno reſpondeat. Talem autem monarchiam tyrannidem eſſe neceſſe eſt, quæ cum referendarum rationum iudicio non teneatur, imperium exercet in ſimileis, eoſque omneis meliores, ad ſuam ipſius vtilitatem omnia referens, non ad eorum, qui parent imperio. Quapropter inuitis imperat. nemo enim liber & ingenuus tale imperium æquo animo ferre poteſt. Tyrannidis igitur hæc & tot genera ſunt, propter eas, quas diximus, cauſas.

11. *Quæ-*

11. *Quænam ſit optima reip. adminiſtrandæ forma.*

SED quænam eſt optima reipub. adminiſtrandæ forma, & quænam pleriſque ciuitatibus & pleriſq; honoribus vita optima apud eos, qui neque cum virtute captum idiotarum ſuperante, neque cum doctrina & naturæ bonitatem & adiumentum fortunæ deſiderante, neque cum reip. adminiſtrandæ forma optanda magis, quam ad vſurpãdum facili: ſed cum vita ad communicandum expedita pleriſque, & cum ea reip. adminiſtrandæ forma, cuius bona pars ciuitatum poſſit eſſe particeps, hæc conferre velint: Etenim quas ariſtocratias appellant, de quib. nunc diximus, partim à pleriſq; ciuitatib. ſunt remotiores: partim ei, quæ politia nominatur, finitimæ ſunt. Quocirca de ambobus, vt de vna, dicendum eſt. Iudicium autem de his omnibus ex iiſdem elementis pendet. Nam ſi recte dictum eſt in libris de Moribus, vitam beatam eſſe, quæ virtuti congruit non impeditæ, virtutem autem, mediocritatem: vita media optima ſit neceſſe eſt, ex ea, quam quiſque conſequi poteſt, mediocritate. Atq; his eiſdem finibus & ciuitatis & reip. adminiſtrationis virtutem ac vitium terminari neceſſe eſt: Reip. enim adminiſtratio, vita quædam ciuitatis eſt. In omnibus igitur vrbibus tres ſunt partes ciuitatis: alii valde copioſi & locupletes; alii egentiſſimi ac tenuiſſimi; tertii inter hos medii. Itaque quoniam conuenit inter omneis id, quod eſt mediocre, & medium, eſſe optimum perſpicuum etiam eſt, rerum ſecũdarum poſſeſſionem mediam, omnium eſſe optimam. facillime. n. adduci poteſt, vt rationi obtem-

peret. Atqui pulchritudinis, aut virium corporis, aut nobilitatis, aut diuitiarum modum ſuperat: aut contra qui ſupra modum pauper, aut ſupra modum infirmus, aut ſupra modum inhonoratus eſt, difficile eſt eum rationi obſequi. Fiunt enim illi quidem petulantes atque contumelioſi inſigniте magniſq; in facinoribus improbi: hi vero malitioſi ac fraudulenti, & leuibus in factis mali. At iniuriarum aliæ naſcuntur ex contumelia ac petulantia: aliæ ex calliditate & malitia. Præterea hi minime magiſtratus amant, minimeque magiſtratibus conſulunt. Atqui hoc vtrumq; ciuitatibus eſt peſtiferum. Præterea qui rebus ſecundis, & viribus corporis, & diuitiis, & amicis, & aliis huiuſmodi rebus excellunt, imperium ferre neque volunt neque ſciunt. Atque hoc malum dominatum ſtatim a pueris habent. Nam propter luxuriam & delicias, ne in ludis diſcendi quidem imperio parere conſueuerunt. Atqui ſupra modum harum rerum penuria atque inopia conflictantur, nimis ſunt humiles atq; abiecti. Itaque hi imperare quidem neſciunt, ſed imperium ſeruile ſubire ſciunt: illi nulli quidem imperio parere didicerunt, ſed ita imperare ſciunt, quomodo domini ſeruis imperant. Fit igitur ſeruorum & dominorum ciuitas, non liberorum: & hominum partim inuidentium, partim contemnentium, quæ ab amicitia & ſocietate, communioneque ciuili diſtant plurimum. ſocietas enim & communio ad amicitiam pertinent. nam neque cum inimicis ſocietatem itineris inire volumus. Ea autem natura ciuitatis eſt, vt ex paribus & ſimilibus quam maxime fieri

poſſit,

poſſit, conſtare debeat. hoc autem mediis ſuppetit maxime. Quare neceſſe eſt hanc ciuitatem optime gubernari atq; adminiſtrari, quæ ex iis partibus conſtet, ex quibus conflatam conſtitutionem ciuitatis dicimus eſſe optimam natura, & vero ex ciuib. hi in ciuitatib. ſalui ſunt maxime. Nam neque ii, vt pauperes, aliena appetunt: neque rem horum familiarem, vt rem diuitum pauperes concupiſcunt: & quia neque inſidiis cuniculiſque oppugnantur, neque aliis inſidiantur, ab omni periculo tuti viuunt. itaque præclare optauit Phocylides;

Eſſe volo ciuis medius. namque optima multa
Sunt medijs.

Perſpicuum igitur eſt, ſocietatem ciuilem illam eſſe optimam, quæ ex mediis conſtat: taleiſq; ciuitates bene adminiſtrari licere, in quibus media pars, multa eſt, & pius poteſt maxime quidem, quam ambæ: ſecundo loco vero, quam alterutra. Accreſcens enim, aliquid momenti affert, inclinationemq; quandam facit, & obſtat ne accidant contrariæ exſuperantiæ. Quapropter ſummæ felicitatis eſt, eos, qui in ciuitatis adminiſtratione verſantur, rem familiarem & mediocrem, & iuſtam habere. Nam vbi alii valde multam & amplam habent, alii nullam: aut democratia fit postrema & deterrima, aut mera oligarchia, aut tyrãnis, propter vtramq; excellentiam atq; exſuperantiam. nam ex democratia valentiſſima & acerrima, & ex oligarchia naſcitur tyrannis: ex mediis vero & affinibus multo minus. cuius rei causã poſterius in diſputationibus de reip. adminiſtrationum mutationib. & conuerſionibus. exponemus.

Digitized by Google

Mediam autem reip. adminiſtrandæ formam eſſe optimam, perſpicuum eſt, ſola enim ſeditionibus non eſt infecta. vbi enim late patet id quod interiectum medium eſt, minime ſeditiones oriuntur, minimeq; diuellitur rerumpublicarum coniunctio. Atque ob eandem cauſam magnæ ciuitates minus ſunt ſeditionibus opportunæ, nempe quia idquod medium eſt, late patet. In paruis vero cum facile ſit ciueis omnes, ita in duas parteis dirimere, vt nihil relinquatur medium: tum omnes fere aut egentes ſunt, ac locupletes. Præterea democratiæ oligarchiis ſunt à ruinæ periculo munitiores, & ad diturnitatem ſtabiliores, propter medios. Nam & plures ſunt, & honorum ſunt participes in democratiis magis, quam in oligarchiis. Cum enim ſine his egentes ac tenues multitudine ſuperant, male rem ſuam gerit ciuitas, & in peſſimum locum deducti ciues cito intereunt. Argumento autem huic rei eſſe exiſtimare oportet, quod optimi latores legum de mediocrium ciuium grege fuerunt. Nã & Solon ex hoc numero erat, vt declarat ipſius poeſis, & Lycurgus (non enim rex erat) & Charondas, & fere plerique alii. Perſpicuum autem etiam ex his eſt, quamobrem plurimæ reipublicæ adminiſtrandæ formæ aliæ ſint democatiæ, aliæ oligarchicæ. Propterea enim quod in his ſæpenumero quod medium eſt, exiguum eſt, ſemper vtricunque excellant, ſiue locupletes ſiue plebecula: qui medium locum exſuperant, hi reip. adminiſtrationem vna ſecum trahunt. Itaque aut fit democratia, aut oligargia. Propterea vero quia ſeditiones & contentiones inter plebem & locupletes exiſtunt

exſiſtunt, vtriſcunque acciderit, vt aduerſariis ſuperiores euadant, ii non communem reip. adminiſtrandæ formam conſtituunt, neq; æqualem: ſed exſuperantiam prioris reipub. adminiſtrationis, tanquam victoriæ præmium accipiunt: & hi quidem democratiam, illi oligarchiam efficiunt. Præterea vero & eorum, qui principatum Græciæ obtinuerunt, vtrique ad reip. adminiſtrandæ formam, quæ apud ſe vigebat, intuentes: alteri democratias in ciuitatibus conſtituerunt, alteri oligarchias, non vtilitatem ciuium ſpectãtes, ſed ſuam ipſorum: ita vt propter has cauſas, aut nunquã media reip. forma exiſtat, aut raro, & apud paucos. Vnus vir enim ſolus ex iis, qui antea principatum in Græcia tenuerunt, adductus eſt, vt hanc reipub. adminiſtrandæ deſcriptionem inſtitueret. Nunc autem apud eos qui in ciuitatibus verſantur: hæc conſuetudo ſerpere cœpit, vt nolint æqualitatem: ſed aut imperare ſtudeant, aut victi æquo animo onus imperii ſubeant ac perferant. Quæ ſit igitur optimæ reipub. adminiſtrandæ forma, & propter quam cauſam, ex his intelligere licet. Aliarum autem reip. adminiſtrandę formarum, quoniam plureis democratias, plureisque oligarchias eſſe dicimus: quæ prima ſit locãda, quæ ſecunda, & quæ ad eundem modum deinceps proxima: quia alia ſit melior, alia deterior, cum ea, quæ optima eſt, diſtincta ac definita ſit, non eſt difficile intelligere. Oportet enim neceſſario eam eſſe meliorem, quę ad hanc proxime accedit: deteriorem eam, quæ à medio remotiſſima eſt, niſi quis in iudicio faciẽdo finem ciuitati propoſitum intueatur. Dico autem

ciuitati propoſitum,quia ſæpenumero, quamuis ſit alia reip. adminiſtrandæ forma optabilior & præſtabilior: nihil obſtat tamen, quominus aliquibus magis expediat, aliam eſſe apud eos reip. adminiſtrationem.

12. *Quæ reip. adminiſtrandæ forma quibus, & qualis qualibus expediat.*

QVÆ autem reip. adminiſtrandæ forma, quibus & qualis,& qualib. expediat,cõſequens eſt deinceps iis quæ dicta ſunt exponere. Primum igitur quod idem vniuerſe de omnibus vere dicitur,ſumendum eſt. Oportet enim plus valere eam partem ciuitatis, quæ vult reipub. adminiſtrandæ formam manere, quam quæ non vult. Conſtat autem ciuitas omnis ex quali ſeu qualitate,& quãto ſeu quãtitate. Quale dico libertatem, diuitias, diſciplinam, generis ſplẽdorem ſeu nobilitatem: quantum, multitudinis exſuperantiam. Contingere autem poteſt, vt earum partium,ex quib. cõſtat ciuitas, parti alteri adiunctum ſit quale: alteri quantum: verb.grat. vt plures numero ſint homines obſcuro & humili loco nati, quam generoſi; aut plures egentes, quam locupletes: non tam ſuperent quanto tamen,quẽ ſuperentur quali. Quapropter hæc ſunt inter ſe comparanda. Vbi igitur egentium multitudo alteram partem ſuperat ea proportione,quam diximus.hic democratia oriri ſolet natura. Nam ſi quidem agricolæ numero ſuperent,fit agricolarum democratia: & vnũquodque genus democratiæ pro cuiuſque populi exſuperantia.verbi gratia,ſi agricolarum ſuperet multitudo,

titudo, prima exiſtit democrat. ſin artificum ſordidorũ & mercenariorũ, poſtrema: ſimiliter quę aliæ inter has interiectæ. Vbi vero locupletium & nobiliũ multitudo magis ſuppetat quali, quã ſuperatur quanto, hic naſcitur oligarchia: & eodem modo vnũquodq; oligarchiæ genus, pro exſuperantia multitudinis oligarchiæ cõueniẽtis. Oportet porro latorẽ legis ſemp in reip. adminiſtratione medios aſſumere. Nã ſiue leges oligarchiæ cõuenienteis ferat, ad medios leges dirigere debet: ſiue democratię congruenteis, hi legib. adiungẽdi ſunt. Vbi vero mediorum multitudo ſuperat aut vtroſq; extremos, aut alterutrum tantum: hic fieri poteſt, vt reip. adminiſtrandæ forma ſit firma & ſtabilis. Non eſt enim metuendum, ne vnquam diuites cum pauperib. in hos conſentiant & conſpirent, nam nunquam alteri alteris ſeruire volẽt. Quod ſi communiorem reip. adminiſtrationem quærant, nullam aliam reperient hac communiorem. Nam viciſſim præeſſe atq; imperare non facile inducant animum propter diffidentiam, quæ inter eos intercedit. Vbique gentium autem arbiter honorarius, fidiſſimus eſt: at medius, arbiter honorarius eſt. Quanto autem melius reip. adminiſtratio miſta & tẽperata fuerit, tanto firmior & diuturnior eſt. Vehementer autem errant multi ẽt ex iis, qui reip. adminiſtrandæ formas ariſtocraticas efficere volunt: non eo ſolum, quod plus tribuant locupletibus, quam oporteat, verum etiam quod fallaciter populi vireis frangant atque eneruent. Neceſſe enim eſt, temporis progreſſu aliquando ex falſis bonis naſci verum malum. Nam

immo-

immoderatæ atque iniuſtæ diuitum opes reipubl. adminiſtrationem perdunt potius, quam populi.

13. *Callida legum ferendarum artificia ad oligarchiam accommodata, & quæ his opponuntur in democratijs machinæ. Anacephalæoſis eorum quæ docuit ab initio fere libri huius.*

QVINQVE autem res numero ſunt, quas in reipubl. adminiſtrationibus per ſpeciem quandam honeſtam callide excogitant in populum: eæque verſantur in concione, in magiſtratibus, in iudicijs, in armandis ciuibus, in exercendis. In concionibus quidem, licere ciuibus in concione deliberandi cauſa intereſſe: multam autem eſſe conſtitutam in locupleteis, ſi non interfuerint in concione: eamque aut in ſolos locupleteis, aut multo maiorem. In magiſtratibus, non licere iis qui cenſum habeant, eiurare magiſtratum: egentibus & tenuibus licere. In iudicijs, multã eſſe conſtitutam in locupleteis, niſi iudicandi munere fungantur: egentibus licere impune rebus iudicãdis non præeſſe: aut in illos quidem grauem multam eſſe conſtitutam, in hos leuem: quemadmodum in Charondæ legibus. Alicubi aũt licet quidem omnibus, qui modo profeſſi fuerint, & nomen ſuum in tabulis publicis præſcribẽdum dederint, in concione conſultandi gratia intereſſe, & res iudicare. Quod ſi poſteaquam profeſſi fuerint; neq; in concionem veniant, neq; iudicandi munus obeant: magnæ ſunt his pœnæ irrogatæ, vt propter irrogationem, profeſſionem, nominiſque ſcriptionem fugiant: propterea autem quod nomen perſcribendum non dederint, iudicandi

munus

munus non obeant, neq; in concione deliberandi cauſa interſint. Eodem modo & de armis domi habendis, & corporibus exercendis lege lata, conſtituunt. Egentibus enim licet arma non habere: locupletes vero ſi non habeant, pecũnia multantur: & illis licet impune corpus non exercere; his, ſi corpus non exerceant, multa irrogata eſt, vt hi quidem propter multam corpori exercendo dent operam, illi propter impunitatem corporis exercitationem negligant. Hæc igitur ſunt callida legum ferendarum artificia, ad oligarchiam accommodata: in democratiis vero alias machinas excogitant, quas his opponãt. Egentibus enim mercedem præbent in concionem deliberandi cauſa euntibus, & iudicandi munus obeuntibus: locupletibus vtrumq; munus defugientibus nullam multam irrogant. Itaq; perſpicuum eſt, ſi quis vult iuſte permiſcere, quæ ſunt apud vtroſque, in vnum eſſe conducenda: & illis quidem mercedem eſſe præbẽdam, his vero multam irrogandam. Sic enim omnes reipublicę adminiſtrationis fuerint participes: illo modo autẽ alterorum tantum reip. adminiſtratio eſt. Oportet autem reip. adminiſtrandæ formam ex his ſane conſtare tantum, qui habent arma, cenſus vero magnitudinem non licet ſimpliciter definiendo edicere tantam ſuppetere debere. ſed conſiderato qualis & quantus ampliſſimus quadret ad id, vt ij qui reip. adminiſtrandæ participes, plures ſint iis, qui non ſunt participes, tantum præfinire ac præſcribere oportet. Pauperes enim etiam ſi honorum non ſint participes, otiari & quieſcere non nolunt: modo ne quis eos contumelioſe vexet

que,

neque de re familiari quicquam detrahat.ſed hoc facile non eſt. Non enim ſemper contingit, vt ſint ij humanitate politi, qui reip. adminiſtrationis sūt participes. Et pauperes, vbi bellum ortum fuerit, ſolent eſſe tardiores: niſi alātur, etſi domi egeant. Quod ſi quis victum ſuppeditet, militiam nō detrectant. Conſtat autem reipublicæ adminiſtrandæ forma apud nonnullos non ſolum ex iis peditibus, qui arma gerunt: verum etiam ex iis qui geſſerunt. Apud Malienſes autem reipublicæ quidem adminiſtrandæ forma ex his cōſtabat: magiſtratus vero ex iis, q militabāt, legebātur. Ac primę ſane reip. adminiſtādæ forma apud Græcos, poſtea quam regibus vti deſierunt, ex iis, qui arma ferebant, fuit: principio quidem ex equitibus. robur enim & nerui exercitus, & belli præſtantia in equitatu conſiſtebat. Nam ſine arte inſtruendi diſponendique exercitus, peditatus grauioris armaturæ inutilis eſt. At talium rerum vſus & ordinis diſciplina non erat apud veteres ita, vt in equitatu firmamentum & robur belli collocarent: creſcentibus autem ciuitatibus, auctiſque eorum, qui arma tractabant, viribus, cum pluribus reipublicæ adminiſtratio communicata eſt. Quapropter quas nunc politias appellamus, maiores noſtri democratias nominabant. Erant autem veteres reip. adminiſtrandæ formæ non temere oligarchiæ & regiæ. Nam propter hominum paucitatem, ciuitatumque infrequentiam non admodum multos habebant, qui medii eſſent. Itaque cum & numero pauci eſſent, & ordinis deſcriptione, magis imperium præferebant. Quam ob cau-

cauſam igitur reipublicæ adminiſtrandæ formæ ſint plures, & quamobrem præter eas, quæ commemoratæ ſunt aliæ (nam & democratia vna numero non eſt, & de aliis item ſentiendum) præterea vero quid inter ſe differant, & quam ob cauſam hoc eueniat: & præter hæc, quæ ſit optima reipublicæ adminiſtrandæ forma, vt dicamus de eo, quod plerunque fit: & aliam reipublicæ adminiſtrandæ formarum qualis qualibus conueniat, expoſitum à nobis eſt.

15. *Reipublica tres partes legum latori diligenter conſideranda: & de earum prima.*

RVRSVS autem & communiter de omnibus, & ſeparatim ſingulatimq; de vnaquaq; & de iis quę deinceps ſequuntur, dicamus, eorum principio apto & conuenienti ſumto: Omnium igitur reipub. adminiſtrandæ formarum tres particulæ ſunt, quarum quid cuiq; expediat, bonũ ſcriptorem legum diligenter attendere & conſiderare oportet. quib. particulis bene affectis, reip. adminiſtrandæ formam bene affectam eſſe, & pro vniuſcuiuſque harum partium differẽtia, reip. adminiſtrandæ formas inter ſe differre neceſſe eſt. Harum aũt partium vna quædam eſt, quæ de rep. cõſultat; altera, quæ in magiſtratib. verſatur, hoc eſt, quos magiſtratus eſſe, & quarum rerum poteſtatem eos habere, & qualem eorum electionem eſſe oporteat; tertia ad iudices pertinet. Summam autem poteſtatẽ habet ea pars, quæ de bello & pace, & de ſocietate, & de fœderibus, & de morte & exſilio, & publicatione bonorum, & de

& de rationibus referendis conſultat. Neceſſe eſt autem, vel ciuibus omnibus hæc iudicia eſſe tradita, vel nonnullis omnia (verbi gratia) vni cuidam magiſtratui, aut pluribus, vel aliis alia: vel nōnulla eorum omnib. nonnulla vero nonnullis. Omneis de omnibus rebus ſtatuere, populare eſt. talem enim æqualitatem requirit populus. Sunt autem modi, quibus omnes de rebus omnibus ſtatuant, complures: vnus, vt ſinguli viciſſim, non omnes ſimul deliberent & ſtatuant: quemadmodum fit in reip. adminiſtrandæ forma à Telecle Mileſio inſtituta? (& vero in aliis etiam reip. adminiſtrandæ formis conſultant magiſtratuum collegia congreſſa & in vnum coacta: magiſtratus autem obtinent omnes viciſſim ciues ex tribubus & particulis ciuitatis, priſus minimis, donec ad omneis peruentum ſit) conueniant autē omnes ſolum & de legibus ferendis ac iubendis, & iis de rebus, quæ ad reip. adminiſtrationem pertinent: & vt ea audiant, quę à magiſtratibus edicuntur ac denuntiantur. Alius modus, vt omnes conferti & in vnū coacti ſtatuant: ſed conueniant tantum comitiorum diebus, & ad magiſtratus creandos ſeu legendos, & ad leges ſciſcendas ac iubendas: & cum de bello & pace agendum eſt, & ad rationes rerum in magiſtratu geſtarum repetendas: de cæteris autem magiſtratus, vt cuique negotio præpoſiti ſunt, ſiue lecti ex omnibus, ſiue ſortito capti deliberent. Alius modus, vt ciues ad magiſtratus creandos, & rationes à magiſtratib. repetendas conueniant & præſto ſint, & cum de bello ac ſocietate belli deliberaturi ſunt: cætera magiſtratibus tranſigantur

ſigantur atque adminiſtrentur: qui magiſtratus à populo ſint electi tot, quot eſſe debent. Tales autem ſunt ii, qui non niſi à ſcientibus & vſu peritis geri poſſunt. Quartus modus eſt, vt omnes de rebus omnibus congregati deliberent: magiſtratus vero nulla de re ſtatuant aut decernant: ſed tantum ſententiam ſuam acquirendi cauſa ante interponant, eamque ad populum poſtea referant: quomodo nunc vltima democratia gubernatur: quam & oligarchiæ potentatus eius (quem dynaſtiam nominant) imitatrici, & monarchiæ tyrannicæ proportione reſpondere dicimus. Hi igitur omnes modi ſunt democratici. Quoſdam vero de omnibus ſtatuere, oligarchiæ proprium eſt. habet porro etiam hoc differentias plureis. Cum enim ex mediocribus cenſibus & deliguntur magiſtratus, & ſunt plures propter cenſus mediocritatem, neque quicquam eorum, quæ vetat lex, mouent, ſed legem ſequuntur ducem: & ei, qui cenſum lege præfinitum habeat, licet ad remp. accedere: oligarchia hæc talis quidem eſt, ſi ciuilis, quia modum ſeruat. Cum vero non omnes conſilii publici ſunt participes, ſed eliguntur, & tamen ex lege imperant, vt & ſupra: id ad oligarchiam pertinet. At cum ij, penes quos eſt conſultandi poteſtas, ſe ipſi legunt & creant: cumque filius in locum patris ſuccedit, & cum leges ſibi ſubiungunt, non ſe legibus: hæc reip. ordinatio oligarchica ſit neceſſe eſt. Cum autem partitione & deſcriptione quædam facta, de nonnullis rebus ſtatuendi poteſtatem & ius habent nonnulli (ver. gr.) de bello & pace, & de rationibus repetendis omnes: de cæ-

teris rebus magiſtratus, hique electi aut ſortito facti: hæc quidem reip. adminiſtrandæ forma ariſtoc atia eſt. Sed ſi de aliquibus rebus ſtatuere poſſint magiſtratus electi, de aliquibus ſortito facti: & qui ſortito fiunt, vel ſimpliciter ſumantur ex omnibus, vel ex iis, qui ante meliores iudicati ſunt: vel communiter deligantur, & ſortito fiant: hęc reip. adminiſtratio partim ariſtocratia eſt, partim ipſa politia. Diſtinctum igitur ac diuiſum hoc modo eſt id, quod in ciuitate conſultationi præeſt, ſpectatis reipubl. adminiſtrandæ formis: & gubernatur vnaquæque reipubl. adminiſtrandæ forma, quemadmodum ſupra definitum atq; explicatum eſt. Conducit autem ad conſultandum ei democratiæ, quę maxime videtur nunc eſſe democratia (talem democratiam dico, in qua populus habet poteſtatem legum iubendarum & vetandarum) quod fit in oligarchiis de iudiciorum ratione, & id rectius facere (multam .n. in eos irrogant, quos iudicandi munere fungi volunt, vt iudicandi munere fungantur, at democratia tenuibus & egentibus mercedē decernit) & hoc idem in concionibus facere. Melius enim conſultabūt, ſi conſultent omnes communiter: multitudo quidem cum claris & nobilibus viris, hi vero cum multitudine. Expedit autem, eos qui conſultandi munus obibunt, aut ſuffragiis creari atque eligi, aut ſortito fieri æqualiter ex membris & particulis ciuitatis. Expedit porro illud quoque ſi ciues populares politicos ſeu ciuileis longe numero ſuperent: aut non omnib. mercedem dare, ſed tam multis quam multi cum multitudine nobilium commenſu quodam comparari queant, aut plu-
reis

reis ſortiendi iure poteſtateque priuare. In oligarchiis autem vtile eſt aut nonnullos ex multitudine ante alios ſumere, aliiſque anteferre, qui deliberent: aut curiam aliquam conſtituere talem, qualis eſt in quibuſdam reipublicæ adminiſtrandæ formis, quos probulos, id eſt, præconſultatores, & nomophylacas, id eſt, legum cuſtodes appellant: & de iis agere, de quibus hi ante conſultarint. Sic enim populus erit conſultandi conſors & particeps, neque quicquam eorum reſcindere poterit, quæ ad reip. adminiſtrationem pertinent. Præterea aut eadem decernere populum, aut nihil contrarium iis decernere, quæ ad eum referũtur: aut cum omnib. quidem conſilium communicare, ſed ſolis magiſtratibus conſultandi poteſtatem facere: contrariumque eius, quod fit in ciuilibus reipublicæ adminiſtrationibus, quas Græci politias appellant, faciendum eſt. Populi enim in abſoluendo rata debet eſſe auctoritas, in condemnando non debet eſſe rata: ſed prouocatio ſit ad eos magiſtratus, qui reipublicæ præſunt. Nam in ciuilibus reipublicę adminiſtrationibus faciunt ordine conuerſo. paucorum enim, ſi quidem abſoluerunt, rata eſt auctoritas: ſin condemnarunt, rata non eſt: ſed prouocatio ſemper eſt ad quamplurimos. De ea igitur ciuitatis parte, quæ conſultat, & de ea, penes quam eſt moderandæ atq; adminiſtrandæ ciuitatis auctoritas ac poteſtas, ita ſit à nobis explicatum.

15. Secundam reipublicæ partem, quæ eſt de magiſtratibus, explicat.

Digitized by Google

HIs autem proxime conſequens eſt magiſtratuum diſtincta atque explicata partitio. Inſunt enim in hac reipubl. adminiſtratione multæ differentiæ, quot magiſtratus eſſe debeant, & quarum rerum penes eos poteſtas eſſe debeat: & de tempore, quam diuturnum quemque eſſe oporteat: alii enim ſemeſtreis, alii breuiore temporis ſpatio circumſcriptos, alii annuos, alii diuturniores magiſtratus faciunt: & vtrum magiſtratus perpetuos eſſe oporteat, an diuturnos, an neutrum, ſed ſæpe eoſdem magiſtratus gerere: an non eundem bis magiſtratu fungi, ſed ſemel duntaxat. præterea, quod ad rationem cõſtituendorum magiſtratuum attinet, ex quibus fieri oporteat, & à quibus, & quomodo. Nam de his omnibus oportet primum diſtinguere atq; explicare poſſe, quot modis contingat, vt fieri poſſint: deinde videre quales magiſtratus qualibus reip. adminiſtrandæ formis ſint vtiles, & ſingulos ad ſingulas accommodare. Sed ne hoc quidẽ definire facile eſt, quales magiſtratus appellandi ſint: multis .n. præfectis ciuilis ſocietas eget. Quapropter non omnes ii ſunt in magiſtratibus numerandi, neq; qui ſuffragiis creantur ſiue eliguntur, neq; qui ſortito fiunt, vt primum ſacerdotes. hoc enim genus hominum aliud eſſe à ciuilibus magiſtratibus ſtatuendum eſt. deinde chororum duces ac magiſtri, & præcones eliguntur & legati. Sunt autem curationes aliæ ciuiles, & hæ vel omnium ciuium ad aliquam actionem: vt imperator iis omnibus, qui militant præeſt: vel partis ciuitatis, vt mulierum curator, aut puerorum: aliæ quaſi ad domum adminiſtran-

miniſtrandam,remque familiarem tuendam pertinentes,quas œconomicas appellant Græci (ſæpenumero enim frumenti menſores leguntur) aliæ in miniſterio conſiſtunt,quibus ſi copia ſuppetat,ſeruos præficiunt.Maxime igitur, vt ſimpliciter & generaliter dicam, magiſtratus hi dicendi ſunt,quibus de aliquibus rebus conſultandi,& iudicandi, & imperandi,& quidem huius rei maxime munus aſſignatum eſt. Imperare. n. magiſtratus proprium magis eſt, quam illa ſuperiora. Sed quibus nominibus hæc appellentur, nihil porpemodum refert ad vſus.nondum.n.eorum, qui de nomine ambigunt, controuerſi iudicio dirempta eſt: verum habet aliam aliquam occupationem mentis & cogitationis propriam. Quales autem magiſtratus, & quam multi ſunt neceſſarii ad id, vt ſit ciuitas:tum quales non neceſſarii quidẽ ſint, ſed vtiles ad bonam reip.adminiſtrandæ formam, magis dubitare poſſit aliquis, cum in omni reip. adminiſtrandæ forma, tum in paruis ciuitatibus. Nã in magnis fieri & poteſt & debet, vt vnus magiſtratus vni rei præpoſitus ſit.fieri.n.põt,vt multi ſe cõferant ad principatus & imperia, quia multi ſunt ciues:ita vt alios magiſtratus diu intermittere,alios ſemel gerere liceat.Tum pręſtat vnicuique rei & actioni curationem obtingere in vno negotio poſitám atque occupatam, quam multis diſtrictam. In paruis vero multos magiſtratus ad paucos homines conferre & contrahere neceſſe eſt.Nam propter hominum paucitatem & penuriam non eſt facile multos in magiſtratibus eſſe. Qui erunt enim ii,qui his rurſum ſucceſſuri ſunt? Egẽt autem interdum iiſdem magiſtratibus & le-

Digitized by Google

gibus paruæ ciuitates atque magnæ. Hoc intereſt quod hæ quidem ſæpenumero egent iiſdem: illis vero longo temporis ſpatio hoc euenit. Quapropter nihil obſtat, quominus multę curationes vni ſimul mandentur. non. n. ſibi erunt mutuo impedimento: & propter hominum penuriam neceſſe eſt magiſtratus ſeu imperia conſtituere: veluti inſtrumenta illa, quæ candelabri & verriculi vſum præbent, obeliſcolychnia à Græcis appellata. Si poſſimus igitur quod omni ciuitati magiſtratus eſſe neceſſe ſit, & quod nō ſit quidem neceſſe, ſed tamen eſſe oporteat, dicere: facilius qui his cognitis colligat, quales magiſtratus in vnum magiſtratum contrahendi & conducendi ſint. Conuenit autem ne hoc quidem ignorare, qualis magiſtratus pro ratione loci multarum rerum curam habere, & qualium rerum penes vnum magiſtratum auctoritas ac poteſtas eſſe debeat: verbi gr. modeſtiæ in vita degenda ſeruandæ, vtrum in foro quidem penes rerum venalium curatorem ſeu ædilem: in alio loco penes alium, an vbique penes eũdem: & vtrum ex reb. faciēda ſit diuiſio, an ex hominibus? dico vtrum debeat vnus eſſe præfectus modeſtiæ, an alius pueris, alius mulieribus: & vero ex reip. adminiſtrandæ formis, vtrũ in vnaquaque ēt magiſtratuum genus differat, an nihil differat: ver. gra. in democratia, & oligarchia, & ariſtocratia, & monarchia, vtrum penes eoſdem magiſtratus ſit ſumma poteſtas, ſed non ex parib. neque ex ſimilibus, verum in aliis reipub. adminiſtandæ formis penes alios ſit poteſtas: ver. gr. in ariſtocratiis ex hominib. eruditis & bene inſtitutis: in oli-

gar-

garchiis,ex diuitib.in democrat.ex liberis. An ſint quædam reip.adminiſtrandæ formæ ipſis quidem magiſtratuũ differentiis conſentaneæ: ſed alicubi tamen eoſdẽ magiſtratus eſſe expediat, alibi vtile ſit inter ſe differre. hic enim conuenit magnos eſſe magiſtratus, illic eoſdẽ eſſe paruos. Veruntamen ſunt quidam & proprii, vt eorum, qui ante cõſultant & prouident, quos probulos Græci dicunt, Latini præconſultatores: prouiſores fortaſſis appellare licet. hic. n. magiſtratus democratiæ non conuenit, neque popularis eſt. Conſultatio vero & ſenatus, populare quiddã eſt. Oportet enim taleis quoſdam eſſe, quibus ſit curæ populo proſpicere & prouidere, vt ei liceat eſſe in ſuis negotiis occupato. Quod ſi erunt pauci numero, hoc ad oligarchiam pertinebit. At præconſultatores ſeu prouiſores paucos eſſe numero neceſſe eſt. quare hoc oligarchiæ proprium eſt. Vbi autem ſunt hi magiſtratus vtrique, præconſultatores videlic. & conſultatores ſiue deliberatores, & quaſi ſenatores quidam: præconſultatores conſultatorib. opponuntur, atque adeo imponuntur. Nam conſultator ſeu ſenator, populare quiddam eſt: præconſultator vero, oligarchiæ proprium. Frangitur autem atque interit etiam conſultationis publicæ, id eſt, ſenatus, poteſtas in talibus democratiis, in quibus ipſe populus congregatus omnibus de rebus agit & tranſigit. Hoc porro ſolet euenire, cũ vel copiis rei familiaris abundat populus, vel iis qui in cõcionẽ eunt deliberãdi gratia, merces datur. Nam cũ otientur, ac negotiis ſoluti ſint, & ſæpenumero cõgrediuntur, & omnia ipſi diſceptãt

Digitized by Google

ac decernunt. Puerorum curator autem, & mulierum, & ſi quis eſt alius magiſtratus, penes quem talis curationis ſit poteſtas: ad ariſtocratiam pertinet, non ad democratiam (quonam modo enim fieri poſſit, vt pauperum vxores prohibeantur domo exire?) neq; ad oligarchiam. Luxuria. n. diffluunt paucorum, qui reip. præſunt, vxores. ſed de his quidem rebus hactenus dictum ſit. Nunc quæ ad magiſtratuum creationes ſeu conſtitutiones pertinent, ab initio perſequi & pertactare conandum eſt. Tribus autem finibus harum differentiæ ſunt: qui ſi componantur, modos omneis ſumtos eſſe neceſſe. Horum autem trium; vnum eſt qui ſint ii, qui magiſtratus faciunt: alterum, ex quibus: tertium, quomodo. Vniuſcuiuſq; porro horum trium tres ſunt differentię. Nam aut omnes ciues conſtituunt creantque magiſtratus, aut aliqui: & aut & ex omnibus, aut ex quibuſdam certis ac definitis (verbi gratia) aut à cenſu, aut à genere, aut à virtute, aut tali alia re aliqua, quemadmodum Megaris ex iis, qui vna ab exilio reuerterunt, vnaque aduerſus populum acie decertarunt: atque hæc aut electione, aut ſorte. Rurſus hæc duplicari poſſunt. hoc eſt, alios magiſtratus aliqui conſtituunt, alios omnes: alios ex omnibus ciuibus, alios ex quibuſdam: & alios ſuffragiis ſeu electione, alios ſorte. Harum autem differentiarum vniuſcuiuſq; quatuor erunt modi. Aut enim omnes ex omnibus electione, ſiue ſuffragiis fient, aut omnes ex omnibus in parteis diſtributis (verbi gratia) in tribus, aut municipia, aut ſodalitates ſiue curias, donec ad omneis ciueis peruentum, & per omneis itum fuerit:

fuerit:aut ſemper ex omnibus & partim hoc, partim illo modo. Rurſum ſi qui ſint conſtituti vel ex omnibus electione, vel ex omnibus ſorte: vel ex aliquibus electione, vel ex aliquibus ſorte: vel partim hoc modo, partim illo: hoc eſt, partim ex omnibus electione, partim ſorte. Itaque duodecim modi fiunt, præter duas coniunctiones ſeu copulationes. Harum autem conſtituendi magiſtratus rationum duæ ſunt populares, nempe omneis ex omnibus, aut ſuffragio, aut ſorte fieri, aut vtroque alios quidem magiſtratus ſorte, alios electione ſeu ſuffragio. Conſtitui porro non omneis quidem magiſtratus ſimul, ſed tamen ex omnibus aut ex quibuſdam, aut ſorte, aut electione, aut vtroque, aut alios ex omnibus, alios ex quibuſdam vtroq; (dico autem vtroq;, alios quidem ſorte, alios ſuffragio) hoc ciuile eſt, ſeu (vt Græci loquuntur) politicum. Et nonnullos magiſtratus ex omnib. conſtitui, partim electione, partim ſorte, aut vtroque: hoc eſt, alios ſorte, alios electione, oligarchiæ proprium eſt: & multo magis, ſi vtroque. Alios vero ex omnibus, alios ex quibuſdam, ad politiam pertinet cum ariſtocratia coniunctam: aut alios electione, alios ſorte. At quoſdam ex quibuſdam electione fieri, oligarchiæ conuenit: & quoſdam ex quibuſdam ſorte, & item quoſdam ex quibuſdam vtroque. Quoſdam vero ex omnibus fieri, non item oligarchiæ conuenit. At omnes ex quibuſdam fieri electione, ad ariſtocratiam pertinet. Tot igitur numero modi ſunt ii, qui in conſtitutione magiſtratuum vertuntur: & hoc modo pro reip. adminiſtrationum ratione & natura diuiſi ac di-

ſtincti ſunt. Quę porro quibus conducant, & quomodo conſtituendi ſint magiſtratus, & qui ſint, vna cum eorum poteſtatibus, planum fiet. Dico autem poteſtatem magiſtratus (verbi gratia) ſi quis magiſtratum deſcribens, dicat, penes eum eſſe arbitrium & poteſtatem vectigalium aut cuſtodiæ. Non enim eadem ſunt poteſtatis genera, quemadmodum nec eadem eſt eius, qui exercitui præeſt, poteſtas; atque eius, penes quem arbitrium eſt de rebus in foro contractis diſceptandi.

16. *De tertia reipub. parte, ea nimirum, quæ rebus iudicandis praeeſt.*

RELIQVVM eſt ex tribus ciuitatis partibus, vt de ea quæ rebus iudicandis præeſt, diſſeramus. Atque huius rei modi ſumendi ſunt pro ea inſtitutione, quæ nobis propoſita eſt. Iudiciorum autem differentia tribus finibus continetur, ex quibus, de quibus, quomodo. ex quibus, hoc eſt, vtrum ex omnibus, an ex quibuſdam iudices ſumantur: de quib. quot ſint genera iudiciorũ: quomodo, vtrum ſorte, an ſuffragio iudices fiant. Ac primum ſane exponamus quot ſint iudiciorũ genera, vt ſit explicata iudiciorum partitio.. Octo igitur ſunt iudiciorum genera. vnum eſt, quod ad repetendas rationes à magiſtratibus pertinet: alterum, quod ad delicta publica, eaque, quæ in perſonas publicas iniuſte commiſſa ſunt: tertium, quod ad peccata in reipubl. ſtatum: quartum, de controuerſiis & magiſtratuum & priuatorum, cum ambigunt de multarum irrogationib. quintum, de priuatis rerum magnarum contractibus, & præterea de cædibus, & de criminibus inter

Digitized by Google

ter ſicarios,& de rebus peregrinis. Maleficiorum autem ad cædeis pertinentium genera, ſiue apud eoſdem iudices res agatur,ſiue apud alios alia ſunt ſponte & conſulto admiſſa,alia inconſulto atque inuite:& alia concedũtur illa quidem, & de facto conſtat inter eos qui litigant, ſed de iure ambigitur. quartũ maleficiũ eſt,cuius crimen iis infertur, qui ob cædem non voluntariam exſulabãt, ab exſilio reuocatis,vt capitis cauſamdicerẽt:quale dicitur Athenis eſſe etiã id iudiciũ, quod exercetur in Phreattone.Sed talia hæc in omni ęternitate pauca eueniunt,eaque in magnis ciuitatibus. Iudiciorum autem eorum, quæ ad res peregrinorum pertinent,vnum genus eſt, quo peregrinus cum peregrino litigat:alterum,quo peregrinus cum ciue. Præter hæc omnia autem ſunt & iudicia de paruis contractibus, ab vna drachma vſque ad quinque, & paulo amplius. Oportet.n.etiam de his iudicari.neq; tñ cadunt in iudicum multitudinem. Sed de his quidem iudiciis, & de iis quæ ad cædẽ pertinent,& de peregrinorum controuerſiis diſputare omittamus:de ciuilibus vero dicamus, de quibus,cum neq; recte,neq; ordine fiunt, ſeditiones excitantur,& ex iiſdem reip.adminiſtrationẽ motus ac cõmutationes oriuntur. Neceſſe aũt eſt aut omneis de omnib. illis, quæ ſupra diſtincte&partite enumerata sũt,iudicare,vel ſuffragio, vel ſorte:aut omneis de omnibus partim ſortitione,partim electione:aut de aliquibus iiſdem, alios ſortito factos,alios ſuffragio creatos atq; electos. Sunt igitur hi modi numero quatuor. Totidẽ aũt ſunt

alteri & ij, qui ſunt ex parte. Rurſus.n.aut ex quibuſdam ſumuntur, qui de rebus omnib.iudicent, electione: aut ex quibuſdam, qui de rebus omnibus iudicent, ſortione: aut partim ſortitione, partim electione: aut nonnulli ſunt iudicum conſeſſus iiſdem de rebus, ex iudicibus ſortito factis, & ſuffragio creatis. Hi igitur modi, quemadmodum expoſiti ſunt, iis quos ſupra diximus, conſimiles ſunt. Præterea vero hæc eadem iudicia duplicari & copulari poſſunt. Dico autem (verbi gratia) ſi alia quidem ex omnibus, alia ex aliquibus, alia ex vtriſq; exempli cauſa, ſi eiuſdem iudicum conſeſſus alii ſint ex omnibus, alii ex quibuſdam: & aut ſortitione, aut electione, aut vtroque. Quot igitur modis poſſint eſſe iudicum conſeſſus, expoſitum eſt. Horum autem primi quidem ſunt populares, qui aut conſtant ex omnibus, aut ſunt de omnibus, ſecundi ad oligarchiam pertinent, nempe qui ex quibuſdam ſumuntur, & de omnibus iudicant: tertii ariſtocratiam & politiam attingunt, videlicet qui partim ex omnibus, partim ex quibuſdam ſumuntur.

ARIS-

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. V.

CAP. I.

Quibus ex cauſis ſeditiones in republica oriantur.

DE ALIIS igitur rebus, de quibus diſputare conſiliũ cepimus, fere omnibus diximus. Quibus autem ex cauſis reipublicæ adminiſtrandæ formæ mutentur, & ex quam multis & qualibus ſint cuiuſque reipublicæ adminiſtrationis peſtes atque interitiones: & ex qualibus reipublicæ adminiſtrandæ formis, in qualeis adminiſtrandæ formas fiat conuerſio: præterea quæ res ſint & communiter omnibus, & ſeorſum ſingulis ſalutares: præterea vero quibus maxime rebus vnaquæque reſpublica conſeruari poſſit, deinceps poſt illa, quæ ſupra dicta ſunt, conſiderandum. Primum autem exiſtimare oportet, multas initio reipublicæ adminiſtrandæ formas extitiſſe, cum inter omneis quidem conueniat, id quod iuſtum, idque quod proportione æquale eſt, eſſe ſpectandum: ſed ab hoc aberrant, quemadmodum & prius dictum eſt. Democratia enim orta ex eo eſt, quod q̃ quauis re pares eſſent, ſe ſimpliciter pares eſſe exiſtimarent: Nam quia ſimiliter liberi ſunt ſe ſimpliciter æqualeis eſſe putant. Oligarchia autem ex

eo

Digitized by Google

eo nata eſt, quod qui ſunt vna aliqua re inæquales & ſuperiores, ſe omnino inæqualeis eſſe putant. Quia enim copiis rei familiaris alios ſuperant, idcirco ſe ſimpliciter inæqualeis eſſe autumant: inde fit, vt illi quidem proinde ac ſi ſint æquales, omnia æqualia ſibi tribui æquum eſſe cenſeant: hi proinde quaſi ſint inæquales, ſuperiora omnia habere ſtudeant. Nam quod ſuperat, inæquale eſt. Habét igitur omnes hæ reip. adminiſtrandæ formæ aliquid iuris, ſed ſimpliciter paruæ ſunt. Et propter hanc cauſam, cum vtriq; non pro ſua exiſtimatione ſuaque opinione, reipublicæ adminiſtrationis ſunt participes, ſeditiones inter eos commouentur Cum autem omnium iuſtiſſime ſeditiones excitent ii, qui virtute excellunt, tum minime hoc faciunt. Maxime enim probabile & rationi conſentaneum eſt hos tantum ſimpliciter eſſe inæqualeis. Sunt autem quidam, qui cum genere præſtant, dignos ſe putant non æqualibus, ſed pluribus & amplioribus propter hanc inæqualitatem: videntur enim ii eſſe nobiles & generoſi, quibus maiorum virtus & diuitiæ ſuppetunt Principia igitur hæc ſunt fere ſeditionum, hi fontes atq; hæ cauſæ, quibus impulſi ſeditiones concitant. Quocirca conuerſiones & commutationes reip. adminiſtrationum merito fiunt. Aliquando.n. ipſam reip. adminiſtrandæ formam oppugnant, vt ex eo reip. ſtatu, qui nunc eſt, aliam reip. adminiſtrandæ formam conſtituant: verbi gratia, ex democratia oligarchiam, aut ex oligarchia democratiam, aut ex his politiam, hoc eſt, ciuilem reip.

admini-

Digitized by Google

adminiſtrationem: aut ariſtocratiam, aut has ex illis. Interdum non quod præſentem reip. ſtatum conuellere aut immutare conentur, diſſident: ſed ſtatum reip. eum quidem qui nunc eſt, omnibus aliis anteponunt: verum ſe moderatores ciuitatis & adminiſtrationis reip. cõpotes eſſe volunt: ver. gratia, oligarchiæ aut monarchiæ. Præterea interdum certant de intendenda aut remittenda reip. adminiſtrandæ forma, (verbi gratia) vt, quæ reip. adminiſtratio oligarchia eſt, ſi aut acrior & exquiſitior, aut minus acris minuſque exquiſita oligarchia: aut, quæ democratia eſt, vel intentior vel remiſſior democratia fiat: itemq; de reliquis reip. adminiſtrandæ formis id pugnat, vt vel intentæ ſint vel remiſſæ. Præterea contendunt partem aliquã reip. adminiſtrationis mouere atque immutare (verbi gratia) magiſtratum aliquem conſtituere, aut tollere: quemadmodum aiunt quidam, Lyſandrum Lacedæmone regnum tollere eſſe conatum: & Pauſaniam regem, ephororum imperium: & Dyrrachi mutata eſt reip. adminiſtrandæ forma ex particula quadam. Nam pro tribunis plebis ſeu tribuum præfectis, quos Græci phylarchos appellant, ſenatum fecerunt. Iam vero in maximum illum & frequentiſſimum iudicum cõſeſſum, quem Heliæam Athenienſes nominãt: neceſſe eſt etiam nunc magiſtratus ex iis, qui in reip. adminiſtratione verſantur, peruenire, cum aliquis iudex in demortui locum ſuffragio ſufficiendus eſt. Oligarchiæ autem conueniebat etiam prætor ſeu archon vnus in hac reip. adminiſtrandæ forma.

vbique

Digitized by Google

vbique enim propter inęqualitatem ſeu iniquitatem ſeditio oritur. Eſt autem inæqualitas, & cum inæquales quidem ſunt ciues, nõ tamen inæqualib. tribuitur id, quod proportione ſit æquale: & cum æqualibus tribuuntur inæqualia. Regnum enim perpetuum, inæquale & iniquum ſit inter æqualeis. omnino. n. homines æquale ſeu æquum quærentes inter ſe diſſident & diſcordant. Eſt aũt æquale duplex: vnum numero, alterum dignitate. Æquale numero dico, quod eſt multitudine aut magnitudine idem & æquale: dignitate, quod ratione: (verbi gratia) æquali numero tria ſuperãt duo, & duo vnum: æquali ratione quatuor duo, & duo vnum. vterque. n. numerus, qui ſuperatur, eorum numerorum qui ſuperant, dimidius eſt. Cum inter eos autem conueniat de eo, quod iuſtũ eſt ſimpliciter, de eo quod iuſtum eſt proportione, diſſident, quemadmodum ante dictum eſt: alii quidem, quoniam ſi aliqua re ſint æquales, exiſtimant ſe eſſe omnibus rebus æqualeis: alii, ſi aliqua re ſint inæquales & ſuperiores, pluribus aut maiorib. ſe dignos eſſe putant. Quapropter & duę reip. adminiſtrandæ formæ maxime exiſtere ſolẽt, democratia & oligarchia. Generis amplitudo enim, ſeu nobilitas & virtus in paucis cernuntur: horum contraria autem in pluribus. Nam nobileis quidem & viros bonos nuſquam gẽtium centum reperias: egenteis vero & improbos, multos multis locis. Simpliciter autem & omni ex parte ex alterutra æqualitate ordinatam & conſtitutam eſſe reipublicæ adminiſtrationem, vitioſum eſt: quod ex euentu intelligere licet. Nulla enim ex tali-

enim ex talib. reip. adminiſtrandæ formis ad diuturnitatẽ ſtabilis eſt. Huius rei hæc cauſa eſt, quod fieri non poteſt, vt non ex eo quod primum, & ab initio peccatum, aut minus recte factum eſt, non erumpat ad extremum inſigne aliquod malum. Quocirca oportet partim æqualitate arithmetica, eaque, quæ in multitudinis ac magnitudinis æqualitate conſiſtit: partim geometrica, & quæ eſt ex dignitate, vti. Veruntamen tutior & à ſeditionum periculo munitior democratia, quam oligarchia eſt. Nam in oligarchiis duo mala oriri ſolent paucorum potentium, & inter ipſos & præterea aduerſus populum. Præterea reipublicæ adminiſtrãdæ forma ex mediocribus concreta, propius accedit ad democratiã, quam ad paucorum imperium: quæ quidem mediocrium reſpublica omnium reip. adminiſtrandæ formarum tutiſſima eſt.

2. *Origenes & cauſæ ſeditionum.*

QVONIAM autem quibus è rebus ſeditiones in ciuitatibus, & communicationes reip. adminiſtrandæ formarum oriantur, conſiderare inſtituimus, vniuerſe primum origines & cauſſas earum ſumere nos oportet. Sunt autem fere numero tres, quæ primum rudi quadã deſcriptione per ſe ſunt explicandæ. Oportet enim ſumere & quomodo affecti homines diſſideant inter ſe, & quarum rerum cauſa: & quod tertiũ eſt, quæ ſint principia perturbationum ciuilium & ſeditionum inter ciueis ortarum. Quamobrem igitur affecti ſint ipſi quodammodo ad conuerſionem & commutationem reip. ea vniuerſe cauſa ſtatuenda eſt, de

Google

qua iam forte diximus. Alii.n. æqualitatis cupiditate inflammati, diſſident & diſcordant inter ſe, ſi ſe putent deteriore eſſe conditione, cum ſint iis, qui ſuperiora habent omnia, pares. Alii inæqualitatem & præſtantiam concupiſcentes, ſi cum ſint inæquales & ſuperiores, exiſtiment ſe non ferre parteis priores, nec plus habere quam alios: ſed æquale, aut etiam minus. Poteſt autem euenire, vt hæc iuſte expetantur: poteſt vero, & vt iniuſte. Nã & cum ſint inferiores, vt ſint æquales, ſeditionem concitant, & cum æquales, vt ſint maiores. Quomodo igitur affecti diſſideant, & ſeditionẽ concitent expoſitum eſt. Ea autem quorum cauſa diſſident & diſcordãt, ſunt lucrum & honos, & quæ his contraria ſunt. Nam ignominiam & multam ſeu damnum fugientes, quæ vel ſe vel amicos attingat, ſeditiones in ciuitatibus cõmouent. Cauſæ autem & origenes motuum, à quib. & ipſi hoc modo afficiuntur, & de rebus quas ante diximus, diſſident, aliquo modo ſunt numero ſeptem, aliquo modo plures: quarum duæ quidem ſunt eædem atque eæ res, quæ à nobis cõmemoratæ ſunt, ſed non eodem modo. Propter lucrum enim & propter honorem inter ſe excandeſcunt ac ſæuiunt, non vt illa ſibi comparent & poſſideant, vt ante dictum eſt: ſed quod alios videant partim iuſte, partim iniuſte meliore eſſe conditione, quam ſe, & bonis externis antecellere. præterea propter contumeliam, propter metum, propter excellentiam, propter contemptum, propter incrementum à proportione auerſum. Præterea vero alio modo propter mercenarium vitæ tolerandæ genus,

nus, propter incuriam, propter paruitatem, propter diſſimilitudinem.

3. *Propoſitas ſuperiori capite ſeditionum cauſas fuſius explicat.*

HARVM autem rerum contumelia & lucrum, quam vim habeant, & quomodo ſint ſeditionum cauſæ, propemodum apparet. Nam cum ij, qui magiſtratus gerunt contumelioſi ſunt in priuatos, & plura atq; ampliora omnia per iniuriam & auaritiam ſibi ſumunt, ſeditionẽ concitant illi tum inter ſe, tũ in eas reip. adminiſtrandæ formas quæ hanc licentiam præbent ac permittunt. Iam vero plura & ampliora habẽdi per iniuriam cupiditas, q̃ pleonexiam Græci nominant, interdũ in res priuatorum, interdum in rem communem & publicam confertur. In promptu etiam eſt & quid valeat honos, & quomodo ſeditionis ſit cauſa. Nã & cum ipſi ignominia afficiũtur, & cum alios honorari vident, diſſidẽt ac diſcordant. Fiunt autem hæc iniuſte, cum prẹter dignitatẽ, aut honore afficiuntur, aut dedecore infamiaque notantur iuſte, cum ex dignitate. Propter excellentiam porro ſeditio oritur, cũ aliquis vnus aut plures, ampliores opes maioremq; potentiam obtinent, q̃ fert ciuitas, aut reip. adminiſtrationis potentia. ex talibus enim rebus monarchia aut dynaſtia naſci ſolet. Quocirca in nonnullis locis ſolent præſtantiores viros per teſtam ad certum tempus relegare, quod Græci dicunt oſtracizein, vt Argis & Athenis. Atqui præſtat ab initio prouidere, ne viri tam excellentes poſſint in ciuitate exiſtere, quam malo ex patientia & negligentia nato poſterius mederi.

Digitized by Google

Propter metum autem ſeditionem commouent, & qui iniuriam fecerunt, ne dent pœnas: & qui ſuſpiciantur futurum vt iniuria afficantur, volentes anteuertere atque occupare, priuſquam iniuſte lædantur quemadmodum Rhodi nobiles in populum coierunt & conſpirarunt propter iudiciorum & pœnarum, quæ intentabantur, metum. Propter contemtum autem ſeditionem excitant, & impetu facto in alios inuadunt: vt & in oligarchiis, cum plures ſunt ii, qui à reip. adminiſtratione excluduntur (meliores enim ſe eſſe putant) & in democratiis locupletes contemta confuſione & perturbatione rerum imperiique vacuitate: cuiuſmodi quiddam & Thebis accidit poſt pugnam in vinetis commiſſam: quo tempore, quod reſp. male adminiſtraretur à populo, democratia funditus exſtincta atque oppreſſa eſt. Etiam Megarenſium democratia cum propter eandem ordinis perturbationem & imperii vacuitatem ſuperati eſſent, delata eſt. Syracuſis quoq; eant Gelonis tyrannidem: Rhodi denique opes populi ante rebellionem fractæ conciderunt. Oriuntur & propter incrementum quorundam a proportione auerſum ac remotũ reip. adminiſtrationum commutationes. Quemadm. enim corpus ex partibus conſtat, idque oportet ex proportione creſcere, vt maneat totius & partium commenſus: ſin minus, interit, cum pes quidem quatuor eſt cubitorum, reliquũ vero corpus duorum palmorum: interdum vero etiam in alterius animantis figuram vertitur, ſi non ſolum ex quanto ſeu quantitate, verum etiam ex qualitate augeatur & creſcat

præter

Digitized by Google

præter proportionem: ita & ciuitas ex partibus concreta & coagmenta eſt, quarum ſæpe nonnulla occulte augeſcit: quemadmodum egentium multitudo in democratiis & politiis. Accidit autem hoc interdum & fortuito, vt Tarenti ſuperata & exſtincta magna parte nobilitatis ab Iapygibus, non ita multo poſt bellum Perſicum tempore, democratia ex politia facta eſt: & Argis, cum ii qui erant in Ebdoma, à Cleomene Lacedæmonio eſſent interfecti, coacti ſunt Argiui nonnullos ex colonis, quos periœcos nominent, in ciuitatem recipere: & Athenis, cum infeliciter terra pugnaſſent, nobiles pauciores facti ſunt, quia delectu habito militabant ſub bellum Lacedæmonium. Accidit autem hoc etiam in democratiis: ſed autem minus ſæpe. pluribus.n. locupletibus exorientib. aut copiis rei familiaris creſcentibus, mutantur in oligarchias, aut dynaſtias, ſeu potentatus. Mutantur porro reip. adminiſtrandę formę etiam ſine ſeditione propter mercenarias operas, quemadmodum in Heræa. Nam iccirco magiſtratus, qui antea ſuffragio & electione deferebantur, ſortito mandari cœpti ſunt, qa eligebāt homines operis mercenariis vitam toleranteis. Etiam propter incuriam ac negligentiam ſeditiones oriuntur, cum eos, qui à reip. adminiſtrandæ forma alieno ſunt animo, ad ampliſſimos magiſtratus peruenire ſinunt: quemadmodum Orei ſublata & extincta oligarchia eſt, eo quod Heracleadorus prætorum collegium cooptatus fuerat: qui ex oligarchia politiam & democratiam fecit. Præterea propter id, quod eſt parui momenti: dico autem rem parui mo-

 menti,

menti, quia ſæpe non ſentiunt homines magnam inſtitutorum reip. mutationem fieri, cũ in re parua conniuent & negligenteis ſe præbent: quemadmodum Ambraciæ cenſus erat paruus eorum, qui reip. præerant, ad extremum autem nullius cenſus homines ad magiſtratus prouehebãtur. ꝓinde quaſi paruum cenſum habere proximum ſit, aut nihil plane differat ab eo quod eſt nullũ habere. Ad ſeditionem excitandam valet etiam id, ꝙ non eſt eiuſdem gentis & generis, donec conſenſerit & cõſpirarit. Quemadm. n. non ex qualibet & fortuito oblata multitudine fit ciuitas, ſic neq; quouis tempore. Quapropter qui inquilinos aut aduenas in ciuitatem receperunt, ij fere omnes, aut certe plurimi, ſeditionibus cõflictati ſunt: exempli cauſa, cum Trœzeniis Achiui Sybarim incoluerunt: deinde Achiui numero aucti Trœzenios eiecerunt. vnde ſcelus Sybariticum natũ eſt. Et Thuriis cum Sybaritæ populos vna ſecum habitanteis, & in ciuitatem receptos iniuſte lęderẽt, & maiorem agri, tanquam ſui, partem, ſuper oraque adeo omnia ſibi aſſumerent, exacti ſunt. Et cum Byzantii aduenas ſibi inſidiari comperiſſent, & manifeſte quaſi in ipſo furto deprehendiſſent, eos prælio commiſſo ſuperatos exterminarunt. Et Antiſſæi Chiorum exſules in ciuitatem receptos, cum eos res nouas moliri ſenſiſſent, ſignis collatis eiecerunt. Et Zanclæi, cum Samios in ciuitatem ſuam recepiſſent, ipſi ab eis victi & expulſi ſunt. Et Apolloniatæ, qui in Ponto Euxino habitant, cum aduenas quoſdam inuitaſſent, ſeditionem inter ſe concitarunt. Et Syracuſani poſt tyrannos exactos,

Digitized by Google

ctos, peregrinis & mercenariis militibus ciuib. factis, diſſenſerunt ac diſcordarunt inter ſe, & prælium commiſerunt. Et Amphipolitæ, Chalcidenſium colonis receptis, ab his eiecti ſunt eorũ pleriq;. Seditiones autem concitat in oligarchiis quidem plebs & multitudo tanquam iniuriam accipiens quod æqualium nõ ſit particeps, cum ſit æqualis, quemadm. ante dictum eſt: in democratiis vero nobiles & clari viri, quoniam æqualia conſequuntur, æqualibuſque præmiis ornantur, cum æquales non ſint, ſed multo ſuperiores. Seditiones etiam oriuntur interdum in ciuitatibus etiam de locis ac ſedibus, cum ſolum ad id, vt ſit vna ciuitas, non eſt accommodatum natura: vt Clazomenis inter eos qui Chytrum incolebant, & inſulanos: & Colophone inter Colophonios & Notienſeis. Quinetiam Athenis non ſimiliter ſunt omnes populares, ſed magis ſunt ij, qui in Piræeo habitant, quam qui in vrbe. Quemadmodum enim in bellis ac præliis cloacarum & foſſarum vel minimarũ tranſitus ordines diſtrahunt ac diuellunt: ſic omnis diſſimilitudo ac diuerſitas, diſſidium ac diſcordiam parere videtur. Ac maxima fortaſſe diſſenſio & diſcordia eſt ea, quæ eſt virtuti cum vitio: proxima diuitiarum & paupertatis: & ita ſci. alia, quam alia, maior diſſenſio eſt: quarum etiam vna eſt ea, quæ à nobis dicta eſt.

4. *Seditiones non de paruis, ſed ex paruis rebus, multis exemplis docet.*

ORIVNTVR igitur ſeditiones nõ de paruis reb. ſed ex paruis. diſsident enim, & ſeditiones

Digitized by Google

excitant homines de rebus magnis. maxime tamen acres & validæ ſunt etiam paruæ, cum in iis, in quorum moderatione reſp. vertitur, exiſtunt: cuiuſmodi res olim accidit & Syracuſis. Mutata enim eſt reipub. adminiſtrandæ forma ex duobus iuuenibus magiſtratus gerentibus, cum inter eos de re amatoria diſſenſio orta eſſet. Altero enim abſente, quidam eius ſodalis puerum eius delicias, ad ſe pellexit. Ille autem reuerſus huic iratus, contra eius vxorem induxit, ad ſe veniret. ex quo adiūctis ſibi qui in rep. verſabantur, omneis ciueis ad ſeditionem perpulerunt. Quapropter talibus offenſionib. naſcentibus adhibenda cautio eſt: & ducum ac potentium diſcordiæ componendæ ac dirimendæ ſunt. nam in principio peccatum conſiſtit. At principium dimidium totius eſſe dicitur. Itaq; & quod peccatum in eo commiſſum, paruū & leue eſt, iis peccatis, quæ in aliis partibus admittuntur, proportione reſpondet. Omnino autem nobilium & clarorum virorum ſeditiones totam ciuitatem contagionibus malorum contaminatam in eandem fraudem trahunt: quale illud eſt, quod Heſtiææ accidit poſt bellum Perſarum, nato inter duos fratres de bonorum paternorum diuiſione diſſidio. Nam is, cuius res familiaris erat anguſtior, cum alter rem à patre relictam non exhiberet: neq, theſaurum, quem pater inuenerat, proferret: populareis aduocauit, ſibiq; adiunxit: alter rei familiaris copiis abundans, locupleteis. Et Delphis orta ex affinitate diſſenſio, fons & principium omnium quæ poſterius coortæ ſunt, ſeditionum fuit. Quidam enim captato augurio & conſultis auſpiciis, neſcio quid ſiniſtri ſibi porten-
di

di auguratus: vt ad ſpõſam venit, ea repudiata diſceſſit. At puellę propinqui tanquam contumelioſe tarctati atq; accepti, interea dum ille ſacrificaret, res quaſdam ſacras in eum locum, vbi ſacrificabat, occulte cõiecerunt: deinde eum, vt ſacrilegum, necauerunt. Et Mitylenis nata ex puellis orbis, & patrum locupletium hæredibus ſeditio, multorum malorum & belli cum Athenienſibus ſuſcepti, in quo Paches Athenienſium imperator vrbem eorum cepit, principium atq; origo fuit. Nam cum Timophanes quidam, vnus ex locupletibus, duas filias ſuperſtites reliquiſſet, Doxanderque qui eas filiis ſuis vxores popoſciſſet, repulſam tuliſſet, ſpretuſque ac reiectus fuiſſet, ſeditionis auctor ac princeps fuit: & Athenienſeis ea re offenſos atque irritatos ad bellum impulit. Et cum apud Phocenſeis ex puella patri diuiti ſuperſtite inter Mnaſeam Mneſonis patrem, & Euthycratem Onomarchi filium ſeditio coorta eſſet: hæc ſeditio belli ſacri Phocenſibus origo fuit. Mutata eſt & Dyrrachii reip. adminiſtrandæ forma ex rebus nuptialibus. Cum enim quidam filiam ſuam cuidam deſpondiſſet, & ſponſi pater iratus, quod ille conſilium ſuum de filia mutaſſet, magiſtratumque adeptus, ei multam irrogaſſet, ille alter tanquam iniuria & contumelia affectus, eos adiunxit ſibi, qui reip. adminiſtratione excluſi erant. Mutatur autem reip. adminiſtrandæ forma etiam in oligarchiam, aut in democratiam, aut in politiam: ex eo quod vel ii, qui reipub. præſunt, vel aliqua pars ciuitatis præclaram exiſtimationem & gloriam facto aliquo laudabili pepererit, aut

Digitized by Google

aucta ſit: quo modo ſenatus Ariopagiticus optima exiſtimatione & fama parta temporibus belli Perſici viſus eſt, reip. adminiſtrandæ formam acriorem & contentiorem effeciſſe. Et rurſus turba nautica, cum illius ad Salaminem victoriæ, & ob victoriam illam, totius Græciæ principatus cauſa fuiſſet: propter hanc maritimam potentiam, democratiam robuſtiorem ac validiorẽ reddidit. Et Argis viri nobiles atque illuſtres magna in prœlio aduerſus Lacedæmonios ad Mantineam commiſſo parta gloria, conati ſunt democratiam de medio tollere. Et Syracuſis, cum in populo cauſa victoriæ belli cum Athenienſibus geſti conſtitiſſet, politia in democratiam mutata eſt. Et Chalcide populus Phoxo tyranno cum illuſtribus & claris viris ſublato, continuo ſe ad politiã contulit atq; applicauit. Et Ambraciæ rurſum eodem modo populus, Periãdro tyrãno vna cũ iis, q cũ eo iuncti in ciuitatẽ inuadebant, exacto, ad ſeipſum reip. adminiſtrationem reuocauit ac redegit. Omnino igitur nemini obſcurum eſſe debet, eos, per quos ciuitati potentia parta eſt, tum priuatos, tum magiſtratus, tum tribus, partem denique & multitudinem quamlibet, quantaque illa ſit, ſeditionem commouere. Nam aut qui his honorem habitum inuident, ſeditionis initium faciunt: aut hi propter excellentiam æquali ſorte contenti eſſe nolunt. Mutantur etiam reip. adminiſtrandæ formæ, cum quæ videntur eſſe inter ſe contrariæ partes, exæquantur, vt diuites & multitudo: medium aũt aut nihil eſt, aut admodũ & prorſus paruum. Nam ſi longe præſtet pars alterutra, cum parte per-

perſpicue meliore non vult altera cum periculo dimicare. Quapropter etiam qui virtute præſtant, ſeditionem fere non faciunt. Tales enim pauci fiunt, cum multis comparati. Vniuerſe igitur in omnibus reipubl. adminiſtrandæ formis, ſeditionum & mutationum principia & cauſæ hoc modo ſe habent. Mouent autem & mutant reip. adminiſtrandæ formas interdum vi, interdum dolo & fallacia. Vi, aut ſtatim ab initio, aut poſterius vim afferentes, & neceſſitatem imponentes. Nam dolus quoque duplex eſt. aliquando enim dolis primum vſi aduerſariorum voluntate reip. adminiſtrationem commutant: deinde poſterius iis inuitis per vim retinent: exempli gratia, temporibus quadringentum virum, populum deceperunt, cum dicerent, regem Perſarum pecuniam ad bellum cum Lacedæmoniis ſuſceptum ſuppeditaturum. cum autem falſam dixiſſent, reipubl. adminiſtrationem penes ſe retinere conabãtur. Aliquando poſteaquam ab initio fidem fecerunt ac perſuaſerunt, eis iterum poſterius perſuadẽdo adductis, & libentibus imperant. Ex iis igitur quæ dicta ſunt, intelligere licet, ſimpliciter omneis reip. adminiſtrandæ formas mutationibus, tamquam quibuſdam fortunæ telis, eſſe propoſitas atque opportunas.

5. *Sigillatim de cauſis mutationum vniuſcuiuſque πολιτέιας acturus, primum de democratia diſputat.*

IN vnoquoque autem reip. adminiſtrandæ genere oporret nos ex his partienteis euenta conſiderare. Democratiæ igitur mutantur maxime

xime propter blandorum populi ductorum & leuium concionatorum petulantiam. Nam partim locupleteis priuatim calumniis onerantes, eos coire & conſpirare faciunt (conciliat enim & cõiungit vel inimiciſſimos communis metus) partim communiter multitudinem in eos incitantes. Atque hoc in multis quis ita euenire videat. Nam etiam in Co mutata democratia eſt, exorientibus in ea improbis populi ductoribus. nobiles enim coiuerunt. & Rhodi: ſtipendium enim militibus populares concionatores præbebant, & triremium præfectis iuſta perſoluere vetabant. Illi autem propter iudiciorum grauium (quæ ex lege, niſi nauigarent, erant ſubituri, metu coacti ſunt, coitione facta, populi potentiam euertere. Heracleæ quoque opes populi fractæ & diſſipatæ ſunt, ſtatim poſt coloniam eo ab Athenienſibus miſſam, culpa popularium & leuium populi ductorum. Cum enim nobiles ab iis iniuria afficerentur, exire è ciuitate coacti ſunt. deinde qui eiecti fuerãt, in vnum conductis & contractis copiis, in ciuitatem ab exſilio reuerſi, democratiam ſuſtulerunt. Similiter & quæ Megaris erat democratia, diſſoluta & conuulſa eſt. nam populi ductores, vt bona priuatorum publicare poſſent, multos nobiles ciuitate exterminarunt, vſque eo donec magnum exſulum numerum fecerunt. Illi autem in ciuitatem ab exſilio reuerti cupientes, ſignis collatis populum ſuperarunt, & oligarchiam ex democratia fecerunt. Idem porro & Cumis accidit: qua in vrbe democratiam Thraſymachus deleuit. Atq; in aliis fere ciuitatibus, ſi quis animaduertere &

re &

Digitized by Google

re & conſiderare velit, rerump. conuerſiones & mutationes hoc eodem modo fieri videre poſſit. Interdum enim vt à populo gratiam ineant, nobilibus iniuriam inferentes, eos ad conſenſionem & coitionem faciendam impellunt, dum aut eorum bona legib. agrariis populo diuidunt, bonorumque æquationem inducunt; aut vectigalia functionibus munerum publicorum exhauriunt: interdum falſis criminibus in iudicium adducentes & in inuidiam vocantes, vt diuitum fortunas & facultates rei familiaris publicare poſſint. Priſcis porro temporibus cum idem populi ductor fieret & imperator, democratia in tyrannidem vertebatur. fere enim plerique tyranni antiqui ex populi ductoribus facti ſunt. Cauſa autem quamobrem tunc quidem hoc fieret, nunc vero non item eſt, quod populi ductores erant ex numero eorũ, qui præerant exercitui, quique rem militarem adminiſtrabant. nondum enim eloquentes erant. Nũc autem arte dicendi propagata, qui dicendo valẽt, populo quidem præſunt, eumque concionando moderantur: ſed propterea quod ſunt imperiti rerum bellicarum, non moliuntur res nouas, neque reip. adminiſtrandæ formam conantur immutare, niſi ſicubi leuiter quippiam tale tentatum eſt. Exiſtebant autem tyrannides antea magis quam nunc, & quia magna imperia certis hominib. mãdabãtur ac tradebantur: vt Mileti tyrannis ex prytania facta eſt. multarum enim & magnarum rerum penes prytanin poteſtas erat. & præterea quia tunc vrbes non erant magnæ, ſed populus in agris cõmorabatur, in operib. ruſticis occupatus: iccirco popu-

populo præfecti, cum eſſent viri militares & bellicoſi, tyrannidem occupabant. Omnes autem hoc faciebant, quod ſe populus eis crediderat, & commiſerat. Fidem porro vt eis haberet populus, faciebant inimicitię, quas illi cum diuitibus gerebant: vt Piſiſtratus Athenis, orta diſſenſione inter eum & Pediacos, à populo fide dignus habitus eſt: & Theagenes Megaris, cum is locupletium pecora & armenta ad fluuium paſcentia deprehẽdiſſet, ac iugulaſſet: & Dionyſius, cum Daphnæum & cæteros locupleteis accuſaret, dignus tyrannide exiſtimatus eſt, propter inimicitias cum illis ſuſceptas, fidem apud populum conſecutus, quaſi popularis eſſet. Fit aũt etiam mutatio ex democratia patria & antiqua in maxime nouã & recentẽ. Nam quib. in locis magiſtratus per electionẽ deferuntur, nõ ex cenſibus, & populus eligendi ius habet: in eis ambitioſi homines populo aſſentantes eo rem deducunt, vt populus etiam legum ſit arbiter ac dominus. Remedium autem huius incõmodi, aut ne accidat, aut vt minus accidat: in eo poſitum eſt, vt magiſtratus à tribubus pronuntientur ac declarentur, non à populo vniuerſo. Democratiarum igitur mutationes fere omnes propter has cauſas fiunt.

6. *De commutationibus oligarchiarum.*

OLIGARCHIÆ autem commutantur duobus maxime modis valde in promptu poſitis: vno quidem, ſi pauci potentes, & reip. compotes multitudini iniuriam inferant. Quiuis enim fit hic dux idoneus ad pręeundum populo: ſed tum maxime, cum acciderit, vt dux ex ipſa oligarchia exiſtat: quemad-

Digitized by Google

quemadmodum in Naxo Lygdamis, qui poſterius Naxiorum etiam tyrannus fuit. Habet autem & ſeditionis principium ab aliis profectum differentias quaſdam. Interdum enim ab ipſis diuitibus, non iis tamen, qui profecti ſunt ad magiſtratus, naſcitur oligarchiæ interitus, cum valde pauci ſunt ii, qui honores adepti ſunt: vt Maſſiliæ, & Iſtri, & Heracleæ, & in aliis vrbibus accidit. Nam qui magiſtratuum participes non erant, rebus nouãdis ſtuduerũt, donec ipſi etiam participes ſunt: fratres quidem maiores natu prius, poſterius vero iterum minores. non enim magiſtratum obtinent in nonnullis locis pater & filius: in quibuſdam frater natu maior, & natu minor. Atq; illic quidem reip. adminiſtratio, ciuilior facta eſt. Iſtri vero in domocratiam euaſit. At Heracleæ à paucioribus potentibus ad ſexcentos tranſlata eſt. Mutata etiam in Cnido oligarchia eſt, cum viri ipſi illuſtres ac nobileis ab eis diſſediſſent, propterea quod pauci reip. adminiſtrationis participes erant: &, quemadmodum dictum, eſt ſi pater magiſtratum obtinebat, filius è magiſtratu excludebatur: &, ſi plures fratres erant, ſoli natu maximo aditus ad magiſtratus patebat. Nam cum populus eos inter ſe diſſidenteis ac diſcordanteis occupaſſet atque oppreſſiſſet, & ex illuſtrium virorum numero ducẽ cepiſſet: impetu facto eos adortos profligauit, rerumq; potitus eſt: imbecillum enim eſt id omne, quod diſcordat. Et Erythris regis Androcli poſteris oligarchiam obtinentibus, priſcis illis temporibus, quamuis ea quæ ad rempubl. pertinerẽt, bene procurarent: indigne ferens tamen populus,

pulus, quod paucorum imperio ſubiectus eſſet, reip.adminiſtrandæ formam mutauit. Mutantur autem oligarchiæ etiam ipſorum paucorum potentium culpa, cum propter cōtentionis ſtudium populo blandiuntur atque aſſentantur. Duplex autē popularis blanditia eſt: vna, quæ in ipſis paucis potentibus vertitur. Exiſtit.n. blandus populi ductor, & pene dicam, aſſentator, etiāſi pauci admodum ſint quibus blandiatur: ver.gr. Athenis in triginta viris Charicles viguit ac valuit, dum triginta viris populariter blanditur: & in quadringentis Phrynichus eodem modo. Altera, cū turbæ & fæci populi blandiuntur & aſſentantur pauci diuites imperium obtinentes: vt Lariſſæ ciuium cuſtodes, qui politophylaces dicuntur à Græcis: quia ipſi à plebe legebantur, populi turbam & infimam multitudinem colebant. Quod etiam fit in iis omnibus oligarchiis, in quibus non hi legendorum magiſtratuum ius habent, ex quorum corpore aut ordine ſumūtur magiſtratus: ſed magiſtratus quidem fiunt ex amplis & magnis cenſibus aut ſodalitatibus: verum eligunt eos aut milites leuioris armaturæ, aut populus (quod Abydi contigit) & vbi rebus iudicandis non præſunt ij, qui remp. adminiſtrant. colentes enim populum iudiciorum gratia reip.adminiſtrandæ formam in democratiam commutant, quod Heracleæ, quæ in Ponto eſt, accidit. Præterea cum aliqui oligarchiam ad pauciores trahunt. Nam qui æqualitatem quærunt, auxilū populi aduocare, ſibiq; aſciſcere coguntur. Fiunt aūt oligarchiæ conuerſiones etiam, cum pauci potentes, qui rempublicam mode-

moderantur, rem ſuam familiarem conſumſerunt intemperanter viuendo. Etenim tales homines rebus nouis ſtudent: & aut ipſi tyrannidem occupant, aut alium tyrãnum parant: quemadmodum Hipparinus Dionyſium Syracuſis. & Amphipoli quidam, cui nomen erat Cleotimo, Chalcidenſium inquilinos in vrbem adduxit: eoſq;, cum veniſſent, locupletibus infenſos reddidit, atq; in eos incitauit. Et in Ægina is, qui negocium illud, quod ad Charetem attinebat, geſſit, reip. adminiſtrandæ formam mutare conatus eſt propter talem cauſam. Interdum igitur aliquid mouere & nouare conantur: interdum pecuniam publicam furantur, ex quo aut hi inter ſe diſſident & diſcordant: aut qui his remp. depeculantibus aduerſantur & repugnant: quod Apolloniæ accidit, eam dico, quæ eſt in Ponto. Conſentiens autem & conſpirans oligarchia non facile ex ſeipſa interit, cui rei indicio eſt Pharſaliorum reip. adminiſtratio. Illi enim cum pauci ſint, in multos dominatum obtinent, quoniam ſeipſi bene gerunt. Iam vero frangitur paucorum potentatus, cum in oligarchiam alteram oligarchiam inſerunt. hoc autem eſt, cum ad paucos contracta reipub. adminiſtratione, ampliſſimorum magiſtratuum omnes pauci non ſunt participes. quod aliquando Elide accidit. Nam cum reſp. à paucis ſenatoribus adminiſtraretur, pauci omnino fiebant ſenatores: & quia perpetui erant, cum eſſent nonaginta: & quia electio erat dynaſtiæ propria, eorumque qui Lacedæmone ſunt, ſenatorum electioni ſimilis. Fit porro etiam in bello & in pace oligarchiarum mutatio: in

P bello

Digitized by Google

bello quidem,dũ propterea, ꝙ populi fidem habent ſuſpectam,militib. externis coguntur vti.cui enim exercitum tradiderint, hic ſæpenumero tyrannus efficitur:quemadm. Corinthi Timophanes.Quod ſi plures fuerint,hi ſibi dynaſtiam aſciſcunt:interdum vero hæc veriti,cum multitudine reip.adminiſtrationem communicant,propterea quod neceſſe habent populo vti. In pace autem, propterea quod mutuo fidem non habent,cuſtodiam corporis externis militib. & principi inter eos medio trahunt & committunt, qui fit interdum vtriuſque partis dominus. Quod Lariſſæ accidit,Aleuadis Samiis principatum obtinentibus: & Abydi,ſodalitatibus inſtitutis : quarum vna erat ea,quæ fuit Iphiadæ. Oriuntur autem ſeditiones etiam ex eo, quod alii ab aliis contumelioſe tractentur & vexentur iis ipſis qui imperium habent:& ex eo,quod factioſe iactentur ac circumueniantur in nuptiis, & in actionib. iudicialibus (verbi gratia) ex cauſa nuptiali ſeditiones, quas ante diximus,tanquam ex fonte manauerunt.Oligarchiam porro Eretrienſem,quam equites obtinebant,Diagoras ſuſtulit ac deleuit,quod in nuptiis iniuriam accepiſſet. Seditio vero, quæ Heracleæ exarſit,ex iudiciali ſentẽtia orta eſt:& ea quæ Thebis, ex eo quod ob crimen adulterii pœnas iuſtas quidem illas,ſed nimis acerbas ſumpſiſſent Heracleenſes principes deEurytione; Thebani de Archia. Contenderunt enim eius inimici, atque odio ſuo peruicerunt,vt in foro vinctus numellæ aſtringeretur. Multæ denique oligarchiæ, quia nimis erant ſæuæ, & dominorum in ſeruos imperiis

riis ſimiles,à quibuſdam remp. communiter administrantibus: talem ſæuitiam ægre ferentibus, fractæ & diſſipatæ ſunt: quemadmodum quæ in Cnido, & quæ in Chio erat oligarchia. Fiunt autem etiam ab euentis, tum eius reip. adminiſtrationis,quæ politia appellatur:tum oligarchiarum commutationes,earum omnium ſcilicet, in quibus ex cenſu in ordinem ſenatorum,& numerum iudicum aſcripti, conſultandi & iudicandi munere funguntur,alioſque magiſtratus gerunt. Sæpenumero enim qui primo fuit cenſus præſcriptus ac præfinitus,& ad præſentia tempora accommodatus,vt in oligarchia, pauci in politia,medii magiſtratus obtinere poſſent,reb.proſperis,& ad voluntatem ciuium fluentibus, vel propter pacem vel propter aliam ſecundam fortunam, contingit vt eædem rei familiaris facultates multo maiore cenſu ſint æſtimandæ, ita vt omnes omnium magiſtratuum ſint participes. fiatque mutatio reip. adminiſtrationis interdum occulta quadam acceſſione,& ſenſum fugiente incremento, & paulatim: interdum citius.Oligarchiæ igitur conuertuntur,ciuitateſque ſeditionibus iactantur ac fluctuant propter taleis cauſas. Omnino autem etiam democratiæ & oligarchiæ interdum de ſuo ſtatu graduque deturbatæ migrant non in cõtrarias reipub.adminiſtrandæ formas: ſed in eas,quæ eodem genere continentur.ver.gr.ex democratiis & oligarchiis iuſtis ac legitimis fiunt reip.adminiſtrationes dominantes, hoc eſt, quæ in arbitrio nutuque paucorum & populi vertuntur,& ex his ille.

7. *De ſeditionibus & commutationibus ariſtocratiarum.*

IN ariſtocratiis porro ſeditiones exiſtunt, vel quia pauci honorum ſunt participes: quod etiam oligarchias mouere dictum eſt, quoniam ariſtocratia quodammodo ſit oligarchia. in vtraque enim pauci ſunt qui imperent: non tamen propter eandem rem pauci. nam videatur ſane propterea ariſtocratia eſſe oligarchia. hoc autem maxime euenire neceſſe eſt, cũ aliquantus eſt numerus hominum magnos ſpiritus gerentium, quaſi virtute ſimilium; quales fuerunt Lacedæmone ii, qui Partheniæ dicebantur: ex ſimilibus enim orti erant: quos cum manifeſto comperiſſent reip. inſidiari, eos Tarentum miſerunt in coloniam. vel cum aliqui à quibuſdam honoratioribus viris ignominia afficiuntur, qui ipſi magni viri ſint, & virtute nemine inferiores, vt Lyſander à regibus. vel cum aliquis animo virili ac robuſto, non eſt honorum particeps: vt Cinado, eum dico, qui Ageſilao regnum obtinente, coitione facta in Spartiatas impetum fecit.. Præterea cum alii magna egeſtate premuntur, alii valde ſunt locupletes & copioſi: quod maxime in bellis fieri ſolet. Accidit autem etiam hoc Lacedæmone ſub bellum Meſſeniacum; idque ex Tyrtæi poëſi, quæ Eunomia appellatur, cognoſcere licet. Cum enim quidam propter bellum rei familiaris anguſtiis premerentur, poſtulabant vt agri viritim diuiderentur, bonorumq; æquatio fieret. Præterea ſi quis magnus ſit, & qui maior etiam fieri poſſit, vt vnus & ſolus reip. præſit atque imperet: quemadmodum Lacedæmone videtur Pauſanias, qui bello Perſico exercitui

Digitized by Google

ercitui pręfuit:& Carthagine Hanno. Conuelluntur autem & intereunt maxime cum politiæ, tum ariſtocratiæ, propterea quod in ipſa reipub. adminiſtratione ius negligatur ac migretur. Principium autem atq; origo huius mali eſt, quod non bene mixtæ & coniunctæ ſunt in politia quidem, democratia & oligarchia: in ariſtocratia vero, hæc duo & virtus: ſed hæc duo maxime. Duo autẽ dico, populi & paucorum imperium. hæc enim & politiæ & multæ ex iis, quæ ariſtocratiæ dicuntur, inter ſe miſcere conantur. nam ariſtocratiæ à politiis, quæ nominantur, hoc differunt. Et propter hãc cauſam earum aliæ ſunt minus firmæ minusq; permanentes, aliæ ſtabiliores & permanentiores: eas enim, quæ magis ad oligarchiam inclinant ac propendent, ariſtocratias appellant: quæ magis ad multitudinem, politias. Quocirca tales aliarum omnium ſunt ſtabiliſſimæ. Nam & quod numero ſuperat, potentius eſt: & homines cum æqualeis parteis obtinent, æquiore animo ſunt, magiſque præſenti reip. ſtatu contenti. Locupletes autem, ſi reip. adminiſtrãdæ forma excellentiam largiatur, ſtudium ſuum ad contumelioſa facinora, & cupiditates immoderatas atque iniuſtas conferunt. Omnino in vtramcunque partem reipublicæ adminiſtrandæ ratio inclinarit, in eam traducitur, vtraq; id quod proprie ſuum eſt, amplificante atq; augente (verbi gratia) politia quidem in democratiam, ariſtocratia vero in oligarchiam, aut in contrarias (verbi cauſa) ariſtocratia quidem in democratiam (nam quorum res familiaris anguſtior eſt, tanquam iniuriam accipientes, rempub. tra-

hunt in contrarium) politiæ vero in oligarchiam. id enim ſolum permanens eſt & firmum, quod ex dignitate æquale eſt, & per quod ſua cuiq; obtinere licet. Euenit autem id quod dictũ eſt, Thuriis. Nam quia magiſtratus deferebantur ex ampliore & maiore cenſu, res ad anguſtiorem & minorem redacta eſt, & ita ad plureis magiſtratus. Iam vero propterea quod nobiles totius ſoli Thurienſis agros præter legem coemerant & poſſidebant (nam eorum reip. adminiſtrandæ ratio erat plus nimio oligarchica: atque iccirco facile poterant ſuperiora omnia habere, & immenſas atque immoderatas opes ſibi parare) populus in bello exercitatus, cuſtodiis & præſidiis eorum potẽtior ac ſuperior euaſit, donec ij omnes qui plura poſſidebant, agris ceſſerunt. Prȩterea quoniam omnes reip. adminiſtrandæ formȩ ariſtocraticæ, ſunt oligarchicæ; magis ſolent & poſſunt nobiles immoderatas opes per iniuriam ſibi comparare: & Lacedæmone reifamiliaris facultates ad paucos perueniunt: & nobilibus licet magis quicquid libet facere, & affinitatem cum quo velint contrahere. Quapropter & Locrorum ciuitas interiit ex affinitate cum Dionyſio contracta: quod neque in democratia contigiſſet, neque in ariſtocratia bene mixta ac temperata. Maxime autem ariſtocratiæ latenter & occulte mutantur, ita vt non ſentiatur mutatio, quia paulatim diſſoluantur: quod vniuerſe de omnib. reip. adminiſtrãdæ formis antedictum eſt, mutationum cauſam eſſe parua negligere. Cum enim aliquid eorum, quæ ad remp. pertinent, proiiciunt ac deſerunt, poſtea etiam aliud

liud paulo maius facilius mouent, donec omnem ordinem atq; ornatũ reip. conquaſſarint. Euenit porro hoc ẽt in Thuriorum reip. adminiſtratione. nam cum lex eſſet, ne quis prętor eſſet, exercituiq; præeſſet, niſi quinqennio intermiſſo: iuuenes quidam bellicoſi natura, vſumque rei militaris conſecuti, & apud cuſtodiarum pręſidiorumque multitudinem bonam exiſtimationem ac virtutis opinionem nacti, contenti iis, qui rebus gerendis erant præpoſiti: & putantes fore, vt quod habebant in animo, facile obtinerent, eoſque qui ſibi obuiam ire conarentur, comprimerent & coercerent: hanc legem primum ſoluere conati ſunt, iiſdem vt liceret perpetuo pręturam obtinere, exercituiq; præeſſe, cum populum viderent ſibi libẽrer ſuffragaturum. magiſtratus autem & principes his rebus præfecti, qui ſymbuli, hoc eſt, conſultatores ſeu conſiliarii dicebantur, primum aduerſari, & obuiam ire conati: adducti ſunt poſtea, vt ab incepto deſiſterent, & quieſcerent, exiſtimantes fore, vt ij hac lege ſublata, cæteram reip. adminiſtrationem ſuo loco manere ſinerẽt. Poſtea vero cum aliis rebus in rep. tentatis, & moueri cœptis, prohibere vellent, nihil profecerunt, nihilq; aſſecuti ſunt: ſed totius ordo reip. adminiſtrandæ in dynaſtiam eorũ, qui res nouas, moliti fuerant, mutatus eſt. Omnes autem reip. adminiſtrandæ formæ franguntur atque intereunt modo ex ſe, & à cauſis internis: modo extrinſecus, & à cauſis externis. à cauſis internis, cum ſeditiones excitãtur: ab externis, cum vicina & propinqua eſt reip. adminiſtrandæ forma contraria: aut longe diſtat

quidem illa, ſed eſt potẽs & copiis inſtructa: quod accidebat Athenienſibus & Lacedemoniis principatum Græciæ obtinentibus. Nam Athenienſes quidem vbiq; oligarchias tollebant: Lacones vero democratias. Vnde igitur reip. adminiſtrandæ formarum mutationes & ſeditiones oriantur, fere dictum eſt.

8. *De ſalute & omnium communiter, & ſeparatim vniuſcuiuſq; reipublicæ adminiſtrandæ formæ, & accommodata ad eam rem præcepta.*

De ſalute autem & omnium reip. adminiſtrãdæ formarum communiter, & vniuſcuiuſque ſeparatim, conſequens eſt vt dicamus. Primum igitur perſpicuum eſt, ſi ea quæ ſunt pernicioſa ac peſtifera reip. adminiſtrandæ formis, teneamus: ea quoque nobis eſſe nota, quæ ſunt his ſalutaria. Contrariorum enim efficientia ſunt contraria. At interitio ſeu pernicies ſaluti contraria eſt. In reip. igitur adminiſtrandæ formis bene temperatis, cum videndum ſit, ſiquid aliud, nequid ciues cõtra leges faciant: tum maxime cauendum, ne id quod paruum eſt, negligatur, neve in re parua peccetur. Occulte enim ſerpit ac ſe inſinuat legũ violandarum, atque inſtitutorum ciuitatis negligendorum conſuetudo: quemadmodum facultates reifamiliaris parui ſumptus exhauriunt, ſi ſæpe fiant. Non apparet autem commutatio, quia non profunditur vniuerſa: decipitur enim ab iis rebus mens, tanquam falſo quodam ſyllogiſmo: cuiuſmodi eſt ſophiſtica ratio. Si vnumquicque paruum

uum eſt,ergo & omnia. hoc autē eſt vt ſit verum, eſt vt nō ſit. Totum enim & omnia non ſunt parua,ſed ex paruis componuntur. Huic igitur principio ſtatim opponenda cuſtodia & cautio eſt. Deinde iis, quæ callide & captioſe ad multitudinem fallendam comparantur, fides haberi non debet à factis enim redarguuntur ac refelluntur. Qualeis aut dicamus callidas & artificioſas reip. adminiſtrationum captiones, ante dictū eſt. Præterea intelligendum eſt, nonnullas non ſolum ariſtocratias, verumetiam oligarchias manere:non quod ſtabiles & tutæ ſint reip. adminiſtrationes, ſed quod ij,qui magiſtratus & imperia obtinent, recte ſe gerunt tum aduerſus eos, qui remp. communiter adminiſtrant:non inferenda iis,qui reip. adminiſtrationis non ſunt participes, iniuria: iis, qui ſunt in numero priuatorum ad principatum apti, ad reip. adminiſtrationem vocandis:iis quidem, qui ſunt honoris & laudis cupidi, nulla iniuria,quæ infamiam coniunctam habeat,afficiendis:plebe vero & multitudine nulla, quæ lucrum imminuat,damnumve inferat;iis,qui reip. adminiſtrandæ ſunt participes, populariter & comiter tractandis. Quod enim in populo & multitudine quærunt populares,æquale:hoc in ſimilibus non modo iuſtum,verum etiam vtile eſt. Quo circa ſi plures remp.adminiſtrent, multa inſtituta, multæque leges populares ſunt vtiles (qualis eſt,ſemeſtres eſſe magiſtratus) vt omnibus,qui ſimileis ſunt, ad rempúbl. adminiſtrandam magiſtratuſque gerendos,pateat aditus.Similes enim iam inſtar populi ſunt. Quo fit,vt ſæpe populares orato-

Digitized by Google

res & aſſentatores inter hos exiſtant, quemadmodum ante dictum eſt. deinde hoc pacto minus in dynaſtias incidunt oligarchiæ & ariſtocratiæ. Non enim ſimiliter facile eſt iis, qui breue tempus imperant, ſummæ rei detrimentum aliquod importare: factiſq; aut conſiliis improbis nocere: atque iis, qui diu. Nam propter hanc cauſam in oligarchiis & democratiis tyrannides exiſtunt. Aut enim qui ſunt in vtraq; reip. adminiſtrandæ forma maximi, impetu facto tyrannidem occupant: hic quidem populares oratores, & plebis aſſentatores, illic vero dynaſtæ: aut qui maximos magiſtratus gerunt, cum diu imperium obtinent. Seruantur autem reip. adminiſtrandæ formæ, non ſolum quod longe abſint ab iis, quæ perniciem atq; interitum afferunt: verum etiam interdum, quod propinquæ ſint. Dum metuunt enim, ſtatum reip. accuratius ambabus (vt ita dicam) manibus atq; adeo mordicus retinent. Itaq; oportet eos, quibus reip ſtatus curæ eſt, terrores quoſdam ciuibus opponere, vt ſibi caueant, neq; diſſoluant tanquam nocturnam vigiliam, ſic reip. adminiſtrationis cuſtodiam, & quod longe diſtat, prope admouere ac repræſentare, & veluti ob oculos ponere, præterea & nobilium contentiones ac diſcordias conandum eſt legibus multo ante coercere: & eos qui à contentione ſunt immunes, priuſquam in contentionem incidant, præmunire. Nam malum à principio oriens cognoſcere, non eſt forte oblati neq; cuiuſlibet hominis: ſed ad ciuitatẽ regendam apti & idonei viri. Ad eam autem mutationem, quæ propter cenſus ex oligarchia & politia fieri

ſolet,

ſolet,cum hoc euenerit, manentibus quidem iiſdem cenſibus ad honores obtinendos præfinitis, ſed aucta re nummaria: vtile eſt cenſus communis,ſeu publici magnitudinem ad prçteritum cenſum ſpectare,in iis quidem ciuitatibus, in quibus quotannis ciues cenſentur, quotannis in maioribus vero tertio aut quinto quoque anno:&ſi cenſus ſit multis partibus maior,hoc eſt, multiplex: aut multeſimus,hoc eſt, multis partibus ninor cẽſu priore, ad quem cenſum æſtimationes in hac reipu. adminiſtrandæ forma initio inſtitutæ fuerunt: legem ferri,qua lege cenſus vel intendantur, vel remittantur. ſi præſens cenſus antiquum ſuperet, intendantur æſtimationes pro multiplicatione & incremento cenſus: ſin decreuerit, remittantur & minuantur pro decretione ac deceſſione. Nam in oligarchiis & politiis, ſi hoc modo hæc non faciant, hoc eſt, ſi cenſibus minoribus factis atque imminutis priuatorum æſtimationes ad honores petendos non remittant: accidet vt hic quidem oligarchia, illic vero dynaſtia naſcatur: ſi altero modo non agant (hoc eſt, ſi auctis cenſibus æſtimationes non intendant) eueniet vt ex politia, democratia: ex oligarchia, politia aut democratia fiat. Commune autẽ præceptum eſt & in democratia,& in oligarchia, & in monarchia, & in omni deniq; reip. adminiſtrandæ forma, neq; nimis augere quenquam præter commenſum,& conuenientem modum opotere; ſed conari paruos, eoſdemque diuturnos honores deferre potius,quam breueis& magnos. deprauantur enim his & corrumpuntur ciues: & ſe-

cundas

cundas res ferre non cuiuſuis hominis eſt. Quod ſi aliter factum ſit, non poſteaquam vniuerſos honores in vnum aliquem effuderint rurſum adimere vniuerſos: ſed ſenſim & paulatim: & maxime quidem conari legibus ita ciueis inſtituere atque erudire, vt nemo in vrbe exoriatur longe cæteris antecellens potentia, neque amicorum, neque pecuniarum. Sin aliter euenerit, eos peregrinari iuſſos è ciuitate ſummouere. Quoniam autem etiam in vita priuata res nouas quærunt, certum magiſtratum in vrbe conſtituere oportet, eos qui inutiliter ad reipu. adminiſtrationem viuant, exploraturum atq; inſpecturum: in democratia ad democratiam, in oligarchia ad oligarchiam itemque in vnaquaq; reip. adminiſtrandæ forma. Tum partem ciuitatis proſperitate vitæ, & ſecunda fortuna exſultantem & ferocientem, viciſſim cauere propter eaſdem cauſas. Cuius mali primum remedium eſt, particulis ciuitatis contrariis rerum agendarum curam mandare, imperiaque tradere. Dico autem contrarios eſſe viros æquos & bonos vulgo, egenteis locupletibus & copioſis: alterum, conari aut commiſcere, & confundere egentium multitudinem cum locupletibus, aut medios augere. Hoc enim dirimit ſeditiones ex inæqualitate orientis. Maximum autem eſt in omni reip. adminiſtrandæ forma, eam ita & legibus & reliqua inſtitutione ciuitatis domeſtica eſſe deſcriptam atq; ordinatam, vt non liceat magiſt. è rep. quæſtum facere. atque hoc maxime in oligarchiis obſeruandum eſt. Non .n. tam indigne fert multitudo ſe ab imperiis & magiſtratibus excluſi,
(quin-

(quinetiam lætantur, ſiquis ſinat eam in ſuis negotiis priuatis otioſe & ſine appellatione verſari) quam ſi putet eos, qui reip. præſunt, remp. depeculari & compilare. Et tum vtrumque ei dolorem affert, neque honorum ſe eſſe participem, neq; lucrorum. Vno autem modo contingere poteſt, vt ſit democratia ſimul & ariſtocratia, ſi quis hoc efficere ac præſtare poſſit, (fieri enim poſſit) vt & nobiles, & multitudo quod volunt vtrique, habeant. Omnibus enim licere reip. præeſſe, & gerere magiſtratus, populare eſt, & democratię conuenit. Nobilibus vero magiſtratus mandari, ariſtocratiæ proprium eſt. Hoc autem erit, cum ex magiſtratibus quæſtum facere non licebit. Egentes enim magiſtratus gerere nolent, eo quod nullum ex iis quæſtum facere liceat: ſed negotiis domeſticis inſeruire atque operam dare mallent. Poterunt locupletes, quia nulla pecunia publica præter domeſticam egeant. ita fiet vt egentes quidem locupletentur & diteſcant, quia in ſuis negotiis operibuſq; verſentur: nobiles vero non ſubiugãtur imperio humilium & contemtorum ciuium. Vt ne igitur ærarium compiletur, pecunia publica tradatur præſentibus ciuibus omnibus: & rationum exempla diligenter cum exemplari comparata, per curias & centurias, & tribus diſtributa reponantur. Vt autem ſine quæſtu gerantur magiſtratus, iis, quorum fides & induſtria in magiſtratu fuerit probata & ſpectata, honores oportet lege lata eſſe decretos. Iam vero in democratiis quidem, locupletibus parcendum eſt, non ſolum eorum fundis & prædiis, ſed etiã fructibus non diuidendis

dis viritim, atque ad alios transferendis: quod ſit in nonnullis reip. adminiſtrandæ formis, neq; tamen animaduertitur. Sed vtilius eſt iis, qui locupletium copias & opes imminuere ac decurtare volunt, eos cogere vt muneribus publicis fungantur ſumtuoſis quidem illis, ſed minime vtilibus: vt ludorum faciendorum curationibus, & lampadum præfecturis, & aliis huiuſmodi. In oligarchia vero egentium maxima cura habenda eſt, hiſque magiſtratus quæſtuoſi mandandi ſunt. Et ſi quis è numero locupletium eos contumelioſe lædat, grauiores in illos pœnæ debent eſſe conſtitutæ, quam ſi quis ex egentibus alterum egentem contumelia afficiat: & hæreditates non ex donatione, ſed ex gente & cognatione ad hæredes peruenire. neque idem plureis hæreditates, quam vnam debet cernere. Si enim & æquabiliores ſint reip. familiaris facultates: & plures egentes, copioſi & locupletes euadere queant. Vtile autem eſt tum in democratia, tum in oligarchia iis, qui reip. adminiſtrationis minus ſunt participes, aliarum rerum aut ęqualitatem, aut primas parteis dare. in democratia locupletibus, in oligarchia egẽtibus. veruntamen omnia imperia, in quibus totius reip. publicæ conſiſtit auctoritas, ac poteſtas, hæc ſolis iis aut pluribus ex iis, qui remp. adminiſtrant; committere atque in manus tradere.

9. *Alia eodem ſpectantia præcepta.*

TRIA autem debent habere ii, qui magiſtratus totius ciuitatis ampliſſimos, & penes quos eſt ſumma reip. poteſtas, geſturi ſunt: primum in reip. ſtatum beneuolentiam: deinde eius magi-

ſtratus

giſtratus, quem gerant, munerum obeundorum facultatem maximam: tertio loco virtutem & iuſtitiam in vnaquaque reip. adminiſtrandæ forma, pro cuiuſque reip. adminiſtrandæ forma. Nam ſi non idem ius quadrat ad omneis reipub. adminiſtrandæ formas, iuſtitia quoque differat neceſſe eſt. Habet autem res dubitationem ad explicandum difficilem, cum hæc omnia in eodem non concurrunt, quæ ſit adhibenda diſtinctio: verbi gratia, ſi quis ad ducendum quidem exercitum, & rem militarem adminiſtrandam aptus ſit, ſed improbus, atque erga reip. adminiſtrandæ formam nō beneuolus: alter vero & iuſtus, & beneuolo in reipublicæ adminiſtrandæ formam animo, quo modo facienda ſit electio. Duo igitur videntur eſſe intuenda: cuius rei ſoleant eſſe omnes homines magis participes, & cuius minus. Quare in imperio militari mandando peritia vſque rei militaris potius, quam virtus ſpectari ſolet. rariores enim exſiſtunt boni imperatores, quam viri boni. In cuſtodia vero & quæſtura, contrarium. maiorem enim virtutem requirunt, quam qua vulgus hominum præditum eſt: ſcientia vero omnium communis eſt. Dubitare autem poſſit aliquis, ſi ſuppetat alicui & reipub. adminiſtrandæ facultas, & erga reip. adminiſtrādæ formam beneuolentia, quamobrem virtus deſideretur. his enim duobus inſtructus, faciet quæ ſunt è republica. An qui euenire poteſt, vt, qui hæc duo habent, ſint incontinentes? Itaque quemadmodum quidam tametſi ſcientiam habeant, & ſe ipſi ament ac diligant, ſibi tamen non conſulunt, neq; inſeruiūt: ita nihil vetat

Digitized by Google

vetat quominus hoc modo nonnulli erga remp. ſint animati. Omnino vero & vniuerſe, quæ legibus continentur, quæque vtilia reip. adminiſtrandæ formis eſſe dicimus: hæc omnia reip. adminiſtrandæ formas conſeruant. Et, quod ſæpe dictum eſt, maximum & primum elementũ eſt, diligenter obſeruare, & operam dare, vt quæ multitudo vult manere reip. ſtatum, ea plus valeat, quam quę non vult. Sed præter hæc omnia, non eſt ignorandum, quod nunc ignoratur ab iis reip. adminiſtrandæ formis, quæ ad extrema deerrarunt, medium. Multa .n. quæ popularia videntur, democratias ſoluunt & corrumpunt: multaque quæ ſunt oligarchiæ conſentanea, oligarchias. Hi autem hanc vnam eſſe virtutem exiſtimantes, ad id quod eſt nimium, trahunt ignorantes: quemadmodum naſus, quamuis ab eo recto, quod pulcherrimum eſt, aliquantulum ad aduncum aut ſimum deflexerit, adhuc tamen pulcher eſt, & ad aſpectum lepidus & venuſtus; ſed ſi quis eum intendat etiam magis ad id, quod eſt nimium: primum particulę mediocritatem amittet: deinde ad extremum eo deducet, vt ne ſpeciem quidem naſi habeat propter nimium & parum contrariorum. Eodemq; modo de aliis particulis corporis ſe res habet: ita & de aliis omnib. reipublicæ adminiſtrandæ formis ſentiendum. Etenim certo quodam modo fieri poteſt, vt oligarchia & democratia ſint tolerabiles, etiam ſi diſceſſerint aliquantum ab optimo reip. ſtatu atque ordine. Quod ſi quis vtramque earum magis ac magis intendat, quidem reip. adminiſtrandæ formam deteriorem efficiet: ad extremum

mum vero, vt nec reip. adminiſtrandæ forma ſit, efficiet. Quare non debet hæc ignorare ſcriptor legum, & vir politicus quales res populares conſeruent, qualeſque perdant democratiam: quales res oligarchiæ conuenientes, oligarchiam. Neutra enim earum poteſt ſine locupletibus & plebe conſtare neque permanere: ſed cum rei familiaris fuerit æquabilitas, alia reip. adminiſtrandæ forma ſit hæc neceſſe eſt. Itaque dum legibus ad pręſtantiam & exſuperantiam accommodatis delectantur: reip. adminiſtrandæ formam euertunt. Peccant autem & in democratiis, & in oligarchiis: in democratiis quidem, vbi penes multitudinem legum poteſtas eſt, blandi plebis ductores. nam dum locupleteis oppugnant, ciuitatem, quę maxime debet eſſe vna ſemper, in duas parteis ſcindunt ac diuidunt: in oligarchiis vero, oligarchiæ fautores. At contra oportet in democratiis populi ductores & magiſtros ſemper pro locupletibus dicere videri: oligarchiæ fautores in oligarchiis pro populo: atque hos, quos dixi, oligarchiæ fautores, iuſiurandum ei, quod nunc iurant, contrarium iurare. Nunc enim in nonnullis oligarchiis ita iurãt: Et in populum male animatus ero: & populo quicquid potuero mali incogitabo. At opus eſt eos exiſtimare, & præ ſe ferre, ac ſimulare contrarium, ſignificanteis in iuriſiurandi præſcripti verbis, ſe nullam populo iniuriam illaturos. Omnium autem eorum quæ dicta ſunt, ad rerump. diuturnitatem & ſtabilitatem maximũ eſt (quod nunc omnes negligunt.) puerorum educationem atq; inſtitutionẽ, ad reip. adminiſtran-

Digitized by Google

dæ formam eſſe accommodatam. legum enim vel vtiliſſimarum, & ab omnib in repub. viuentibus comprobatarũ, nullus eſt vſus, niſi ciues erunt eis aſſuefacti, atque ad eas eruditi in rep. adminiſtrãda, ſiquidem leges ſint populares, populariter: ſin autem oligarchiæ conuenientes, oligarchiæ conuenienter. Nam ſi in vno incontinentia eſt, etiam in ciuitate eſt. Non eſt aũt hoc eruditum eſſe ad reip. adminiſtrandæ formam, ea facere, quib. lætantur pauci imperium obtinentes: aut ij, quibus democratia cordi eſt. ſed hoc; didiciſſe & agere poſſe, quibus poterunt illi oligarchiam obtinere, hi in democratia viuere. Nunc autem in oligarchiis quidem, eorum qui reipub. præſunt, liberi, deliciis & luxuria diffluunt: egentium vero filii exercitati & laboribus aſſuefacti ſunt. Itaque eo magis & volunt res nouas moliri, & poſſunt. In democratiis vero iis qui exquiſite & accurate populi potentiam retinent, contrarium: atque quod reipub. conducit, inſtitutum eſt. Huius rei cauſa eſt, quod male definiunt libertatem. Duo enim ſunt quibus democratia videtur eſſe definita. vnum, vt reipub. poteſtas penes maiorem populi partem ſit: alterum, libertas. Nam quod iuſtũ eſt, id videtur eſſe æquum ſeu æquale: æquũ, vt quicquid multitudini viſum ſit, id ratum ſit. liberum autem & æquum eſt, quicquid velis facere. Itaque viuit vnuſquiſque in talibus democratiis vt vult, & quo libido trahit, vt ait Euripides. at hoc malum & vitioſum eſt. Nõ enim oportet exiſtimare ſeruitutem eſſe, viuere ad reip. adminiſtrãdæ formam accommodate, ſed ſalutem. Quibus igitur

cau-

cauſis mutentur reip. adminiſtrandæ formæ, & quibus intereant, & quibus rebus conſeruentur & permaneant, quod ſimpliciter & vniuerſe dicere licet, hæc ſunt tantum.

10. *De monarchia, & cauſis interitus eius.*

RELIQVVM eſt vt etiam de monarchia diſſeramus, & quibus rebus ſoleat interire natura, & quibus conſeruari. Fere autem iis quę diximus cæteris reipub. adminiſtrandæ formis euenire, ſimilia ſunt ea quæ regnis & tyrannibus accidunt. Nam regnum quidem ariſtocratiæ congruit, tyrannis vero ex oligarchia vltima & democratia componitur. Quapropter etiam iis qui ſub imperio viuunt, perniciosiſſima eſt, vt pote quæ ex duobus malis concreta ſit, & degreſſiones a recto, & peccata, quæ ab vtraque proficiſcuntur, contineat. Vtriuſque autem monarchiæ ortus vltimus eſt ſtatim ex contrariis. Regnum enim ad bonorum perfugium ac præſidium aduerſus populi iniuriam comparatum eſt, & conſtituitur rex ex viris bonis, vel qui virtute aut virtutis actionibus excellat, vel qui tali genere cæteris antecellat: Tyrannus vero ex populo & multitudine ſumitur aduerſus nobileis atque illuſtreis viros, ne quam populus ab iis iniuriam accipiat. atque hoc ex euentis intelligere licet. Nam plerique omnes fere tyranni ex leuibus populi cuſtodibus ac ductoribus facti ſunt (ſi dicere fas eſt) fidem apud populum conſecuti, claris & illuſtribus viris falſo criminandis & calumniandis. Aliæ enim tyrannides hoc modo conſtitutæ ſunt auctis iam ciuitatibus: aliæ ante

Digitized by Google

has ex regibus morem patrium migrantibus, ac violantibus, & imperium plus iuſto herile concupiſcentibus, exſtiterunt: aliæ ex iis quibus electione adhibita ſummæ auctoritatis ac poteſtatis magiſtratus mandati fuerant. olim enim munera publica & reip. procurationes faciebant diuturniores: aliæ ex oligarchiis vnum aliquem ſummi imperii compotem ad maximos magiſtratus per electionem promouentibus. His enim modis omnibus, tyrannidis occupandæ (ſi modo vellent) facultatem habebant: quia aliis poteſtas erat delata imperii regii, alii honoris: (exempli gratia) Phidon Argis alii, cum regnum eſſet, tyranni euaſerunt: qui vero in Ionia fuerunt, & Phalaris ex honoribus regis ad tyrannidem aditum ſibi compararunt. Panætius autem apud Leontinos, & Cypſelus Corinthi, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius Syracuſis, & alii eodem modo, ex blando populi ductu: demagogiam appellant Græci, quam tribunatum plebis dicere licet. Quemadmodum igitur diximus, regnum proxime ad ariſtocratiam ordine accedit. Nam aut ex dignitate eſt, ex virtute vel propria, vel generis, aut ex beneficiis ac meritis in ciuitatem, aut ex his omnibus cum potentia coniunctis. Omnes enim bene meriti de ciuitatibus, aut qui poterant de ciuitatibus aut gentibus bene mereri, hunc honorem conſequebantur: alii prohibito ac depulſo per bellum ſeruitutis pericula, vt Codrus: alii patria liberata, vt Cyrus: alii aut vrbe condita, aut propagatis imperii finibus agriſq; latis ac longinquis, ſiue prouinciis bello partis, quemadmodum Lacedæmonirum, & Ma-

& Macedonum, & Moloſſorum reges. Videtur autem rex cuſtos eſſe natura, vt ii quidem qui facultates & copias habent rei familiaris, nulla iniuria afficiantur: populus vero & multitudo nullis cõtumeliis vexetur. Tyrannis porro, quemadmodum ſæpenumero dictum eſt, nihil commune ſpectat: ſed omnia priuatæ vtilitatis cauſa facit. Propoſitum autem eſt tyranno quidem iucũdum, regi vero honeſtum. Quapropter & cum eorum modorum, quibus principes ſuperiora & plura habent, quam priuati: alter in pecuniis conſiſtat, alter in honore: plus habere pecuniarum, tyrannicum eſt: plus honoris magis regium: & cuſtodia regia, ex ciuibus & ſuis conſtat: tyrannica ex peregrinis & externis. Tyrannidem porro mala habere & ea quæ ſunt in democratia, & ea quæ in oligarchia, perſpicuum eſt. Nam quod diuitiæ ſunt ei extremum bonorum, quod intueatur & expetat, id habet ex oligarchia. ſolo enim hoc modo & cuſtodia, & luxuria permaneat neceſſe eſt: & quod multitudini nihil credat, icci rco & ei arma adimit. Et plebem infimam vexare, & ex vrbe eiicere, & veluti ſentinam exhaurire, atque aliò vbi habitet relegare: vtriuſq; commune eſt, oligarchiæ & tyrannidis. Ex democratia autem hoc mali contrahit, quod bellum gerat cum illuſtribus ac nobilibus, eoſque & oculte & aperte de medio tollat, & in exſilium pellat, tanquam de eadem arte certanteis artifices, & imperio ſuo obſtanteis. Ex his n. euenire ſolet, vt etiam inſidiæ naſcãtur, dũ alii eorum præeſſe & imperare volunt, alii ſeruire nolunt.

ſunt.ex quo fonte Periandri conſilium Thraſybulo datum manauit, ſpicarum ſupra alias eminentium mutilatio & quaſi decurtatio, proinde quaſi ciueis excellenteis ſemper de medio tollere oporteat. Quemadm. igitur fere dictum eſt, eadē principia, eaſdemque cauſas mutationum eſſe in aliis reip. adminiſtrandæ formis atque in monarchiis, exiſtimare oportet. Nam & propter iniuſtitiam, & propter metum, & propter contemtum, multi ex iis qui ſub imperio ſunt, monarchias impetu facto adoriūtur: ex omnib. aūt iniuriæ generib. propter contumeliā maxime: interdum tamen ēt propter priuationem bonorū. Sunt aūt iidem fines & tyrannidib. & regnis, qui & illis reip. adminiſtrandę formis propoſiti. Monarchiis enim magnitudo & amplitudo diuitiarum & honoris ſuppetit: quæ omnes homines concupiſcunt. Earum autem quæ fiunt in reges aut tyrannos impreſſionū aliæ fiunt in ipſorum principū corpus & caput: aliæ in principatum. Atque eæ quidem, quæ propter contumeliam fiunt, ad corpus pertinent. Contumeliarum aūt cum multa ſint genera, multæq; partes, vnaquæq; earum iram cōmouet. Iam vero eorum qui iraſcūtur, pleriq; fere omnes vlciſcendæ iniuriæ acceptæ gratia in alterum inuadunt, nō præſtantiæ. exempli cauſa, in Piſiſtratidas impetus factus eſt propterea quod Harmodii ſororē probro & dedecore affecerāt, & Harmodio ſtuprum inferre conati erant. Nam Harmodius propter ſororem, Ariſtogiton propter Harmodium, in eos impetum fecerunt. Inſidiati ſunt etiam Periandro Ambraciæ tyranno, propterea quod inter com-

compotandum cum vna eſſet puer, quem ille in delicijs habebat, quęſiuiſſet ab eo, eſſetne iam ex ſe prægnans? Iam Philippo à Pauſania iccirço vis illata eſt, quia eum impune contumelia & dedecore affectũ eſſe ab Attalo paſſus eſſet: & Amyntæ, qui cognomento paruus dictus eſt, à Derda, q. ſe in eius ætatem pucrilem glorioſe iactauiſſet: & Eunucho ab Euagora Cyprio. Nam propterea quod vxor ſibi ab illius filio ademta eſſet, eum interfecit, tanquam contumelia accepta. Multæ ẽt impreſſiones factæ ſunt in quoſdã principes monarchos, propterea quod alicui pudicitiam, corpore eius conſtuprato, eripuiſſent: verbi gratia, à Cratæo in Archelaum. Semper enim grauiter & moleſte ferebat, illum ſecum ſtupri cauſa commiſceri. Itaque quamuis longe minor eſſet hic prætextus, leuiorque hæc cauſa: fuit tamen ſatis idonea & iuſta, quod nullam ſibi ex filiabus in matrimoniũ dediſſet, cũ daturũ ſe promiſiſſet: ſed maiorem natu quidẽ, bello, ꝙ cum Sirra & Arrabæo gerebat, implicatus, Elimeæ regi deſpõdit: minorem vero Amynthæ filio, exiſtimans fore hoc pacto, vt ille præſertim ex Cleopatra natus minime à ſe diſſideret. ſed alienationis origo & principiũ fuit, quod grauiter tuliſſet; ſe eius libidini ad res venereas eſſe obſecutum. Vna cum eo illum adortus eſt etiam Hellanocrates Lariſſæus propter eandem cauſam. Vbi enim ſe ab illo, cui ſuæ ætatis florem vtendum fruendumque dederat, ab exſilio non reuocari vidit, cũ p̃ſertim ille ſe id facturũ pollicitus eſſet, conſuetudinem illam ſecum eſſe

ille ſibi ignoſceret, tanquam oblito, propterea quod cœnabat. Aliȩ ſunt propter contemtionem, quemadmodum quidam cum Sardanapalum cũ mulieribus nentem, & telam texentem vidiſſet (ſi vera ſunt hæc, quæ à fabularũ ſcriptoribus tradita ſunt) eum interemit: quod ſi in illo verum non eſt, at in alio eſſe poſſit. Et in Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit, propterea quod eum contemneret, cum videret & ciueis ita animatos, & ipſum ſemper ebrium. Et vero nonnulli ex amicis adoriuntur propter contemtum. nam propterea quod ſibi fides habetur, contemnunt, tanquam conſilium facinoris admittendi occultaturi. Et qui putant fore, vt poſſint principatum occupare & obtinere, quodam modo propterea quod contemnant, impreſſionem faciunt. Nam proinde quaſi poſſint, & quia periculum contemnunt propter potentiam, facile aggrediuntur: quemadmodum qui præſunt exercitui, in eos principes, qui ſoli imperant, irruunt: exempli cauſa, Cyrus in Aſtyagem, & vitam eius contemnens, & copias: propterea quod milites quidem otio & inertia corrupti, ipſe vero mollitia & luxuria liquefactus erat. Et Seuthes Thrax cum eſſet imperator, in Amadocum. Alii pluribus cauſis ad facinus ſuſcipiendum impelluntur, vt qui contemnunt, & lucri ſtudio ducuntur: vt Mithridates in Ariobarzanem. Maxime autem propter hanc cauſam id facinus ii aggrediuntur, qui cum ſint audaces & prȩfidentes natura, eos qui ſoli principatum obtinẽt, honorem ex ſcientia rei militaris conſecuti ſunt. Fortitudo enim poteſtatem nacta audacia eſt: quib. ambabus rebus freti, tanquam facile victo-

Digitized by Google

ria potituri, in eos inuadunt. Eorum autem, qui laudum & gloriæ ſtudio inflammati aggrediuntur ad tollendos principes, alius cauſæ modus eſt ab iis, qui antę expoſiti ſunt. Non enim, vt nonnulli tyrannos adoriuntur, quia vident eos ingentibus diuitiis, & amplis honoribus circumfluere: ita & eorum, qui propter laudis & gloriæ cupiditatem, impetum in illos faciunt, vnuſquiſq; conſilium capit adeundi periculi. ſed illi quidem propter eam cauſam, quæ ante dicta eſt: hi vero tanquam aliqua alia actione à ſe ſuſcepta egregia & præſtanti, & propter quam apud alios celebritatem & claritatē nominis ſempiternam ſibi comparabunt, ita monarchias adoriuntur: non quod ſingularem principatum, ſeu (vt Græci nominãt) monarchiam concupiſcant, ſed gloriam. Veruntamen pauciſſimi numero ſunt, quos hæc cauſa ad impreſſionem faciendam impellat. Oportet enim hoc ante eſſe poſitum, de ſalute nihil laborare, niſi rē confecta: quos debet quidem Dionis exiſtimatio comitari: ſed non facile eſt eam in multis innaſci. Ille enim cum parua manu aduerſus Dionyſium ſe cōtulit, cum hoc animo ſe eſſe diceret, vt quoquo progredi poſſet, eatenus actionē ſuſceptam perducere ſatis haberet: verbi gratia, ſi ſtatim vt terram illam leuiter attigiſſet, ſibi aliquo caſu moriendum eſſet, hãc mortem, vt honeſtam & pręclaram, ſe ęquo animo laturum. Interit autem tyrannis vno quidem modo, vt & vnaquaque aliarum reip. formarum, extrinſecus & à cauſis externis, ſi ſit aliqua aduerſaria reip. adminiſtrandæ forma potentior. voluntatem enim præſto futuram perſpicu-

ſpicuum eſt propterea, quia conſilia inter ſe contraria ſunt Quę autem volunt, cum etiam poſſunt ea agunt omnes. Contrariæ autem ſunt reip. administrandæ formæ, democratia & tyrannis, vt figulus figulo, quemadmodum inquit Heſiodus. nam democratia extrema tyrannis eſt. Quocirca plurimas tyrannidas Lacedæmonii diſſiparunt: & Syracuſani, quo tempore ſuam remp. bene administrabant. Altero vero modo euertitur tyrannis, ex ſeipſa, cum ii, qui eius ſunt participes, inter ſe diſcordant ac diſſident: quemadmodum Gelonis tyrannis, & nunc Dionyſii. nam Gelonis quidem tyrannis eo aduerſa eſt, quod Thraſybulus Hieronis frater, Gelonis filium popularium populi ductorum more blanditiis deliniebat, & ad voluptates incitabat, vt ipſe imperaret: cum autem neceſſarii cõſpiraſſent & coiuiſſent, vt ne tyrannis funditus euerteretur, ſed ſolus Thraſybulus: nonnulli ex iis altera ex parte coitione facta, tanquam occaſionem nacti, eos omnes exegerunt. Dionyſium autem Dion, cum eſſet ei affinitate coniunctus, comparato exercitu, & populo ſibi adiuncto, illum quidẽ eiecit, ſed paulo poſt interfectus eſt. Cum ſint aũt cauſæ duę, propter quas maxime ad tyrannidas tollendas aggrediuntur, odium, & contemtus: horum quidem altero digni ſunt tyrãni, nempe odio: verũtamen ex eo, ꝙ contemnentur, multæ naſcũtur tyrannidum euerſiones. cuius rei hoc argumentũ eſt. Nam pleriq; ex iis, qui imperia pepererũt, etiam retinere ac tueri potuerũt: q vero à maiorib. acceperunt, ſtatim fere oẽs amiſerunt.

ſerunt. Nam dum libidinoſe ac voluptarie viuũt: & contemti fiunt, & multas iis, qui adoriri volũt, occaſiones adoriendi præbent. Odii autem particulam etiam iram ponere oportet. Nam quodam modo earundem actionum cauſa efficiens eſſe ſolet. Quin ſæpenumero etiam ad agendum maiorem vim habet, quam odium: contemtius enim adoriuntur, quod perturbatio rationem in conſilium nõ adhibeat. Maxime autem euenit, vt homines ob contumeliam iræ pareant atque obſequantur: propter quam cauſam Piſiſtratidarum tyrannis diſſipata fuerit, tum multæ aliæ: ſed magis propter odium. Nam ira quidem cum dolore coniuncta eſt. Itaque non eſt facile ratiocinari ira dominante. inimicitiæ vero doloris ſunt expertes. Atque vt in ſumma dicamus, quot cauſas eſſe diximus & oligarchiæ meræ, atque vltimæ, & democratiæ extremæ euertendæ, tot etiam tyrannidis ſtatuendæ ſunt. Etenim hæ reip. adminiſtrandæ formæ, ſunt quædam diſiunctæ & diuiduæ tyrannides. Regnum autem minime extrinſecus quidem interit. quocirca & diuturnum eſt. intrinſecus vero, & ex ſeipſo multæ ei interitiones, multaque quaſi fata imminent. At duobus ſane modis interit: vno modo, ſi diſcordarint inter ſe, qui ſunt regni participes & amici regum: altero, vbi reges conantur aliquanto magis, quam par ſit, tyrannice remp. adminiſtrare: & vbi poſtulant penes ſe plurium rerum, quam fas ſit, eſſe poteſtatẽ, & contra legem. Non exſiſtunt porro amplius his temporib. regna: ſed ſi forte, potentiæ ſingulares, hoc eſt, monarchiæ & tyranides potius oriuntur,

quia

quia regnum eſt imperium voluntarium, & ſummam rerum plus nimio magnarum auctoritatem ac poteſtatem obtinens: multi autem ſunt ſimiles nulluſq; exoritur ita cæteris antecellens, vt imperii magnitudini & dignitati ſit par & æqualis. Itaque propter hanc cauſam homines ſpõte quidem ſua regnum non ſufferunt. Quod ſi quis dolo aut vi imperium adpiſcatur, hoc iam videtur tyrannis eſſe. Regnorum autem eorum, quæ ex genere ad poſteros perueniunt, interitionis hanc etiam cauſam præter eas, quas expoſuimus, ſtatuere oportet, quod multi exoriantur contenti, & qui, cum opibus & copiis tyrannicis non ſint inſtructi, ſed honore regali decorati, ciueis ſuos contumelioſe vexent. Tum enim facilis eſt regni euerſio. Nam ſi nolint, continuo non erit rex: at tyrannus, etiam ſi nolint Intereunt igitur monarchiæ propter has & taleis alias cauſas.

II. *Quibus rationibus ſeruari monarchia ſoleat.*

SERVANTVR autem ſcil. vt ſimpliciter quidem & vniuerſe dicam, contrariis: vt ſingillatim vero, regna quidem ſi ad mediocritatem & moderationem adducãtur. Quanto.n. paucioꝝ rerum penes principes ſit poteſtas, tanto diutius omnis principatus maneat neceſſe eſt. nam cũ ipſi minus fiant dominorum moré imperioſi, tũ morib. efficiuntur magis ad æquitatem æqualitatemq; propenſi, tum ciuib. minus ſunt inuidioſi. Propter hãc cauſam enim & regnum Moloſſorum diu incolume permanſit: & regnum Lacedęmoniorum: propterea quod imperium & ab initio in duas parteis diuiſum fuerit, & iterum poſtea Theopompus cum multis aliis in rebus moderationem

ad-

Digitized by Google

adhibuerit, tum in ea re, quod Ephororum imperium illi oppoſuerit. imminuta enim regni poteſtate, tempus auxit. Itaq; id quodammodo non minus, ſed maius fecit, ꝙ eũ & vxori ſuæ reſpondiſſe ferunt; cum ab eo quæſiuiſſet obiurgans, ecquid eum puderet regnum minus filiis tradere, quam à patre accepiſſet? Non pudet vero, inquit, trado enim diuturnius. Tyrannides autem duobus modis maxime inter ſe contrariis ſeruantur: quorum alter eſt is, qui traditus eſt, & quo pleriq; tyranni imperium adminiſtrant. Atq; ex his multa inſtituiſſe Periandrum Corinthium ferunt: multa etiam talia à Perſarum imperio ſumere licet. Sunt autem & ea, quæ ſupra à nobis expoſita ſunt, ad tyrannidis, quoad eius fieri poteſt, ſalutem appoſita & vtilia, præſtantium virorum excellentiã imminuere, quaſique decurtare, & feroceis magnique ſpiritus homines de medio tollere, & neq; conuiuia publica ferre, neque ſodalitates: neq; diſciplinas, neq; quicquam tale: ſed illa omnia, vnde duo proficiſci ſolent, ſpiritus feroces & fides, cauere: & neque cœtus eruditos, neque alios conuentus & conſeſſus otioſos eſſe ſinere: omnia denique facere, quibus quam maxime inter ſe ignoti omnes erunt: cognitio enim facit vt maior ſit fides mutua: & dare operam vt ciues, qui non abſunt peregre, ſemper ſint in promtu & in oculis, & verſentur in foribus. ſic enim & minime obſcurum fuerit, quid agant quidque moliantur: & paruos humileiſq; ſpiritus ſumere aſſueuerint, ſemper ſeruientes. & cætera quæcunque ſunt huiuſmodi,

Digitized by Google

modi, Perſica & barbara, ſunt tyrannica. Omnia enim idem valent. Tum perficere ne ſint occulta neq; obſcura quæcunq; qs forte vel dicat vel agat ex iis, qui ſub imperio ſunt: ſed præſto ſint ſpeculatores, quales erant Syracuſis, qui potagogidæ appellabantur: ſic dicti, quod omnia, quæ Syracuſis agebantur, atq; adeo cogitabantur, acerrime anquirebant, & tyranno referebant ac renuntiabant. Solebat etiam Hiero ſubauſcultatores quoſdam, qui à re ipſo otacuſtæ dicebantur, quod omnib. rebus & agendis & dicendis aureis admouerent, emittere, vbicunq; aliquis hominum cœtus eſſet, aut ciuium conuentus aut congreſſus. Nam tum & minus audent libere loqui, quod taleis homines pertimeſcant, & ſi libere loquantur, minus occulti ſunt. Vtile etiam eſt tyranno inter ciueis ſerere diſcordias, eoſq; inter ſe committere, atque offenſos reddere & amicos amicis, & populũ nobilibus, & diuiteis inter ſe. tum ciueis pauperare tyrannicum eſt, vt neq; præſidium ab ipſo alatur, ſed à ciuibus, & in negocio atq; opere quotidiano occupati, nihil habeant otii reliquum ad inſidiandum. Huius rei exemplum præbent pyramides, quæ ſunt in Ægypto, & Cypſelidarum Coloſſi, donaque diis conſecrata, & ædes Iouis Olympii à Piſiſtratidis ædificata, & opera Samia à Polycrate facta. Hæc enim omnia ad vnum & idem valent, nempe ad ciuium occupationem & paupertatem. Eiuſdem generis eſt & tributorum collatio, vectigaliũq; pẽſitatio: quemadm. fiebat Syracuſis. Nam tyrannidẽ obtinente Dionyſio, eueniebat vt omnis res cuiuſque familiaris tributo conferendo, quin-

quinquennio eſſet exhauſta. Eſt etiam bellorum geſtor tyrannus, vt ſint occupati, & continenter duce egeant. Præterea regnum quidem ſtudio & opera amicorum ſeruatur: tyranni autem proprium eſt maxime amicis non credere, quaſi omnes quidem tyrannidem euertere velint, hi autem maxime poſſint. Et quæ in extrema democratia fiunt, tyrannica ſunt omnia: mulierum potentatus in domibus, vt virorum conſilia factaque enuntient: & ſeruorum remiſſius vitæ genus propter eandem cauſam. Nam neque ſerui & mulieres tyrannis inſidiantur, aut quippiam mali incogitant: & cum proſpero fortunæ flatu fruantur, bene cupiant tyrannidibus & democratiis neceſſe eſt. Nam etiam populus in democratia, monarchi ſimilitudinem quandam gerit. Itaque etiam aſſentator apud vtrumque ſummo in precio atq; honore eſt: apud populum quidem leuis populi ductor, blanduſque concionator: (nam populi ductor, quem demagogum Græci vocant, populi aſſentator eſt) apud tyrannos vero ij, qui humiliter & demiſſe cum eis congrediuntur & loquuntur: quod eſt aſſentationis munus. Nam etiã propter hanc cauſam tyrannis improborum amicitia iucunda eſt: gaudent enim aſſentatione tyranni. hoc autẽ nemo fecerit, qui ingenuos ſpiritus gerat. ſed qui ſunt viri boni, aut amant, aut non aſſentantur. Tum improbi ad res improbas ſunt vtiles. Clauus enim clauo pellitur, vt in prouerbio eſt. Præterea nemine viro graui & libero delectari, tyrannicum. Se enim ſolum talem eſſe poſtulat tyrannus. Qui autem grauitate & magnificentia cum tyranno certat, & libere ſe gerit, adimit ex-

cel-

cellentiam & imperium illud herile, ac domini proprium, quod habet tyrannis. Taleis igitur homines oderunt, tanquam imperii ſui euerſores. Præterea peregrinos ad conuiuium & quotidianam vitæ conſuetudinem adhibere potius, quam ciueis, tyrannicum eſt: tanquam hi quidem ſint hoſtes, illi vero certare de principatu nihil putent ad ſe pertinere. Hæc & talia tyrannica ſunt quidem illa, & imperio ſalutaria? ſed nullum eis improbitatis genus abeſt. Sunt autem fere hæc omnia tribus generibus comprehenſa. Tria enim tyrannis ſibi proponit ac deſtinat: vnum quidem, vt ciues, qui ſub imperio ſunt, humileis & abiectos ſpiritus gerant: Nam qui anguſto & paruo animo eſt, nulli inſidias ſtruxerit, malumve incogitarit. Alterum eſt, vt alter alteri non credat, ſitque inter eos incerta ac ſuſpecta fides. Non enim prius euertitur tyrannis, quam aliqui inter ſe fidem habeant. Iccirco & cum viris bonis bellum gerunt, vt imperio peſtiferis ac pernicioſis: non ſolum quod herile imperium reſpuant, ſed quia ſint & inter ſe & erga alios fideles: & quia neque ſe ipſi neque alios indicaturi aut prodituri ſint. Tertium eſt, vt non habeant poteſtatem rerum agendarum. Nemo enim aggreditur ad eas res agendas, quæ effici non poſſunt: ergo neque ad tyrannidem euertendam, ſi deſit agendi facultas. Ad quos igitur fineis tyrannorum voluntates reuocentur, hi ſunt tres numero. Omnia enim quæ ſunt tyranni propria, ad hæc veluti ſigna propoſita reuocare poſſit aliquis: partim vt ne ciues credant mutuo, partim vt ne quid poſſint, partim vt paruos animos humileisque ſpiritus gerant.

Digitized by Google

Modus igitur vnus, quo ſalus conſtituitur tyrannidibus, talis eſt. Alter autem cura & diligentia fere iis, quæ diximus, contrarius eſt. eumque ex regnorum interitu ſumere ac cognoſcere licet. Quemadmodum enim regni interitionis modus vnus eſt, imperium plus iuſto tyrannicum reddere: ſic tyrannidis ſalus eſt, eam facere aliquanto magis regalem, vno duntaxat ſeruato, nempe potentia, vt imperet non modo volentibus, verum etiam nolentibus atque inuitis. Nam hoc etiam proiiciens, proiicit & tyrannidis obtinendæ facultatem. At hoc quidem, tanquam propoſitũ quendam finem, manere oportet: alia vero partim facere, partim videre, regaleis virtutes belle ſimulantem, ac præ ſe ferentem: primum quidem vt reip. curam habere videatur, neq; ſumptus faciens in eas dominationes, propter quas multitudo iraſcitur & ſæuit, cum tyrannus à ciuibus ſumat atque exigat, in opere ac labore aſſidue verſantibus & tenuiter parceque victitantibus: ſcortis autem & peregrinis, & artificibus effuſe largiatur: & rationes acceptorum & expenſorum referent: quod nonnulli iam tyranni fecerunt. ſic enim quis adminiſtrans, diſpenſator reip. tanquam rei familiaris, & paterfamilias, non tyrannus eſſe videbitur. Non eſt porro metuendum ne quando pecuniæ eum deficiant, cum penes eum ciuitatis ſit poteſtas: imo vero tyrannis in alias terrarum oras domo exeuntibus, etiam hoc vtilius ſit quam coaceruatas & congeſtas relinquere. Ita enim qui cuſtodiæ tyrannicæ præpoſiti ſunt, minus inuadant

dant

dant in res tyranni. Formidoloſiores enim atque horribiliores ſunt tyrannis iis, qui peregrinantur, cuſtodes & præſidiarii milites, quam ciues. hi enim vna cum tyrannis peregrinantur, illi in horum locum manent. Deinde tyrannum videri oportet tributa & munerum publicorum functiones, tum rei familiaris tuendæ gratia exigere, tum ſi quando opus ſit, ad opportunitates belli eis vti. In ſumma denique ſeipſum præbere cuſtodem tanquam rerum communium & publicarum, non tanquam propriarum & priuatarum; & ſpeciem gerere non aſperi & ſæui hominis, ſed grauis & magnifici viri: præterea talem videri, vt qui cum eo loquuntur & congrediuntur, eum non metuant aut horreant, ſed vereantur & pudore proſequantur. Hoc autem conſequi non eſt ei facile, qui ſit contemnendus. Quocirca oportet eum, etiam ſi alias virtutes negligat, at certe in ſcientiæ ciuilis ſtudium diligenter incumbere: & opinionem de ſeipſo talem in animis ſuorum ingenerare atque inſerere. Præterea non ſolũ ipſum videri in quenquam ſuorum ciuium neque adoleſcentulum neque puellam contumeliam vllam edere, verum nec in alium quenquam ſuorum comitum. ſimiliterque vxores eorum proprias erga alias mulieres affectas eſſe. Nam propter vxorum contumelias multæ tyrannides interierunt. In voluptatibus autem corporis conſectandis ac perfruendis contrarium facere, atq; id, quod nũc quidam tyranni faciunt. non enim ſolum ſtatim à mane, & continenter per multos dies hoc agunt,

vt voluptatibus perfruantur: verum etiam ſuarum libidinum ac voluptatum alios homines conſcios & teſteis eſſe volunt, vt ſint eis, tanquam beati ac fortunati admirabiles: ſed maxime quidem in his rebus modum ſeruare: ſin minus, at aliis ſua flagitia occultare, eorumque teſtimonium & oculos fugere. Nam neque is, qui ſiccus ac ſobrius eſt, impreſſionem facientibus patet, aut dignus eſt, qui contemnatur: neque is, qui vigilat atque excubat, ſed is, qui dormit. Contrarium denique faciendum eſt, atque ea quæ ſupra dicta ſunt, fere omnia. Vrbem enim exædificare atque exornare debet, tanquam ſit procurator, non tyrannus. Præterea quod ad deorum cultum attinet, huius rei ſemper egregie ſtudioſus videri debet. Nam minus timent ne quid ſibi incommodi præter leges a talibus viris importetur, ſi principem religioſum eſſe, & metu deorum contineri, & deos curare exiſtiment: & minus ad inſidias tyranno conparandas ſe conferunt, tanquam deos habenti belli ſocietate coniunctos. Oportet tamen ſine ſtultitia a ſtupore mentis talem videri. Præterea eos, qui aliqua virtute præſtant, talibus honoribus afficere, vt non putent ſe vnquam a ciuibus, ſi ſuis legibus vtantur, maiores conſecuturos. Et taleis quidem honores ipſum tribuere, ſupplicia vero per alios magiſtratus & per iudices conſtituere. Omnis porro monarchiæ cuſtodia & cautio communis eſt, vt neminem vnum magnum faciat: ſed, ſi hoc demus, plureis. Obſeruabunt enim & ſpeculabuntur inter ſe. Quod ſi quem forte magnum facere oporteat, at ne eum, qui ſit ingenio & mo-

ribus

rib. audax & confidens. In omnibus.n. actionibus talia ingenia ad impreſſionem faciendam maxime valent. Et ſi quis potẽtia ſpoliandus eſſe videatur, vt hoc ſenſim & paulatim faciat, non totam ei auctoritatem vno tempore adimat. Præterea cum omni contumelia tyrannus debeat ſibi temperare, tum præter omneis duabus, & ne quem plagis corpori infligendis ſupplicio afficiat & excruciet; & ne cui ætate florenti contumelioſe ſtuprum inferat. Maxime autem adhibenda hæc cautio eſt in iis, qui honoris ſtudio ducuntur. Nam pecuniæ cupidi & auari, iniuriam ſibi per contemptum quendam illatam in bonis & pecuniis, grauiter ac moleſte ferunt: honoris ſtudioſi & viri boni infamiã. Quare aut à talibus factis abſtinẽdum eſt, aut ſupplicia quidem videri oportet animo paterno conſtituere, non per contemptum: congreſſus vero adoleſcentium appetere propter cauſas amatorias & venereas, non propter licentiam ac poteſtatem: ad ſummam, quæ ignominioſa eſſe videntur, maioribus honoribus redimere atque reſarcire. Eorum autem, qui ipſam tyranni vitam & caput petunt, & corpori interitum parant, hi ſunt maxime horribiles, & plurimam acuratiſſimamque cuſtodiam deſiderant, qui tyranno à ſe necato non magnopere laborent, vt vitam ſibi retinere & ſupereſſe liceat. Quocirca ii maxime cauendi ſunt, qui vel ſeipſos, vel eos, quos forte tueri debent, contumclioſe lædi putant. ſibi enim minime parcunt, qui ab ira impulſi in alterum irruunt, vt ait Heraclitus: qui cum rationem afferret eius, quod dixiſſet, difficile & arduum eſſe

Digitized by Google

cum ira pugnare. Quia quod expetit, emit, animæ, inquit. Quoniam autem ciuitates ex duabus particulis conſtant, nempe ex egentibus & locupletibus: maxime quidem vtroſque adduci oportet, vt exiſtiment ſe propter imperium tyranni ſaluos eſſe, & neutros alteris ſinere vllam iniuriam inferre: proxime vero vtri ſint potentiores, hos imperio maxime adiungere, & ſuos facere. Nam ſi res tyranni hoc modo fuerint contractæ & compoſitæ: neq; ſeruos neceſſe habebit tyrannus ad libertatẽ vocare, neq; ciueis armis nudare. pars enim altera ad tyranni copias accedens ſatis erit valida ad eos, qui impreſſionem facere conabuntur, coercendos. Sed ſuperuacaneum eſt ſingillatim talia perſequi. In promptu eſt.n. quid ei principi, qui ſolus imperat, ꝓpoſitum eſſe debeat: oportere eum videri non tyrannicum, ſed tanquam rei familiaris diſpenſatorem, & animo regali præditum erga ciueis & non omnia ſibi vindicantem, ſuaque facientem ſed procurantem ac tuentem: tum in vita degenda mediocritatem & moderationem, non nimium & immoderationem conſectari. Præterea in nobileis quidem ſe affabilem, & in congreſſionib. ac ſermonibus facilem præbere, multitudinem vero populari oratione demulcere. Ex his enim imperium fit, non ſolum pulchrius, & omni ſermone prædicabilius ac fortunatius, quia melioribus imperet, & non fractis ac demiſſis, & quia non ſit perpetuo ciuibus inuiſus & horribilis: ſed etiam diuturnius ſit neceſſe eſt. Præterea ita eſſe moratum, animoque affectum oportet, vt vel virtutem ſit conſecutus, vel ſit dimidia ex parte

parte vir bonus: neque homo malus, ſed dimidia ex parte malus.

12. Docet ex omnibus reipub. adminiſtrandæ formis minus diuturnas eſſe oligarchiam & tyrannidem. Deinde locum ex VIII. Platonis de rep. vbi mutationes earum explicantur, notat & reprehendit.

ATQVE ex omnibus reip. adminiſtrandæ formis minus diuturnæ ſunt oligarchia & tyrannis. diutiſſime enim ſtetit ea, q̃ Sicyone fuit Orthagoræ liberorum, & ipſius Orthagoræ tyrannis: annos enim centum permanſit. Cuius rei cauſa eſt, quod ſeſe in eos, qui ſub tyrannide erant, moderatos præbebant, & magnam partem legibus ſeruiebant. Et propterea quod bellicoſus natus erat Cliſthenes, non erat centemnendus. Et multis in rebus populares erant, beneuolentiamque multitudinis colligebant diligentia, quam adhibebant in rep. bene gerenda. Dicitur. n. Cliſthenes eum, qui victoriam ab ipſo abiudicarat, corona donaſſe. Nonnulli autem ſtatuam illam in foro ſedentem, eius, qui ita iudicauit, ſimulacrum eſſe dicunt. Aiunt porro etiam Piſiſtratum, cum ad Ariopagum in ius vocatus eſſet, iudicium accepiſſe. Proxime diuturna fuit Cypſelidarum tyrannis Corinthi. hæc enim firma permãſit annos nonaginta treis, & ſex menſes. Nam Cypſelus annos triginta regnauit: Periander, quatuor & quadraginta. Pſammetichus Gordiæ filius, annos treis. Cauſæ autem huius quoq; ſunt eædem.

 Nam

Nam Cypſelus quidem ductor populi blandus erat, & toto imperio ſuo nullos custodes corporis adhibere perſeuerauit. Periander vero fuit ille quidem tyrannicus, ſed tamen militaris & bellicoſus. Tertia Piſiſtratidarum Athenis. ſed non fuit continua. Bis enim exſulauit Piſiſtratus, cum tyrannidem obtineret. Itaque ex annis tribus & triginta, decem & ſeptem tyrannidem obtinuit: decem & octo eius filii. Itaque anni omnes fuerunt quinque & triginta. Reliquarum autem maxime diuturna fuit Hieronis & Gelonis tyrannis Syracuſis. Annos autem ne hæc quidem ſtabilis permanſit multos. ſed anni ſunt omnino decem & octo. Nam Gelo cum annos ſeptem tyrannidem obtinuiſſet, octauo exceſſit è vita. Hiero decem. Thraſybulus vndecimo menſe exactus eſt. Multæ autem tyrannides breues omnes fuerunt omnino. De reip. adminiſtrandæ formis, & de monarchiis, quibus reb. intereant, & quibus rurſus conſeruentur, dictum fere eſt omnibus. In Platonis autem libris de Republica diſputatur quidem ex Socrate de mutationibus: ſed minus recte. Nam nec eius reip. adminiſtrandæ formæ, quæ optima & prima eſt, mutationem proprie exponit. Ait enim mutationis cauſam eſſe, quod nihil maneat, ſed omnia certo quodam temporis ambitu ſpatioque mutentur. Horum autem eſſe principium ea, quorum radix ſeſqui tertia numero quinario iuncta, duos concentus efficit: quod futurum eſt (inquit) cum huius deſcriptæ figuræ numerus ſolidus factus fuerit, proinde quaſi natura malos homines, & nulla diſciplina ſanabileis aliquando gignat.

gignat. Atq; hoc q̄dem ipſum dicit ille fortaſſe nō male. Contingere.n.pōt, vt exiſtant nonnulli, qui nulla inſtitutione erudiri, boniq; viri fieri queant. Sed quamobrem hæc mutatio eius reip. adminiſtrandæ formæ, quæ ab illo dicitur optima, magis quam aliarum omnium, atq; adeo rerum omnium, quæ oriuntur, propria ſit? Tum quo temporis ſpatio dicit omnia mutari, etiam ea, quæ non ſimul fieri cœpta ſunt, ſimul mutantur: verbi gratia, ſi qua pridie ſolſtitii facta ſunt, ergo ſimul mutantur. Præterea quænam cauſa eſt, quare ex hac reip. adminiſtrandæ forma in Laconicam fiat mutatio? Sæpius enim omnes reip. adminiſtrandæ formæ mutantur in contrarias, quam in proximas. Eadē autem etiam aliarum mutationum ratio eſt. Ex Laconica enim reip. adminiſtrādæ forma (inquit) in oligarchiam fit conuerſio: ex hac in democratiam, ex democratia in tyrannidem. Atquin etiam in contrarias vertuntur: verbi gratia democratia in oligarchiam, atq; adeo magis quam in monarchiam. Præterea vero neque ſi futura eſt tyrannidis mutatio, neq; ſi futura non eſt, huius rei cauſam explicat, neque in quam reip. adminiſtrandæ formā mutatio futura ſit, exponit. Ratio eſt, quia non facile explicare potuiſſet. Hoc enim totum incertum, minimeque definitum eſt. Nam illius quidem ſententia, eius commutatio in primam & optimam fieri deberet. Ita .n. continuum quiddam, & orbis fieret. Verum ſæpenumero mutatur in tyrannidem tyrannis: quemadmodum Sicyonia à Myrone ad Cliſthenem tranſlata eſt: & in oligarchiam, vt Chalcidica, quam Antileō obtinuit:

Digitized by Google

& in democratiam, quemadmodum Syracuſana Gelonis:&in ariſtocratiam,quemadmodum Chatilai Lacedæmonia, & Carthaginienſis. Etiam in tyrannidem oligarchia vertitur: vt in Sicilia propemodum antiquæ plurimæ: apud Leontinos in Panætii tyrannidem: Gelæ in Cleandri: Regii in Anaxilai:&in aliis multis item ciuitatibus. Abſurdum autem etiam illud eſt, exiſtimare iccirco tyrannidem in oligarchiam mutari, quia qui imperia obtinent,pecuniæ cupidi ſunt,& pecunię quęrendæ ſtudio ducuntur: & non quod multi facultatibus & copiis rei familiaris præſtantes non putant verum eſſe, eos, qui nihil habent,pariter atq; eos, qui bonis externis inſtructi ſunt, participes eſſe ciuitatis. Atque in multis oligarchiis non licet pecuniam quærere,ſed leges ſunt,quæ vetāt. Karthagine vero, quæ ciuitas ſub populi imperio eſt, & democratia continetur: pecuniæ quærendæ ſtudent,& nondum reip.ſtatum mutauerunt. Iam vero etiam hoc abſurdum eſt,dicere ciuitatem, in qua pauci imperium obtinent,ex duabus ciuitatibus conſtare: altera diuitum, altera pauperum. Quamobrem enim ei hoc accidit potius, quam Laconicæ, aut cuicuimodi alii, in qua aut nō ſunt pares omnium rei familiaris facultates, aut non ſunt omnes ſimiliter & peræque viri boni? At, vt nemo fiat pauperior quam antea, nihilominus mutatur in democratiam oligarchia,ſi egētes numero aucti ſint: & in oligarchiam democratia, ſi locupletes fuerint multitudine ſuperiores ac potentiores: & alteri quidem negligant, alteri vero animum attendant & diligentiam adhibeant. Et

cum

cum ſint multæ mutandarum rerump. cauſæ, eas non exponit: ſed hanc vnam commemorat, quia dum profuſe ac luxurioſe viuunt, dumque ære alieno obruuntur, & fœnore trucidantur, pauperes euadunt: quaſi vero omnes, aut etiam plurimi ab initio ſint diuites. At hoc falſum eſt. Verum cum aliqui ex principibus facultates rei familiaris conſumſerint ac diſſiparint, res nouas quærunt: cum vero aliis idem acciderit, nihil eſt quod ſit magnopere metuendum: neque vnquam magis commutatio fit oligarchiæ in democratiam, quam in aliam reip. adminiſtrandæ formam. Præterea vero ſiue honorum non ſint participes, ſiue iniuria afficiantur, ſiue contumelioſe vexentur, ſeditionem excitant, & reipublicæ adminiſtrandæ formas mutant, etiamſi rem familiarem non conſumpſerint: quia licentiam nacti ſunt, quicquid libeat, faciendi, cuius rei cauſam dicit nimiam libertatem. Cum ſint autem plures oligarchiæ & democratiæ, quaſi vtraq; ſit vna, ita vtriuſq; mutationes exponit Socrates.

ARIS-

Digitized by Google

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. VI.

CAP. I.

Breui repetitione ſuperiora cum ſequentibus connectit, & quid reſtet explicandum aperit. Deinde rem aggrediens, docere inquit: quomodo quæque πολιτεία *inſtituenda ſit: ac primum de democratia agit.*

QVOT igitur, & ſint eius ciuitatis partes, quæ conſultandi ius habet, & penes quam totius reip. adminiſtrationis & magiſtratuum deſcriptionis, poteſtas eſt, differentiæ ac diſſimilitudines, & de iudiciis ac tribunalib. iudicum, & qualia cũ quali reip. adminiſtrandæ forma apte cohæreãt: & p̃terea de interitu & ſalute reip. adminiſtrandę formarum, ex qualib. reb. oriantur, & propter quas cauſas eueniant, ante dictum eſt. Quoniam autem ita cecidit, vt plura ſint democratiæ, & aliarum item reip. adminiſtrandæ formarum genera, non inutile fuerit vno tempore eademque opera, & de illis, ſi quid reliquum eſt, conſiderare, & modũ cuique accommodatum atque vtilem tradere ac demonſtrare. Præterea & eorum omnium modorũ, qui à nobis expoſiti ſunt, coniugationes conſiderandæ atq; inſpiciẽdæ ſunt. Nam quot modis hæc inter ſe bina copulantur, tot pariunt reip. adminiſtrandæ formarum varietates, ita vt & ariſtocra-

Digitized by Google

cratiæ & oligarchiæ ſimilitudinem prope accedunt, & politiæ ad democratiam ſint propenſiores. Copulationes autem ſeu coniugationes dico (quæ inſpiciendæ illæ quidem ſunt, ſed non ſunt nunc à quoquam animaduerſæ neque tractatæ) verbi cauſa, ſi ea quidem ratio, quæ ad conſultationes pertinet, oligarchiæ conuenienter ſit deſcripta atque ordinata: ea vero, quę in iudiciis verſatur, ad ariſtocratiam accōmodate: aut hæc quidem, & ea quæ ad cōſultationes pertinet, oligarchiæ conuenienter: ea vero, quæ in comitiis magiſtratuum, ſiue creatione magiſtratuum poſita eſt, ad ariſtocratiam accommodate, aut alio aliquo modo, ne omnia quæ reip. adminiſtrationis ſunt propria, compoſuiſſe & cōiugaſſe videamur. Qualis igitur democratia cum qua ciuitate apte cohæreat, itemque qualis oligarchia cū qua multitudine, & ex reliquis reip. adminiſtrandæ formis quæ quibus ſit vtilis, dictum quidem eſt ante. verumtamen quoniam perſpectum & cognitum eſſe debet, non ſolum qualis ex his reipublicę adminiſtrandæ formis ſit ciuitatibus optima, ſed etiam quomodo ſit inſtituenda: nos & has & alias breuiter perſequamur. Ac primum de democratia diſſeramus. ſimul enim & ea, quæ huic contraria eſt, cognoſcetur. Hęc autem eſt ea, quam nonnulli oligarchiam appellant. Sumenda porro ſunt ad hanc diſputationem ratione & via progrediētem popularia omnia, & quę videntur democratiis eſſe adiuncta. euenit enim vt ex his compoſitis & coniunctis democratiæ genera naſcantur, pluresque vna & diuerſæ democratiæ ſint. Duæ enim cau-

cauſæ ſunt, propter quas plures democratiæ ſunt quarum prima quidem ea eſt, quæ ante expoſita eſt, populorum diuerſitas ac diſſimilitudo. alia enim eſt multitudo in agro colendo occupata, alia eorum hominum, qui arteis illiberaleis & ſordidas exercent; alia mercenariorum, & eorum qui operas ſuas mercede locant: quarum ſi prima ad ſecundam aſſumatur atque aggregetur, & tertia rurſum ad vtramque, non id ſolum interſit, quod democratia melior & deterior fiat, ſed quod non ſit eadem. Secunda autem cauſa eſt ea, de qua nũc loquimur. Nam quæ democratiis adiuncta ſunt, quæque harum reip. adminiſtrandæ formarũ propria videntur, ea ſi alio modo componantur, diſſimileis ac diuerſas democratias faciunt. Hanc enim pauciora comitabuntur, illam plura, aliã hæc omnia. Vtile eſt autem horum vnumquodq; cognoſcere & ad conſtituendam, quam ex eis quis velit, reip. adminiſtrandæ formam, & ad earum correctiones. Student enim ij, qui reip. adminiſtrandæ formas conſtituunt, omnia cuiuſq; reip. adminiſtrationis propria, ad propoſitum finem collecta conferre. qua in re vehementer errant, quemadmodum in iis, quæ ad interitiones & ſalutes reip. adminiſtrandæ formarum pertinent, ante dictum eſt. Nunc autem earum poſtulata, & mores, & quæ appetant, exponamus.

2. *Fundamentum formæ popularis adminiſtrandæ reip. & propria democratiarum inſtituta.*

FINIS igitur reip. adminiſtrandæ formæ populari propoſitus eſt libertas. hoc .n. dicere conſueuerunt, proinde quaſi in hac ſola reip. adminiſtrandæ forma participes ſint libertatis. Nam democra-

mocratiam omnem hoc ſpectare, ac ſibi deſtinare dicunt. Iam vero vnum libertatis argumentum eſt, viciſſim parere atque imperare. Etenim ius populare eſt æqualia habere numero, non dignitate. Hoc autem iure poſito ac recepto, multitudo dominetur, & compos ſit reip. & quicquid maiori parti viſum fuerit, hoc ſit etiam extremum ſeu finis, hoc denique ius ſit neceſſe eſt. Aiunt enim vnumquemque ciuium æquale habere oportere. Itaque in democratiis euenit, vt plus auctoritatis ac poteſtatis habeant egentes, quam locupletes. Sunt enim numero plures. Ratum autē eſt, quod pluribus viſum eſt. Hoc igitur eſt vnum libertatis ſignum: quem quidem omnes populares reipub. adminiſtrandæ formæ finem ponunt. Alterum eſt, viuere vt quis velit. hoc enim libertatis munus eſſe dicunt, ſi quidem eſt eius, qui ſeruus eſt, viuere non vt velit. Democratiæ igitur finis hic eſt ſecundus. Hinc aūt natum eſt, parere velle maxime quidē nemini: ſin minus hoc liceat, at viciſſim parere. Atq; hac ratione ad libertatē confert eam, quæ in æqualitate poſita eſt. His porro ſuppoſitis, & tali principio exſtante, talia popularia ſunt omneis magiſtratus ex omnib legere: omneis quidem vnicuiq; imperare, ſed vnūquemq; viciſſim omnib. magiſtratus ſortito mandari aut omneis, aut quicunq; vſum vel artem non requirunt: magiſtratus ex cenſu aut nullo, aut minimo mandari: non licere eidē bis vllum gerere magiſtratum, aut raro aut paucos, præter bellicos: breui tēpore circumſcribi ac terminari magiſtratus aut omneis, aut quam plurimi poſſunt: omneis rebus iudican-

candis præeſſe, aut ex omnibus, aut de rebus omnibus, aut de plurimis; & maximis, & maximi ponderis, atque ad ſummam rem pertinentibus: verbi cauſa, de rationibus referendis, & reipub. adminiſtratione, & de rebus ab vnoquoque cum vnoquoque contractis: penes concionem eſſe ſummam rerum omnium poteſtatem, penes quenquam magiſtratum nullius, aut quam pauciſſimarum, aut quam minimarum, aut non maximarum. Magiſtratuum autem maxime popularis eſt ſenatus, ſeu conſultandi poteſtas, vbi non ſit omnibus mercedis accipiendæ copia. hic enim adimunt etiam huic magiſtratui poteſtatem: ad ſeipſum enim populus cui larga merces tribuitur, omnia iudicia reuocat, quemadmodum ante libro ſuperiore dictum eſt. præterea mercedem tribui maxime quidem omnibus, concioni, iudiciis, magiſtratibus: ſin minus, magiſtratibus & iudiciis, & ſenatui, & concionibus iis, quæ ſunt principales: aut iis magiſtratibus, qui vna cibum capere, & inter ſe conuiuari neceſſe habent. Præterea quoniam oligarchia & genere, & diuitiis, & diſciplina definitur, popularia videntur eſſe his contraria, generis ignobilitas, paupertas, artes illiberales & ſordidæ. Præterea nullum eſſe magiſtratum perpetuum. Quod ſi quis ex antiqua reip. adminiſtratione immutata relictus ſit, tum eius potentiam circumcidere atque imminuere: & eos magiſtratus, qui ſuffragiis creabantur, ſorte creare. Hæc igitur ſunt democratiarum communia. Iam vero ex eo iure, quod democratiæ proprium eſſe conuenit inter omneis (& hoc autem eſt, vt omnes æquale numero obtineant) ea, quæ maxime democra-

democratia videtur eſſe, & populus efficiuntur & veluti colliguntur. Æquale enim eſt nihilominus imperare tenueis atque egenteis, q̃ copioſos & locupleteis: neq; penes vllos ſolos ſummam eſſe rerum poteſtatem, ſed penes omneis ex æquo, pro numero, non pro dignitate. ſic enim exiſtimarint eſſe in reip. adminiſtratione æqualitatem & libertatem.

3. *Quæſtio, qui fieri poſſit vt æquale obtineant, qui ſtatu populari vtuntur.*

QVÆRITVR nunc hoc explicato, quomodo futurum ſit, vt æquale obtineant. vtrum, v. g. quingentorum ciuium cenſus in mille partiẽdi ſint: & mille tantum poſſe debeant, quantum quingenti: an non ita ſit ſtatuenda ea, quæ ex numero eſt, æqualitas, ſed ita quidem primum partiri oporteat. deinde cum totidem ex quingentis, quot ex mille hominibus, ſumti fuerint, penes hos eſſe poteſtatem creandorum magiſtratuum & iudiciorum. Vtrumne igitur hæc reip. adminiſtrandæ ratio, ex iure populari iuſtiſſima eſt, an ea potius, quæ ex multitudine ſeu numero ſpectatur ac ponderatur? Aiunt. n. populares homines hoc eſſe iuſtum, quod pluribus videatur. At ij qui oligarchiæ ſtudent, id, quod ampliores rei familiaris facultates habentibus probatum ſit. Ex amplitudine enim & copiis rei familiaris dicunt huius rei iudicium fieri oportere, Sed habet vtraque res inæqualitatem atq; iniuſtitiam. Si enim id iuſtum ſtatuendum erit, quodcunque paucis viſum fuerit, tyrannis erit. Nam ſi quis vnus ampliores rei familiaris facultates habeat, quam locupletes: ex eo iure, quod oligarchiæ proprium eſt, debebit

Digitized by Google

ſolus præeſſe atque imperare, Sin quicquid pluribus numero, iniuriam diuitibus & paucioribus inferēt, bonis eorum publicandis, quemadmodum ſupra dictum eſt. Quænam igitur ſit æqualitas, de qua vtrique conſentiant, ex iis iuribus, quam itaq; definiunnt, videndum. Dicunt enim quicquid maiori parti ciuium viſum ſit, id ratum eſſe oportere. Demus ita eſſe, non omnino tamen. Sed quoniam fors ita tulit, vt duæ ſint partes, ex quibus conſtat ciuitas, diuites & pauperes, quod vtriſque viſum fuerit, aut pluribus, hoc ratū eſt, coacti contrariæ ſentētiæ fuerint, quod plures & ex pauperibus, & ex iis, quorum ampliores ſunt rei familiaris facultates, probarint, id valeat: exempli cauſa, ſunt hi quidem decem, illi vero viginti. Sed aliud viſum eſt ciuibus ſex ex diuitum numero, aliud ciuibus quindecim ex pauperum multitudine. Acceſſerunt igitur ad pauperes quidem quindecim, diuites quatuor: ad diuites vero ſex, pauperes quinque. vtrorumcunq; igitur cenſus ſuperat alterum, vtrorumq; cenſu inter ſe comparato, & ad calculos vocato, eorum ſententia valere & rata eſſe debet. Quod ſi pares ab vtraq; parte ſententiæ fuerint, communis & ſimilis exiſtimanda hæc dubitatio eſt, atque nunc, ſi contentionis aut iudicum conſenſus ſententiæ ab vtraque parte ſint æquales aut enim ſorti res permittenda eſt, aut aliud tale faciendum. Sed de æquitate quidem & iure, & quamuis verū inuenire difficile ſit, facilius tamen eſt ea obtinere, quam iis, qui ſuperiora omnia habere, & bonis externis alios ſuperare poſſunt, vt iuſtitiam colant, & retineant æquitatem, perſuadere. Semper enim æquitatem & ius quærunt

runt imbecilliores: qui vero opibus & viribus ſuperiores ſunt, de iis nihil laborant.

4. *Quomodo prima & optima democratia ſit inſtituenda.*

CVM ſint autem democratiæ quatuor, optima quidem eſt ea, quæ eſt ordine prima, quemadmodum ſuperiorib. libris expoſitum eſt. Et vero hæc eadem omnium eſt etiam antiquiſſima. Primam autẽ appello, vt ſi quis populorum diuiſionẽ faciat. Optimus enim populus eſt is, qui in agri colendi ſtudio verſatur. Itaque licet etiam democratiam vnam facere, in qua viuit multitudo ex agricultura, aut ex pecorũ paſtione. Nam propterea quod non habet admodum copioſam neque amplam rem familiarem, occupata eſt, ita vt non eat in concionem frequens Quod vero caret rebus ad victum neceſſariis, in opere faciendo aſſidue verſatur, neque alienum appetit: ſed iucundius ei eſt agrum colere, & opus ruſticum facere, quam rempubl. adminiſtrare, & magiſtratum gerere, vbi non datur magnos admodum, neq; vberes quæſtus ex magiſtratibus facere. vulgus enim lucri cupidius eſt, quam honoris. cuius rei hoc argumentum eſt, quod & olim antiquas tyrannidas æquo animo perferebant, & nunc oligarchias perferunt, ſi modo quis eos non prohibeat ab opere faciendo, neque quicquam eius adimat. cito enim alij quidẽ eorum abundant, alij autem non egent. Pręterea vero penes eos poteſtatem eſſe creandorum ſuffragiis ſuis magiſtratuum, & rationũ à magiſtratibus repetundarum, hæc eorum honoris egeſtatẽ ac ſitim explent, ſi qua eius rei cupiditate flagrant. Nã apud nonnullos populos etiamſi non

Digitized by Google

habeant vniuerſi ius mandandorum magiſtratuum, ſed aliqui ex eis omnib. viciſſim lecti, vt Mantineæ: ſi modo penes eam conſultandi ſit poteſtas, hoc vno eſt contenta multitudo. Atque hanc figuram quandam eſſe democratiæ oportet exiſtimare. Quapropter & vtile eſt ei democratiæ, quæ antea expoſita eſt: & ſolet hoc in ea ſeruari, vt omnes quidem ciues & magiſtratus eligant, & rationes a magiſtratibus repoſcant, & rebus iudicandis præſint: ſed aliqui ſelecti, & ex cenſibus, maximos magiſtratus gerant, &, vt quiſque erit maximus, ita ex maximo: aut nullum ex cenſu, ſed qui poſſunt, quique facultatem habent, ij gerant. Qui autem ita remp. adminiſtrant, cum eos bene præclare adminiſtrare neceſſe eſt: (nam ita magiſtratus ſemper ab optimis gerentur & populo volente ac lubente, & viris bonis non inuidente:) tum homines frugi, viriq; illuſtres neceſſario hac reipublicæ deſcriptione atq; ordine erunt contenti. Nam nec aliorum deteriorum imperio parebunt, & iuſte imperabunt: quia penes alios rationum repoſcendarum ſit poteſtas. Pendere enim ex aliorum iudicio atque auctoritate, & quicquid velit quis, facere non licere, vtile eſt. Nam quidlibet agendi licentia ac poteſtas, id, quod in vnoquoque homine mali ineſt, vitare nõ poteſt. Itaq; neceſſario id euenit, quod eſt omnibus reip. adminiſtrandæ formis vtiliſſimum, vt viri boni reip. præſint, tuti a periculo peccandi, & ſine imminutione virium aut commodorum multitudinis. Hanc igitur democratiarum eſſe optimam, & propter quam cauſam, perſpicuum eſt: nempe quia populus certo quodam modo affectus, & bene conformatus eſt. Ad populum autem agriculturæ ſtudioſum

dioſum reddendum leges quædam ex iis, quæ apud populos olim poſitæ ſunt, omnes adiuuēt & conferant, aut ne omnino liceat maiorem agri modum, quam a lege præfinitum ſit, poſſidere, aut ne liceat vſque a certo loco ad oppidum & ad vrbem: Et in multis ciuitatibus lege conſtitutum erat, ne cui liceret poſſeſſiones antiquas, quæ primæ ſorte obtigiſſent, vendere. Eſt & ea, quam Oxyli legem eſſe dicunt, talem quandam vim habens, vt nequis pecuniam alteri mutuam daret, parte aliqua agri, ſeu fundi, quem quiſque haberet, ab eo pignori accepta. Nunc autem etiam Aphytæorum lege hæc omnia dirigere nos oportet. eſt enim ad id, quod dicimus, vtilis. Nam illi quamuis & multi ſint, & agrum anguſtum habeant, omnes tamen ſunt agricolæ. Non enim cenſentur totas poſſeſſiones neque fundos integrôs in cenſum referunt, ſed in tot particulas diuidunt, vt etiam pauperes cenſibus diuiteis ſuperare poſſint. Secundũ eam multitudinem quæ ex agricolis conſtat, populus ille eſt optimus, in quo ſunt paſtores, & qui ex re pecuaria vitam tolerant. Multa enim habet agriculturæ ſimilia res pecuaria. & quod ad militareis & bellicas actiones attinet, hi ſunt maxime exercitati, & tali corporis habitu, vt magno vſui eſſe reip. & vitam ſub dio degere facile poſſint. Aliæ autem fere omnes, ex quibus cæteræ democratiæ conſtant, multitudines, multo ſunt his deteriores. vita enim earum ignaua & vitioſa eſt, nullumque ex iis muneribus, quæ tractat ſordidorum atque illiberalium opificum, & forenſium hominum. (eos dico qui cauponariam faciunt) & mercenariorum multitudo, cum

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. VI.

CAP. I.

Breui repetitione ſuperiora cum ſequentibus connectit, & quid reſtet explicandum aperit. Deinde rem aggrediens, docere inquit: quomodo quæque πολιτεία *inſtituenda ſit: ac primum de democratia agit.*

QVOT igitur, & ſint eius ciuitatis partes, quæ conſultandi ius habet, & penes quam totius reip. adminiſtrationis & magiſtratuum deſcriptionis, poteſtas eſt, differentiæ ac diſſimilitudines, & de iudiciis ac tribunalib. iudicum, & qualia cũ quali reip. adminiſtrandæ forma apte cohæreãt: & p̃terea de interitu & ſalute reip. adminiſtrandę formarum, ex qualib. reb. oriantur, & propter quas cauſas eueniant, ante dictum eſt. Quoniam autem ita cecidit, vt plura ſint democratiæ, & aliarum item reip. adminiſtrandæ formarum genera, non inutile fuerit vno tempore eademque opera, & de illis, ſi quid reliquum eſt, conſiderare, & modũ cuique accommodatum atque vtilem tradere ac demonſtrare. Præterea & eorum omnium modorũ, qui à nobis expoſiti ſunt, coniugationes conſiderandæ atq; inſpiciẽdæ ſunt. Nam quot modis hæc inter ſe bina copulantur, tot pariunt reip. adminiſtrandæ formarum varietates, ita vt & ariſtocra-

Digitized by Google

cratiæ & oligarchiæ ſimilitudinem prope accedunt,& politiæ ad democratiam ſint propenſiores. Copulationes autem ſeu coniugationes dico (quæ inſpiciendæ illæ quidem ſunt, ſed non ſunt nunc à quoquam animaduerſæ neque tractatæ) verbi cauſa, ſi ea quidem ratio, quæ ad conſultationes pertinet, oligarchiæ conuenienter ſit deſcripta atque ordinata: ea vero, quę in iudiciis verſatur, ad ariſtocratiam accõmodate: aut hæc quidem,& ea quæ ad cõſultationes pertinet, oligarchiæ conuenienter: ea vero, quæ in comitiis magiſtratuum, ſiue creatione magiſtratuum poſita eſt, ad ariſtocratiam accommodate, aut alio aliquo modo, ne omnia quæ reip. adminiſtrationis ſunt propria, compoſuiſſe & cõiugaſſe videamur. Qualis igitur democratia cum qua ciuitate apte cohæreat, itemque qualis oligarchia cũ qua multitudine,& ex reliquis reip.adminiſtrandæ formis quæ quibus ſit vtilis, dictum quidem eſt ante. verumtamen quoniam perſpectum & cognitum eſſe debet, non ſolum qualis ex his reipublicę adminiſtrandæ formis ſit ciuitatibus optima, ſed etiam quomodo ſit inſtituenda: nos & has & alias breuiter perſequamur. Ac primum de democratia diſſeramus. ſimul enim & ea, quæ huic contraria eſt, cognoſcetur. Hęc autem eſt ea, quam nonnulli oligarchiam appellant. Sumenda porro ſunt ad hanc diſputationem ratione & via progrediẽtem popularia omnia,& quę videntur democratiis eſſe adiuncta. euenit enim vt ex his compoſitis & coniunctis democratiæ genera naſcantur, pluresque vna & diuerſæ democratiæ ſint. Duæ enim cau-

cauſæ ſunt, propter quas plures democratiæ ſunt, quarum prima quidem ea eſt, quæ ante expoſita eſt, populorum diuerſitas ac diſſimilitudo. alia enim eſt multitudo in agro colendo occupata, alia eorum hominum, qui arteis illiberaleis & ſordidas exercent, alia mercenariorum, & eorum qui operas ſuas mercede locant: quarum ſi prima ad ſecundam aſſumatur atque aggregetur, & tertia rurſum ad vtramque, non id ſolum interſit, quod democratia melior & deterior fiat, ſed quod non ſit eadem. Secunda autem cauſa eſt ea, de qua nũc loquimur. Nam quæ democratiis adiuncta ſunt, quæque harum reip. adminiſtrandæ formarũ propria videntur, ea ſi alio modo componantur, diſſimileis ac diuerſas democratias faciunt. Hanc enim pauciora comitabuntur, illam plura, aliã hæc omnia. Vtile eſt autem horum vnumquodq; cognoſcere & ad conſtituendam, quam ex eis quis velit, reip. adminiſtrandæ formam, & ad earum correctiones. Student enim ij, qui reip. adminiſtrandæ formas conſtituunt, omnia cuiuſq; reip. adminiſtrationis propria, ad propoſitum finem collecta conferre. qua in re vehementer errant, quemadmodum in iis, quæ ad interitiones & ſalutes reip. adminiſtrandæ formarum pertinent, ante dictum eſt. Nunc autem earum poſtulata, & mores, & quæ appetant, exponamus.

2. *Fundamentum formæ popularis adminiſtrandæ reip. & propria democratiarum inſtituta.*

FINIS igitur reip. adminiſtrandæ formæ populari propoſitus eſt libertas. hoc .n. dicere conſueuerunt, proinde quaſi in hac ſola reip. adminiſtrandæ forma participes ſint libertatis. Nam democra-

mocratiam omnem hoc ſpectare, ac ſibi deſtinare dicunt. Iam vero vnum libertatis argumentum eſt, viciſſim parere atque imperare. Etenim ius populare eſt æqualia habere numero, non dignitate. Hoc autem iure poſito ac recepto, multitudo dominetur, & compos ſit reip. & quicquid maiori parti viſum fuerit, hoc ſit etiam extremum ſeu finis, hoc denique ius ſit neceſſe eſt. Aiunt enim vnumquemque ciuium æquale habere oportere. Itaque in democratiis euenit, vt plus auctoritatis ac poteſtatis habeant egentes, quam locupletes. Sunt enim numero plures. Ratum autẽ eſt, quod pluribus viſum eſt. Hoc igitur eſt vnum libertatis ſignum: quem quidem omnes populares reipub. adminiſtrandæ formæ finem ponunt. Alterum eſt, viuere vt quis velit. hoc enim libertatis munus eſſe dicunt, ſi quidem eſt eius, qui ſeruus eſt, viuere non vt velit. Democratiæ igitur finis hic eſt ſecundus. Hinc aũt natum eſt, parere velle maxime quidẽ nemini: ſin minus hoc liceat, at viciſſim parere. Atq; hac ratione ad libertatẽ confert eam, quæ in æqualitate poſita eſt. His porro ſuppoſitis, & tali principio exſtante, talia popularia ſunt omneis magiſtratus ex omnib legere: omneis quidem vnicuiq; imperare, ſed vnũquemq; viciſſim omnib. magiſtratus ſortito mandari aut omneis, aut quicunq; vſum vel artem non requirunt: magiſtratus ex cenſu aut nullo, aut minimo mandari: non licere eidẽ bis vllum gerere magiſtratum, aut raro aut paucos, præter bellicos: breui tẽpore circumſcribi ac terminari magiſtratus aut omneis, aut quam plurimi poſſunt: omneis rebus iudican-

candis præeſſe, aut ex omnibus, aut de rebus omnibus, aut de plurimis; & maximis, & maximi ponderis, atque ad ſummam rem pertinentibus; verbi cauſa, de rationibus referendis, & reipub. adminiſtratione, & de rebus ab vnoquoque cum vnoquoque contractis; penes concionem eſſe ſummam rerum omnium poteſtatem, penes nequam magiſtratum nullius, aut quam pauciſſimarum, aut quam minimarum, aut non maximarum. Magiſtratuum autem maxime popularis eſt ſenatus, ſeu conſultandi poteſtas, vbi non ſit omnibus mercedis accipiendæ copia. hic enim adimunt etiam huic magiſtratui poteſtatem: ad ſeipſum enim populus cui larga merces tribuitur, omnia iudicia reuocat, quemadmodum ante libro ſuperiore dictum eſt. præterea mercedem tribui maxime quidem omnibus, concioni, iudiciis, magiſtratibus: ſin minus, magiſtratibus & iudiciis, & ſenatui, & concionibus iis, quæ ſunt principales: aut iis magiſtratibus, qui vna cibum capere, & inter ſe conuiuari neceſſe habent. Præterea quoniam oligarchia & genere, & diuitiis, & diſciplina definitur, popularia videntur eſſe his contraria, generis ignobilitas, paupertas, artes illiberales & ſordidæ. Præterea nullum eſſe magiſtratum perpetuum. Quod ſi quis ex antiqua reip. adminiſtratione immutata relictus ſit, tum eius potentiam circumcidere atque imminuere: & eos magiſtratus, qui ſuffragiis creabantur, ſorte creare. Hæc igitur ſunt democratiarum communia. Iam vero ex eo iure, quod democratiæ proprium eſſe conuenit inter omneis (& hoc autem eſt, vt omnes æquale numero obtineant) ea, quæ maxime democra-

democratia videtur eſſe, & populus efficiuntur & veluti colliguntur. Æquale enim eſt nihilominus imperare tenueis atque egenteis, q̃ copioſos & locupleteis: neq; penes vllos ſolos ſummam eſſe rerum poteſtatem, ſed penes omneis ex æquo, pro numero, non pro dignitate. ſic enim exiſtimarint eſſe in reip. adminiſtratione æqualitatem & libertatem.

3. *Quæſtio, qui fieri poſſit vt æquale obtineant, qui ſtatu populari vtuntur.*

QVÆRITVR nunc hoc explicato, quomodo futurum ſit, vt æquale obtineant. vtrum, v. g. quingentorum ciuium cenſus in mille partiēdi ſint: & mille tantum poſſe debeant, quantum quingenti: an non ita ſit ſtatuenda ea, quæ ex numero eſt, æqualitas, ſed ita quidem primum partiri oporteat. deinde cum totidem ex quingentis, quot ex mille hominibus, ſumti fuerint, penes hos eſſe poteſtatem creandorum magiſtratuum & iudiciorum. Vtrumne igitur hæc reip. adminiſtrandæ ratio, ex iure populari iuſtiſſima eſt, an ea potius, quæ ex multitudine ſeu numero ſpectatur ac ponderatur? Aiunt. n. populares homines hoc eſſe iuſtum, quod pluribus videatur. At ij qui oligarchiæ ſtudent, id, quod ampliores rei familiaris facultates habentibus probatum ſit. Ex amplitudine enim & copiis rei familiaris dicunt huius rei iudicium fieri oportere, Sed habet vtraque res inæqualitatem atq; iniuſtitiam. Si enim id iuſtum ſtatuendum erit, quodcunque paucis viſum fuerit, tyrannis erit. Nam ſi quis vnus ampliores rei familiaris facultates habeat, quam locupletes: ex eo iure, quod oligarchiæ proprium eſt, debebit

Digitized by Google

ſolus præeſſe atque imperare, Sin quicquid pluribus numero, iniuriam diuitibus & paucioribus inferēt, bonis eorum publicandis, quemadmodum ſupra dictum eſt. Quænam igitur ſit æqualitas, de qua vtrique conſentiant, ex iis iuribus, quam itaq; definiunnt, videndum. Dicunt enim quicquid maiori parti ciuium viſum ſit, id ratum eſſe oportere. Demus ita eſſe, non omnino tamen. Sed quoniam fors ita tulit, vt duæ ſint partes, ex quibus conſtat ciuitas, diuites & pauperes, quod vtriſque viſum fuerit, aut pluribus, hoc ratū eſt, coacti contrariæ ſentētiæ fuerint, quod plures & ex pauperibus, & ex iis, quorum ampliores ſunt rei familiaris facultates, probarint, id valeat: exempli cauſa, ſunt hi quidem decem, illi vero viginti. Sed aliud viſum eſt ciuibus ſex ex diuitum numero, aliud ciuibus quindecim ex pauperum multitudine. Acceſſerunt igitur ad pauperes quidem quindecim, diuites quatuor: ad diuites vero ſex, pauperes quinque. vtrorumcunq; igitur cenſus ſuperat alterum, vtrorumq; cenſu inter ſe comparato, & ad calculos vocato, eorum ſententia valere & rata eſſe debet. Quod ſi pares ab vtraq; parte ſententiæ fuerint, communis & ſimilis exiſtimanda hæc dubitatio eſt, atque nunc, ſi contentionis aut iudicum conſenſus ſententiæ ab vtraque parte ſint æquales aut enim ſorti res permittenda eſt, aut aliud tale faciendum. Sed de æquitate quidem & iure, & quamuis verū inuenire difficile ſit, facilius tamen eſt ea obtinere, quam iis, qui ſuperiora omnia habere, & bonis externis alios ſuperare poſſunt, vt iuſtitiam colant, & retineant æquitatem, perſuadere. Semper enim æquitatem & ius quærunt

runt imbecilliores: qui vero opibus & viribus ſuperiores ſunt, de iis nihil laborant.

4. *Quomodo prima & optima democratia ſit inſtituenda.*

CVM ſint autem democratiæ quatuor, optima quidem eſt ea, quæ eſt ordine prima, quemadmodum ſuperiorib. libris expoſitum eſt. Et vero hæc eadem omnium eſt etiam antiquiſſima. Primam autē appello, vt ſi quis populorum diuiſionē faciat. Optimus enim populus eſt is, qui in agri colendi ſtudio verſatur. Itaque licet etiam democratiam vnam facere, in qua viuit multitudo ex agricultura, aut ex pecorū paſtione. Nam propterea quod non habet admodum copioſam neque amplam rem familiarem, occupata eſt, ita vt non eat in concionem frequens Quod vero caret rebus ad victum neceſſariis, in opere faciendo aſſidue verſatur, neque alienum appetit: ſed iucundius ei eſt agrum colere, & opus ruſticum facere, quam rempubl. adminiſtrare, & magiſtratum gerere, vbi non datur magnos admodum, neq; vberes quæſtus ex magiſtratibus facere. vulgus enim lucri cupidius eſt, quam honoris. cuius rei hoc argumentum eſt, quod & olim antiquas tyrannidas æquo animo perferebant, & nunc oligarchias perferunt, ſi modo quis eos non prohibeat ab opere faciendo, neque quicquam eius adimat. cito enim alij quidē eorum abundant, alij autem non egent. Pręterea vero penes eos poteſtatem eſſe creandorum ſuffragiis ſuis magiſtratuum, & rationū à magiſtratibus repetundarum, hæc eorum honoris egeſtatē ac ſitim explent, ſi qua eius rei cupiditate flagrant. Nā apud nonnullos populos etiam ſi non

dioſum reddendum leges quædam ex iis, quæ apud populos olim poſitæ ſunt, omnes adiuuēt & conferant, aut ne omnino liceat maiorem agri modum, quam a lege præfinitum ſit, poſſidere, aut ne liceat vſque a certo loco ad oppidum & ad vrbem: Et in multis ciuitatibus lege conſtitutum erat, ne cui liceret poſſeſſiones antiquas, quæ primæ ſorte obtigiſſent, vendere. Eſt & ea, quam Oxyli legem eſſe dicunt, talem quandam vim habens, vt nequis pecuniam alteri mutuam daret, parte aliqua agri, ſeu fundi, quem quiſque haberet, ab eo pignori accepta. Nunc autem etiam Aphytæorum lege hæc omnia dirigere nos oportet. eſt enim ad id, quod dicimus, vtilis. Nam illi quamuis & multi ſint, & agrum anguſtum habeant, omnes tamen ſunt agricolæ. Non enim cenſentur totas poſſeſſiones neque fundos integrôs in cenſum referunt, ſed in tot particulas diuidunt, vt etiam pauperes cenſibus diuiteis ſuperare poſſint. Secundũ eam multitudinem quæ ex agricolis conſtat, populus ille eſt optimus, in quo ſunt paſtores, & qui ex re pecuaria vitam tolerant. Multa enim habet agriculturæ ſimilia res pecuaria. & quod ad militareis & bellicas actiones attinet, hi ſunt maxime exercitati, & tali corporis habitu, vt magno vſui eſſe reip. & vitam ſub dio degere facile poſſint. Aliæ autem fere omnes, ex quibus cæteræ democratiæ conſtant, multitudines, multo ſunt his deteriores. vita enim earum ignaua & vitioſa eſt, nullumque ex iis muneribus, quæ tractat ſordidorum atque illiberalium opificum, & forenſium hominum. (eos dico qui cauponariam faciunt) & mercenariorum multitudo, cum

virtute coniunctum eſt. Præterea vero quia tale hoc fere omne nominũ genus in foro volutetur, atque in vrbe perpetuo reſideat, facile conciones frequentat. Aratores vero & agricolæ, quia ſunt per agros diſperſi: neque ad tempus concionibus occurrere poſſunt, neque tali conuentu ſimiliter egent. Vbi igitur contigit vt talis ſit regionis ſitus, vt agri longe ab vrbe remoti ſint, ibi probam democratiam, & bonam reipubl. adminiſtrandæ formam efficere facile eſt: neceſſe enim habet multitudo in agris, quaſi in coloniis, habitare. Itaque in democratiis etiam ſi ſit magna turba forenſis, ſeu tabernaria & vrbana, non eſt tamen populus cogendus, neque concio aduocanda ſine multitudine agreſti & ruſtica. Quomodo igitur ſit conſtituenda optima & prima democratia, dictum eſt. Non eſt autem obſcurum quomodo ſint & cæteræ. nam proxime & ſimiliter diſcedere ac degredi oportet ab ea, quæ ordine prior eſt, & ſemper deteriorem multitudinem ſecernere ac ſeparare. Vltimam autem democratiam, propterea quod ciues omnes reipublic. adminiſtrationis ſint participes, neque cuiuſuis ciuitatis eſt ferre, neque facile eſt manere, niſi legibus & inſtitutis bene ſit conſtituta. Quæ res porro & hanc & cæteras reip. adminiſtrandæ formas perdere atque euertere ſoleant, expoſitæ ſunt fere antea plurimę. Ad conſtituendam autem hanc democratiam & populum firmum ac robuſtum reddendum, ſolent ij, qui muneribus publicis propoſiti ſunt, quam plurimos ad eum aſſumere atque aggregare, non ſolum germanos ciues, & ex iuſtis nuptiis procreatos: verum etiam ex non iuſto concubitu

natos,

natos, & qui ex alterutro parente duntaxat ciues ſunt, hoc eſt, verbi cauſa, ex patre & matre. Omne enim genus hoc hominum ad talem populum, talemque democratiam magis accommodatum eſt. Solent igitur leues & blandi populi ductores hæc excogitare & machinari: ſed oportet aſſumere vſque eo, dum multitudo nobileis & medios ſuperet, & vltra hunc finem non progredi. Nam ſi modum ſuperent, cum reipubl. adminiſtrandæ formam faciunt inordinatam & perturbatam, tum nobileis eo magis irritant & incendunt, vt democratiam grauate atq; iniquo animo ferant: ex quo Cyrenis caſu quodam ſeditio manauit. Nam puſillum malum non attenditur, neq; cernitur: auctum autem & propagatum in oculos incurrit. Præterea talia commenta atque inuenta, Cliſthenes Athenis vſus eſt, cum democratiam amplificare atque augere vellet, & ij, qui democratiam conſtituerunt Cyrenis, at talem democratiam vtilia ſunt. Nam & aliæ tribus faciendæ ſunt, & quæ in vrbe inſunt, multiplicandæ & ſodalitates: & quæ ad ſacra priuata pertinent, in pauca & communia contrahenda ſunt: omnia denique artificia adhibenda ſunt, vt quam maxime omnes inter ſe permiſceantur: priſtinæ autem conſuetudines dirimantur ac diſtrahantur. Præterea vero & commenta tyrannica popularia videntur omnia: hoc eſt, verbi gratia, ſeruorũ licentia nullo magiſtratu conſtituto, qui eos coerceat, (hæc autem vſq; ad aliquem finem vtilis fuerit) & mulierum & puerorum: & ſinere vnumquemq;, vt velit, viuere. Multi enim erunt, qui tali reipubl. opitulẽtur. Iucundius enim eſt multitudini intemperanter,

peranter &inordinate,quam temperanter& modeſte viuere.

5. *Legiſlatoris, qui democratiæ accommodatas leges ferre velit, officium.*

EST autem ſcriptoris legum,& eorum, qui talem aliquam reip. adminiſtrandæ formā conſtituere volunt,magnum opus,non eam conſtituiſſe,neq; hoc vnum ſolum eorum opus,ſed potius vt conſeruetur,videre.nā eos diem vnū, vel duos, vel treis manere,qui quauis reip.adminiſtratione vtantur,non difficile eſt. Quapropter quibus de rebus ante cognouimus ac diſputauimus, nempe quæ res reip.adminiſtrandæ formis ſint ſalutares, quæ peſtiferæ, ex his reb. oportet incolumitatem ac ſtabilitatem ſtudere comparare, iis quidē, quæ interitum afferunt,vitatis:legibus vero huiuſmodi & non ſcriptis & ſcriptis poſitis, quæ maxime complectentur res ciuitatibus,& reipub.adminiſtrandæ formis ſalutareis: neque exiſtimare hoc eſſe populare,aut oligarchiæ proprium,quod maxime faciet, vt ciuitas populi aut paucorum imperio pareat, ſed ꝙ vt diutiſſime pareat. At blandi iſti, qui nunc ſunt,populi ductores,& tribuni plebis, à populis gratiam inire ſtudentes, multa iudiciis publicant. Quapropter oportet eos, qui reip. curam gerunt, his obuiam ire, & contrarias actiones opponere,hoc lege ſancito, ne quid eorū,qui damnantur,& ad cōmune pertinēt,populi fiat,ſed conſecretur.Nam ita & ij, qui iniuſta facinora faciunt. nihilominus ſibi à peccando cauebunt:(æque.n.multabuntur) & multitudo agreſtis atq; impolita minus erit ad reos condemnandos facilis ac propenſa, vtpote nihil lucri factura.

Præ-

Præterea facere vt iudicia publica ſemp ſint pauciſſima & rariſſima, maximis pœnis in eos, q falſo & temere alterum accuſabunt, conſtitutis. non. n. humileis & populareis homines, ſed nobileis & illuſtreis viros criminari, atque in iudicium vocare ſolent. Oportet autem ciueis omneis maxime quidem beneuolentiam in remp. conferre: ſin minus, at certe eos, penes quos ſumma eſt poteſtas, hoſtium loco non ducere. Sed quonam poſtremæ democratiæ hominum frequentia ac multitudine ſunt celebres, & conciones frequentare, non accepta mercede, difficile eſt: (quod quidem vbi nulla ſunt publica vectigalia, nobilib. eſt inimicũ atque infeſtum: ex tributo enim & publicatione bonorum, & iudiciis iniquis merces ſumatur neceſſe eſt: quæ multas iam democratias euerterũt) vbi igitur vectigalia forte non ſunt, conciones debent eſſe rariores: & iudicia multis quidẽ de reb. ſed paucos dies Hoc. n. etiam ad hoc confert, vt ne diuites ſumtus extimeſcant, ſi locupletes quidem non accipiant iudicandi mercedem, egentes vero accipiant. Valet etiam ad hoc, vt res in iudicium deductæ, melius iudicentur: locupletes enim multos dies à ſuis negotiis familiaribus abeſſe nolunt breue tempus non nolunt. Vbi autem vectigalia ſunt, faciendum non eſt, quod faciunt nunc tribuni plebis, ſeu leues populi ductores. Nã quæ factis ſumptibus neceſſariis ſuperant, populo diuidunt ille autem ſimul & accipit, & rurſus eget iiſdem. eſt. n. dolium pertuſum talis ad auxilium egentib. ferendum cõparata largitio. Sed oportet eum, qui vere popularis eſt, ne multitudo ſit nimis egens, prouidere. hæc enim cauſa eſt, quare

vitioſa ſit democratia. Excogitandum igitur aliquod artificium eſt, vt diuturna ſit copia rei familiaris. Quoniam aũt hoc ẽt diuitibus conducit, ea, quæ ex vectigalib. efficiuntur, oportet vnum congerenteis & coaceruanteis egentib. vniuerſa diuidere, maxime quidem ſi quis tantum coaceruare poſſit, quantum ſatis ſit ad paruum agelli modum comparandum: ſin minus, vt habeant facultatem & adiumenta mercaturæ faciendæ, atque agriculturæ: quod ſi non poſſit fieri vt omnib. ſaltem tributim, aut curiatim, aut per aliquam aliam ciuitatis partem viciſſim diuidere. Atque interea locupleres ad neceſſarios conuentus mercedem conferre debebunt, ab inanibus ſumptuoſorum munerum functionib. liberi ac ſoluti. Tali autẽ quodammodo Carthaginienſes remp. adminiſtrãtes populi erga ſe beneuolentiam collegerunt. Semper.n. cum aliquos de plebe ad vrbeis circumpoſitas dimittunt, eos collocupletant. Eſt autem hoc quoq; humanitate politorum & venuſtorum, & cordatorum nobilium, egentib. inter ſe diſtributis ſuppeditare eis adiumenta rei faciendæ, eoſq; ad opus faciendum cohortari & excitare. Præclarum vero eſt etiam Tarentinorum conſilia imitari. Illi.n. iumentis & poſſeſſionibus cum egentib. ad vſum communicatis, multitudinis beneuolẽtiam ſibi comparant. Præterea magiſtratuum omnium duo genera fecerunt, vt alii ſuffragio ſeu electione, alii ſortitione mandentur: ſortitione, vt plebs eorum ſit particeps: ſuffragio, vt melius ſua reſpublica adminiſtretur. Licet autem hoc facere ẽt. in eodẽ magiſtratu, partitiõe ita facta, vt alii eũ ſortitione obtineant, alii ſuffragio. Quomodo igitur democratiæ conſtituendæ ſint expoſitũ eſt.

Digitized by Google

Quæ ad ſtabiliendam oligarchiam ſint ſpectanda.

QVOMODO aũt ẽt oligarch cõſtituendæ ſint, ex his ferè intelligere licet. Oportet.n.ex cõtrariis colligere, vnaquaq; oligarchia ad contrariã democrat.ſpectata & relata: ea qdem, q̃ oligarch. tẽperatiſſima & prima eſt, ad optimã democrat.& primam. hæc aũt eſt ea, quę ei reip.adminiſtrandæ formæ, q̃ cõmuni nomine ſic appellatur, finitima eſt: in qua cenſus ita diuidẽdi ac diſtinguẽdi ſunt, vt alii minores fiant, alii maiores. minores, ex quibus ciues neceſſarios magiſtratus obtinebũt: maiores, ex quib. ampliores, & maiorũ rerũ in ciuitate cõpotes: & ei, qui cenſum habet, licere oportet ad remp.adminiſtrandam accedere, tanta populi multitudine per censũ ad reip.adminiſtrationem introducta, vt ea recepta potẽtiores ac ſuperiores ſint virib. q reip adminiſtrationis ſunt participes, quam qui nõ ſunt. Semper autem ex meliore populo reipublicæ adminiſtrandæ ſocii aſſumendi ſunt. Atque oligarchiam huic primæ proximam oportet paulum intendendo ſimiliter conſtituere. Ea autem, quæ democratiæ vltimæ contraria eſt oligarchia, quæque dynaſtarum potentatui & tyrannidi ſimillima & maxime finitima eſt: quãto eſt peſſima, tanto maximam & plurimam cautionem cuſtodiamque deſiderat. Quemadmodum enim corpora bene conſtituta, & ad bonam valetudinem probe conformata; & nauigia ad nauigationẽ appoſita & opportuna, boniſq; nautis inſtructa, plura peccata recipiunt ſine interitionis periculo per ſe; corpora vero morboſa, & nauigia fatiſcentia, & malos nautas conſecuta, ne parua quidem errata ferre poſſunt: ita &

eæ rei-

Digitized by Google

cæ reipublicæ adminiſtrandæ formæ, quæ deterrimæ ſunt, plurimam cautionem requirunt. Vniuerſe igitur democratias hominum vbertas & copia tuetur & conſeruat, hoc enim ei iuri, quod ex dignitate eſt, opponitur: oligarchiæ vero contra perſpicuum eſt in recti ordinis deſcriptione bonaque ordinatione ſalutem eſſe poſitam.

7. *Ad inſtituendam oligarchiam præcepta.*

QVONIAM autem quatuor ſunt in primis multitudinis partes agricolarum, eorum qui arteis ſordidas & illiberales tractat, eorum qui mercaturam & cauponariam faciunt & mercenariorum: quatuor autē ad bellum vtiles; equitum, peditum grauioris armaturę, peditum leuioris ſeu ferentariorum, militum claſſicorum & nauticorum. quo in loco contigit, vt regionis ſolum ad equitādum aptum ſit, hic natura fert vt poſſit conſtitui oligarchia valida ac robuſta. Nam cum ſalus iis qui vrbem incolunt, ex his copiis comparatur: tum equorum alendorum facultas, eorum propria eſt, qui amplas diuitias magnaſq; poſſeſſiones habent. Vbi vero regio ad pedites grauioris armaturæ accommodata eſt, proxima in eo loco oligarchia conſtitui debet. Nam peditatus grauioris armaturæ locupletium eſt magis, quam egentium. Pedites aūt leuioris armaturæ & nautici milites, omnino democratiæ cōueniunt. Nūc igitur quib. in locis talis multitudo magna eſt, cū ſeparatim & ſeorſum ab aliis pugnant, deterius pugnāt. Verum huic incōmodo remedium ab imperatoribus rei militaris peritis ſumendum eſt, qui cum equitatu & grauioris armaturæ pedibus aptum & conuenientem peditum leuioris armaturæ numerum con-

coniungunt. Atque hac ratione in ſeditionibus populares & plebei locupletibus ſuperiores diſcedunt. Nam quia ſunt expediti, cum equitatu & peditatu grauioris armaturæ facile pugnant. Has igitur copias ex his comparare, in ſeipſos eſt comparare. Oportet autem, cum ætas non ſit ſimplex, ſed in aliquot parteis diuiſa, aliique ſint ætate grandiores, alii iuuenes, patres interea dum etiam num ſunt iuuenes, & viribus integris, filios ſuos ad leueis & expeditas pugnas erudire: poſteaquam autem hi è pueris exceſſerint, tum ipſos eſſe militarium operum opifices & athletas. Communicari autem cum multitudine reip. adminiſtratio debet, aut (quemadmodum antea dictum eſt) cum iis, qui cenſi ſunt: aut quo modo Thebani faciunt, cum iis, qui aliquamdiu ſe ab illiberalibus artibus abſtinuerunt: aut quemadmodum fit Maſſiliæ iudicio facta de iis, qui digni ſunt: tum ex eorum numero, qni in rep. adminiſtranda verſantur, tum ex iis, qui à rep. muneribus excluſi ſunt. Pręterea magiſtratibus iis, penes quos maximarum rerum eſt poteſtas, quoſque gerere debent ii, qui in rep. verſantur, impoſitæ eſſe debent ſumtuoſorum munerum functiones: vt populus ſua ſponte & libenti animo reip. adminiſtrationis ſit expers: & iis, qui magiſtratus gerunt, ignoſcat, tãquam imperii ſui magnam mercedem perſoluant. Conuenit autem & cum ineunt magiſtratus, ſacrificia magnifica facere, & in opus aliquod publicum ædificandum pecuniam inſumere: vt populus epulis illis opiparis acceptus, & vrbem partim ſtatuis ac templis, partim præclaris ædificiis exornatam aſpiciens, reipubl. adminiſtrandæ formam libenter

videat

videat ſtantem ac permanentem. Huc accedit, quod nobilib. ſuę impenſæ exſtabunt monumenta. Verum tantum abeſt, vt ij, qui oligarchias obtinent, hoc faciant, vt etiam contrariis ſtudiis factiſque delectentur. Quæſtum enim & emolumentum conſectantur non minus, quã honorem ac dignitatem. Quapropter par eſt has oligarchias paruas democratias appellare. Quo modo igitur democratiæ & oligarchiæ conſtituendæ ſunt, ita ſit à nobis definitum atque explicatum.

8. *Magiſtratuum ratio, quot, & qui, & quarum rerum ſint.*

IIs autem quæ dicta ſunt, conſequens & connexa magiſtratuum partitio eſt, quot, & qui, & quarum rerum ſint, quemadm. & antea dictum eſt. Nam vt ſine magiſtratibus neceſſariis ciuitas cõſtare nequit: ita ſine iis, qui ad recti ordinis deſcriptionem (q̃ eutaxiam appellant Græci) & modeſtiam inſtitutionemque ciuium pertinent, vrbs præclare habitari non poteſt. Neceſſe autem eſt, in paruis quidem ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus: in magnis autem plureis, quemadm. ante dictum eſt. Qualeis igitur magiſtratus apte poſſint vna cohærere, & in vnum conduci: & quales ſint ſecernendi ac ſeiungẽdi, ignorare non oportet. Primum igitur cura rerum neceſſariarum in foro haberi debet, eique curæ magiſtratus aliquis præficiendus eſt, qui ſpeculans commerciorum & rerum contrahendarum rationem, det operam vt in eis conſeruetur ordo, modus & fides. Neceſſe enim fere eſt ciuitates omneis alia emere, alia vendere, ad vſus vitæ mutuos & neceſſarios. Atque hoc ad copiam bonis omnibus cumulatam

Digitized by Google

atque inſtructam, nihil externum requirentem proxime accedit, propter quam in vnam ciuitatis adminiſtrandæ formam videntur homines conueniſſe. Altera autem cura hanc deinceps ſubſequens, eique proxima, eſt rerum vrbanarum tum publicarũ, tum priuatarum, vt ſit in eis moderatio, & ordo pulcher ac decorus ſeruetur, vtque ædificia & ſarta & recta conſeruentur, & labentia reparentur, viæque muniantur, & corruptæ reficiantur: neve ſit vlla de finibus inter ciueis controuerſia aut querela, & quæcunque alia ad huiuſmodi procurationem pertinent. Appellant autem plerique talem magiſtratũ apud Græcos aſtynomiam, apud Romanos ædilitatem maiorem, quæ plureis numero parteis habet: atque horum alios aliis rebus præponunt in vrbibus celebrioribus, & maiorem ciuium numerum continentibus: verbi cauſa, muris reficiendis prẹfectos, fontium curatores, portuum cuſtodes. Alia eſt & neceſſaria, & huic conſimilis eaſdẽ enim res procurat, ſed quæ ſunt in agris & regionis ſolo, quæq; extra vrbem. nominant autem hos magiſtratus aliis agrorum curatores, alii ſyluarum ſeu nemorum cuſtodes. Hæ igitur ſunt tres rerũ neceſſariarũ curationes & præfecturæ. Alius eſt magiſtratus, ad quem reipub. vectigalia referenda ſunt, eorum qui pecuniam publicam à ſe cuſtoditam & ſeruatam ad vnamquamque reipub. adminiſtrationem depromunt ac diſtribuunt: hos autem coactores & quæſtores appellant. Alius eſt, apud quem pacta priuata & ſententiæ iudiciales perſcribi debent. apud eoſdem poſtulationes, & litium perſcriptiones & accuſationum introductiones fieri opor-

oportet. In nonnullis igitur locis etiam hunc magiſtratum in plureis diuidunt : quorũ tamen vnus eſt,cuius eſt ſumma in omneis auctoritas ac poteſtas. Vocantur aũt hi ſacrorũ commentariorũ ſcriptores ſeu cuſtodes,& tabulis publicis præfecti,& cõmentarieſes ſeu actuarii, & aliis nominib. ſimilib.Hunc deinceps ſeqtur,qui idem & maxime omniũ magiſtratuũ neceſſarius eſt & difficillimus: cuius eſt pœnas à damnatis expetere, & multas à multatis exigere atq; efflagitare,&corpora eorum in carcerem & vincula coniicere, acerrimiſq; cuſtodiis aſſeruare. Difficilis aũt eſt,quia maxime odioſus atq; inuiſus eſt. Itaque vbi magnos q̃ſtus ex hoc magiſtratu facere non eſt,neq; eum capere animum inducere queũt:neq; cum ceperunt,eum adminiſtrare ex legis præſcripto volunt. veruntamen neceſſarius eſt,quoniam lites de reb.iuſtis intentæ, ſunt inutiles atque inanes,niſi res iudicatæ ad exitum perducantur. Itaque ſi iudiciorum vſu ſublato, ſocietas hominum conſtare non poteſt: ergo neque ſi res iudicatæ infirmentur, aut iudicata non ſoluantur ab iis ,qui damnati ſunt. Quare præſtat huic magiſtratum non eſſe vnum,ſed alios ex aliis iudiciis ac ſubſelliis ſumi.Atq; in multationib.eorũ, qui in tabulas publicas relati ſunt, eandem diuiſionem adhibere conãdum eſt. Præterea vero &multas nonnullas à magiſtratibus oportet exigi,cum alias ab aliis,tum eas, quas noui magiſtratus irrogarunt,à nouis:& eas, quæ ab vſitatis & veteribus irrogatæ ſunt, cum alius condemnarit,alium eſſe qui exigat:exẽpli cauſa, eas, quas annonæ præfecti ſeu ædiles minores irrogarunt,ædileis maiores efflagitare: eas, quæ ab his

irroga-

irrogatæ ſunt, alios. Quanto enim minore in odio fuerint ij qui exigunt, tanto facilius ac citius exactiones finem ſuum obtinebunt. Eoſdem igitur eſſe, qui damnarint, & qui multam exigant, odium duplex habet: eoſdem vero de rebus omnibus ſtatuere, reddit omnibus inuiſos. Multis autem in locis diuiſus ac diſtinctus eſt magiſtratus carceri cuſtodiæque reorum præfectus, ab eo qui multas flagitat: verbi gratia, Athenis eorum qui Vndecim viri dicuntur. Quocirca præſtat etiam hunc ſeparare, & commentum aliquod callidum etiam in hoc excogitare. nihilo enim minus neceſſarius eſt, quam qui proxime commemoratus eſt. Euenit autem vt viri boni hunc magiſtratum maxime fugiant: at improbis hanc permittere poteſtatem non eſt tutum. ipſi enim cuſtodia egent potius, quam alios cuſtodire poſſunt. Quapropter non oportet vnum certum huic negotio propoſitum eſſe magiſtratum, neque continenter & perpetuo eundem geri: ſed & ex iuuentibus, vbi aliquis eſt puberum & præſidiariorum militum ordo: & ex magiſtratibus alios atque alios ſumi, qui viciſſim hanc prouinciam gerant. Hi igitur magiſtratus vt maxime omnium neceſſarij, primi ſtatuendi ſunt. ſequuntur deinceps non minus illi quidem neceſſarij, ſed in maiore ſplendore collocati, ſpeciemque magis illuſtrem præ ſe ferentes. nam multum vſum, magnamque fidem deſiderant. Tales autem fuerint & ij, ad quos vrbis cuſtodia pertinet: & ij, qui ad vſus rerum bellicarum inſtituuntur atque ordinantur. Oportet autem tum in pace, tum in bello pereque portarum, & murorum cuſtodiæ præfectos, & ciuibus an-

quiſitione habita probandis, atque ordine deſcribendis curatores eſſe. alibi enim plures ſunt ad hæc omnia munera adminiſtranda creati magiſtratus, alibi pauciores: verbi gratia, in paruis ciuitatibus magiſtratus vnus omnibus negotiis gerendis præponitur. Taleis autem appellant Græci ſtrategos & polemarchos, hoc eſt, duces exercitus ſeu imperatores, & belli principes. Præterea vero ſi ſint equites aut pedites leuioris armaturæ, aut ſagittarij, aut nautici ſeu claſſiarij milites: etiam his ſingulis interdum conſtituuntur magiſtratus, qui appellantur claſſis præfecturæ, & equitum magiſteria, & ordinum ſeu legionum prę-fecturæ: & viciſſim his ſubiectæ ſunt triremium præfecturæ, & decurionatus, & centurionatus, & tribunatus militares, & quæ ſunt ſimiles harum præfecturarum partes. Vniuerſum autem harum partium vnum quoddā genus eſt, rerum bellicarū curatio ſeu adminiſtratio. Quod igitur ad hunc magiſtratum pertinet, ita ſe res habet. Quoniam autem ſi nō omnes, at certe nonnulli magiſtratus multa negotia totius ciuitatis, & populi cōmunia tractant; aliam eſſe neceſſe eſt, qui rationes ab illis repetat, & præterea iudicio rationum referendarum ſubiectos corrigat & caſtiget, nihilque aliud tractet. Appellant porro hos alij correctores ſeu cenſores, alij ratiocinatores, alij anquiſitores ſeu probatores, alij patronos cognitores. Eſt & alius præter hos omnes magiſtratus, cuius grauiſſima eſt omnium auctoritas, maximaq; poteſtas. Idem enim ſæpenumero & vectigalis curationem, & tribunatum plebis, hoc eſt, ephoriam, obtinet: qui præeſt populo in iis ciuitatibus, in quibus penes

popu-

populum ſumma eſt rerũ poteſtas. Oportet enim
aliquem magiſtratum eſſe, qui habeat ius conuo-
candæ eius ciuium partis, penes quam ſumma rei-
publ. eſt poteſtas. Vocantur autem alibi quidem
à Græcis probuli, à Romanis, (ſi placet) prouiſores
ſeu præcõſultatores, quia prouideant & ante con-
ſultent. vbi autem multitudo dominatur, ſenatus
potius, ſeu conſilium publicum appellatur. ciuiles
igitur magiſtrat⁹ tot fere numero ſunt. Aliud por-
ro curationis genus eſt, quæ in cęremoniis & deo-
rum cultu verſatur: verbi gratia, ſacerdotum & eo-
rum, quorum eſt quæ ad res ſacras pertinent, cu-
rare, ædeis ſacras ſartas tectas conſeruare, ruinoſas
& labenteis reficere atque excitare, & alia ſimilia,
quæ ad religiones deorum inſtituta ſunt, admini-
ſtrare Euenit autem vt hæc curatio alicubi ſit vna;
vt in paruis ciuitatibus: alicubi vero multæ, & à
ſacerdotio ſeparatæ (verbi gratia) in quib. ſunt ſa-
crifici, & templorum cuſtodes ſeu æditui, & ſacra-
rum pecuniarum cuſtodes. Huic proxima ea cura-
tio eſt, quæ ad ſacrificia publica excepta & reſer-
uata eſt, ea dico, quæ non ſacerdotibus à lege aſſi-
gnantur, ſed iis qui hunc honorem à communi ci-
uitatis foco & totius vrbis lare conſequuntur. Ap-
pellant autem hos alij principes ſeu prætores, alij
reges ſacrorum, alij prytanes. Neceſſariæ igitur cu-
rationes, vt eorum quæ diximus, ſummam facia-
mus, in his rebus verſantur: in diuinis, in bellicis,
in vectigalibus, in ſumptibus, in annona, & rebus
venalibus, in rebus vrbanis, in portubus, in agro &
ſolo regionis: præterea in rebus iudicialibus, in
rerum contractarum perſcriptionibus, in multa-
rũ exactionibus, rerumve iudicatarũ executioni-

 bus,

Digitized by Google

bus,in cuſtodiis, in rationibus ſubducendis, in ciuium probationibus, atque in mores eorum acquiſitionibus, in rationibus ab iis qui magiſtratu defuncti ſunt, repoſcendis. Poſtremo ij magiſtratus, qui conſilio publico præſunt, in numerum communium referendi ſunt. Propria autem eſt ciuitatum otioſarum & pacatiorum, & rebus proſperis magis florentium, & præterea vero elegantis ornatus, & pulchri ac decori ordinis curam aliquam habentium, mulierum diſciplina, legum cuſtodia, puerorum inſtitutio ac moderatio, gymnaſiorum præfectura, præterea ludorũ gymnicorum & Dionyſiacorum curatio, & ſi qua forte alia huius generis inſtituantur ſpectacula. Horum autem magiſtratuum nonnullos in promptu eſt non eſſe populareis: vt mulierum & liberorum inſtitutionem ac diſciplinam. Egentes enim neceſſe habent vti vxoribus & liberis tanquam pediſſequis ac miniſtris, quia ſeruis careant. Cũ ſint autẽ tres magiſtratus, ex quorum ratione quidam magiſtratus ampliſſimos ſummaque auctoritate ac poteſtate præditos ſuffragio creant, legum cuſtodes, prouiſores ſeu præconſultatores, ſenatores ſeu conſilij publici participes: legum cuſtodes ad ariſtocratiam pertinent, præconſultatores ad oligarchiam, ſenatus ad democratiam. De magiſtratibus fere omnibus veluti rudi quadam informata imagine à nobis explicatum eſt.

ARI-

Digitized by Google

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. VII.

CAP. I.

Procemij vice ſequentem diſputationem hac hypotheſi præmunit, vitam optimam & ſeparatim vniuſcuiuſq;, & communiter ciuitatum eſſe, quæ ex virtute ducatur, vſque eo bonis inſtructa, vt ad actiones quæ à virtute proficiſcuntur ſit idonea.

EVm qui de optima reip. adminiſtrandæ forma conuenienter quæſiturus & commentaturus eſt, primum quænam vita maxime ſit optabilis atque expetenda, definite cognouerit neceſſe eſt. Nam ſi hoc obſcurum & incognitum ſit, etiam optima reip. adminiſtrandæ forma obſcura & incognita neceſſario futura eſt. Optimas enim res agere, optimeq; res ſuas gerere conuenit eos, qui optima reipub. adminiſtratione vtuntur, ex iis quæ eis ſuppetunt, niſi ſi quid præter omnium opinionem & rationem accidat. Quocirca oportet hoc primum inter nos conſtare & conuenire, quęnam ſit omnibus pauciſſimis exceptis, optatiſſima & maxime expetenda vita: deinde vtrũ cum aliis communiter & ſeparatim eadem ſit, an alia. Cum exiſtimemus igitur multa de vita optima in iis libris quos exotericos, id eſt, quaſi externos appellare conſueuimus, ſatis ad rem accommodate dici, etiam nunc iis vtendum nobis eſt. Nemo enim profecto, quod ad vnam quidem diuiſionem attinet, in controuerſiam vocarit, quin cum tria ſint

bonorum genera, externa ea quæ ſunt in corpore, ea quæ in animo, hæc omnia beatis ſuppetere oporteat. Nemo enim beatum dixerit eum, in quo neque fortitudinis, neq; temperantiæ, neque iuſtitiæ particula inſit vlla: ſed qui muſcas circum volitanteis metuat, & cum eſuriat aut ſitiat, nulla re ſibi temperet etiam deterrima atque extrema, amicos cariſſimos atque intimos ob quadrantem interimat: ſimiliterque in iis, quæ ad mentem attinent, æque ſit imprudens & excors, pariq; mentis errore afficiatur, atq; puer aliquis aut inſanus. Hęc igitur quæ ita dicuntur omnes, vt diximus, vno ore conceſſerint: ſed de quanto & excellentia immoderata ambigunt. Virtutis enim quantulumcunque habeant, ſatis ſe habere exiſtimant. Diuitiarum vero & pecuniæ, & potentiæ, & gloriæ, & talium omnium rerum cupiditati nullũ modum ſtatuunt, nullum finem imponunt. Nos autem eis reſpondebimus, facile quidẽ eſſe his de reb. etiam ex factis argumenta ad fidem faciendam ſumere, cum videamus, eos parare & retinere, non virtutes bonis externis, ſed bona externa virtutibus: & beate viuendi facultatem, ſiue ea hominibus poſita ſit in voluptate, ſiue in virtute, ſiue in vtroque, datam eſſe maiorem iis, qui morum quidem & mentis virtutibus egregie & ſupra modum ſunt exornati. bonorum autem externorum copiis mediocriter inſtructi: quam iis, qui cum multo plura bona externa habeant ſuperuacanea, quam ad victum cultumq; vtilia, à virtutib. ſint inopes ac vacui: veruntamẽ etiam iis qui hanc quæſtionem ad rationem ſpectare atque exigere volent, facile veritas patebit. nam bona externa, tanquam inſtrumentum quoddam, extremum habent. quicquid

autem vtile eſt,in iis rebus conſiſtit,quarum nimium neceſſario aut obeſt iis qui habent, aut nihil prodeſt. At vnum quodq; eorum bonorum,quæ in animo inſunt,quo maius & vberius eſt,hoc vtilius eſt: ſi hæc bona non ſolum honeſta, ſed etiam vtilia quaſi cognomento quodã ſunt appellanda. In ſuma autem, perſpicuum eſt, nos eſſe dicturos, optimarũ cuiuſq; rei affectionum talẽ comparationẽ & proportionẽ inter ſe futurã: qualis excellentia & differentia iis reb. contigit, quarũ rerum has affectiones eſſe dicim⁹. Quare ſi animus & bonorum externorũ peſſeſſione,& corpore carius ac præſtabilius quiddã eſt tum ſimpliciter, tũ nobis: etiam optima cuiuſq; horum affectio eandem ꝓportionẽ & comparationẽ inter ſe habeat neceſſe eſt. Præterea propter animũ hæc ſunt optabilia & expetẽda natura: & omnes bene ſanæ mentis homines ea expetere pp animum debent, & nõ animum pp illa. Tantum igitur ad vnumquemq; felicitatis peruenire, quantũ cuiq; virtutis & prudentiæ,& actionum his conſentanearũ contigit, conueniat inter nos Dei teſtimonio vtenteis: qui quãuis fortunatus & beatus ſit, non tamen pp vnum bonum externum beatus eſt,ſed ipſe propter ſe,& quia ſit cuiuſdã modi natura. nam etiam propter hanc cauſam ſecunda ſeu proſpera fortuna à beatitudine neceſſario differt. bonorum enim, quæ extra animum ſunt, caſus & fortuna, cauſæ ſunt efficientes: iuſtus vero aut temperãs nullus eſt à fortuna, neque propter fortunam. Conſequens autem eſt, & eaſdem rationes deſiderat, ciuitatem optimam, ſuaque negotia præclare gerentem, eſſe etiam beatiſſimam, Fieri porro non poteſt,

Digitized by Google

vt ij negotium ſuum præclare gerant, qui res honeſtas & præclaras non agant. At nulla præclara actio neque viri, neque ciuitatis ſine virtute & prudentia eſt. Fortitudo autem & iuſtitia, & prudentia ciuitatis eandem vim & ſpeciem habent, atque illæ quas vnuſquiſque mortalium conſecutus, iuſtus & prudens, & temperans appellatur. Sed hactenus hæc inſtar procemij ei diſputationis, quam habituri ſumus, præpoſita ſint. Nam neq; ea prætermittere fas nobis fuit, neque vt omneis rationes huius ſermonis proprias perſequeremur, rerum natura tulit. Sunt enim hæc alius quæſtionis & loci. Nunc autem hoc poſitum ſit, vitam optimam & ſeparatim cuiuſque & communiter ciuitatum eſſe eam, quæ virtuti conſentanea eſt, tanta bonorum copia inſtructæ, vt particeps eſſe poſſit congruentium virtuti actionum. Iis autem, qui hæc in cõtrouerſiam vocant, omiſſis, nunc in hac, quam ratione & via ſuſcepimus, diſputatione, poſterius videndum erit, quid reſpondeamus: ſi quis forte iis, quæ dicta ſunt, non aſſentiatur.

2. Docet beatitudinem eandem eſſe vnuſcuiuſque hominis ac ciuitatis: Affines deinde quaſtiones aliquot proponit.

VTRVM autem beatitudo ſit eadem dicenda vniuſcuiuſque hominis atque ciuitatis, nec ne, reliquum eſt vt explicemus. At etiam hoc in promptu eſt. omnes enim eandem eſſe vno ore conceſſerint. Nam quicunque in diuitiis bene viuere de vno homine ponunt, hi etiam ciuitatem, ſi ſit locuples & copioſa, beatam prędicant. & quicunque vitam tyrannicam cæteris omnibus anteponũt, hi etiam ciuitatem plurimis imperantem, bea-

Digitized by Google

beatiſſimam pronuntiarint: & ſi quis vnum aliquem virtutis nomine maxime admiratur & probat, hic & ciuitatem, quo erit virtute ornatior, eo dixerit eſſe beatiorem. Sed hæc iam ſunt duo, quæ conſiderationis indigent: vnum vtra vita ſit magis expetenda, ea quę in communione reip. adminiſtrationis, & ciuitatis traducatur, an potius peregrini propria, & à ciuili ſocietate ſegregata ac ſoluta: alterum, quæ reipubl. adminiſtrandæ forma, & quæ ciuitatis affectio ſiue ordinatio, ſiue (vt ita dicam) diſpoſitio, optima ſit locanda, ſiue omnib. optabile ſit & expetendum, in ciuili ſocietate verſari: ſiue aliquibus quidem minime, ſed pleriſque etiam. Quoniam autem cogitationis & cognitionis ciuilis hoc munus eſt, non quid cuique rei ſit expetendum, videre: nos porro hanc diſputationem nunc inſtituimus ac ſuſcepimus. illud quidem alienum à noſtro inſtituto fuerit, hoc vero proprium munus huius à nobis via & ratione ſuſſceptæ inſtitutionis. Hanc igitur neceſſario eſſe optimam reipubl. adminiſtrandæ formam, ex cuius ordinatione quiuis res optimas agat, & beate viuat, perſpicuum eſt. Ambigitur autem ab iis ipſis, qui concedunt vitam cum virtute coniunctam, eſſe maxime expetendam, vtrum vita ciuilis, & ad agendum expedita, ſit optabilis & ſumenda, an ea potius, quæ ab omnibus rebus externis ſegregata eſt ac ſoluta: verbi cauſa, ea, quæ in contemplatione & cognitione rerum conſumitur: quam ſolam quidam dicũt eſſe philoſopho dignam. Fere enim hæc duo vitæ genera, hominis laudis & gloriæ virtute parte cupidiſſimi, aliis anteferre reperiuntur, & qui olim vixerunt, & qui nunc ſunt. Duo autem

Digitized by Google

dico, ciuile, & philoſophicum. Magni porro refert, vtrum ſit verum. Neceſſe enim eſt eum, qui prudentia valet, & priuatim ſingularem hominem, & communiter reipub. adminiſtrandæ formam, ita ſe componere & parare, vt eum vitæ finem qui ſit melior, ſibi proponant. Exiſtimant autem alii quidem, finitimis imperare, ſi hoc dominorũ in morem, & imperioſe fiat, cum iniuſtitia maxima eſſe coniunctum: ſin ciuiliter, iniuſtitia hoc quidem vacare, ſed impedimento eſſe vitæ tranquillitati & proſperitati. Alii cum his pugnãtes aliter opinantur. Solã enim viri eſſe propriam vitam in actione poſitã, & ciuilem. Nam quæ cuiuſque virtutis ſunt actiones, non magis ad priuatos, quam ad eos, qui rempub. gerunt, & in repub. verſantur, pertinere. Sic igitur quidam exiſtimãt: alii vero ſolam reipubl. adminiſtrandæ rationem herilem, & domino conuenientem, & tyrannicam, beatam eſſe dicunt. Quin apud nonnullos, & in reipublicæ adminiſtratione hic legibus finis propoſit⁹ eſt, in finitimos dominari. Quapropter quamuis plurimæ leges apud pleroſque ſparſim & confuſe, vt ita dicam, latæ ſint, ſicubi tamen leges ad aliquid vnum ſpectant hoc petunt ac deſtinãt, vt imperium obtineant: quemadm. Lacedæmone, & in Creta tum diſciplina, tum legum multitudo, ad rem militarem compoſita & comparata eſt. Præterea in iis gentibus quæ plura obtinere, & ſuperiora habere poſſunt, huiuſmodi potẽtia plurimi fit, in ſummoq; honore eſt: vt apud Scythas, & Perſas, & Thraces, & Celtas. Apud quaſdã enim nationes ẽt leges exſtant, quæ ad hanc virtutẽ excitant, quemadm. Chartagine aiunt annulorum ornatum ita quemq; capere, vt plurimas militias

tolerarit Quin lex erat hæc quondam in Macedonia, vt qui nullum hoſtem occidiſſet, capiſtro cingeretur. Apud Scythas autem ei, qui hoſtem neminem interfeciſſet, ex eo ſcypho, qui circumferebatur die quodam feſto, bibere non licebat. Apud Hiſpanos, gentem bellicoſam, tot numero verucula (obeliſcos appellant) circum ſepulcrum defigunt, quod quiſque hoſteis interemit: aliaque multa apud alios talia partim legibus comprehenſa, partim inſtitutis & conſuetudine recepta ſunt. Atqui videri fortaſſe poſſit dictu abſurdum iis, qui rem accurate conſiderare velint, minus eſſe viri ad remp. adminiſtrandam apti & ſcientia ciuili inſtructi, perſpicere atque intelligere poſſe, quomodo finitimis imperet, velint nolint. Nam qui poſſit hoc aut ſocietati ciuili, aut latoris legem officio conuenire, quod ne legitimum quidē eſt? Legitimum aūt non eſt nō ſolū iuſte, verum ēt iniuſte imperare. fieri autem pōt, vt quis alios ſubigat ac ſuperet etiam iniuſte. Atqui nec in cæteris ſciētiis hoc fieri videmus. Nam neque medici, neque gubernatoris munus eſt aut perſuadere, aut inferre vim: illius quidē iis qui curantur, huius vero nautis & vectoribus. Sed multi rationem in ſeruos dominādi, ſcientiam ciuilem eſſe videntur exiſtimare, & quod in ſe neq; iuſtum neque vtile eſſe dicunt, hoc non pudet ipſos in alios exercere. Ipſi enim vt ſibi iuſte imperetur, poſtulant: aduerſus alios vero iura nō ſunt eis curæ. Abſurdum autem eſt non eſſe natura id, quod in alterum dominatur, & id, quod non dominatur. Quare ſi ita ſe res habet, non in omneis oportet conari dominari, ſed in eos, q apti

ſunt

ſunt ad domini imperium ſubeundum, natura: quemadmodũ neq; ad epulas aut ſacrificium homines venari, ſed id quod venando captari debet. Captari autem venando debet id, quod ſit ferum, animal edule. Veruntamen poſſit eſſe etiam per ſe ciuitas vna beata, nempe ea, quæ bene adminiſtratur: ſiquidem fieri poteſt, vt ciuitas ſedes ſuas alicubi ſeorſum & per ſe collocarit, bonis legibus vtens. cuius reip. adminiſtrationis deſcriptio atq; ordinatio, non ad bellum, neq; ad victoriam ab hoſtibus reportandum referatur. Fingamus enim nihil eſſe tale. Perſpicuum igitur eſt omnia ciuitatis ſtudia, omneiſque curas, quæ ad bellum conferuntur, eſſe has quidẽ præclaras habendas, verum non vt ſummum rerũ omnium finem, ſed has illius gratiæ. Eſt autem boni legum ſcriptoris diligenter conſiderare & videre, quomodo ciuitas, & genus hominum, & omnes aliæ ſocietates, vitæ cum virtute coniunctæ, & beatitudinis ſibi cõuenientis, & in ſe cadentis participes eſſe poſſint. Different porro inter ſe nonnullæ leges ſcriptæ ab inſtitutis & more. Atque hoc munus eſt ſcientię legum ſcribendarum, videre, ſi qui forte ſint finitimi, qualia ſtudia aduerſus qualeis ſint exercenda atq; excolenda, aut quomodo officia in ſingulos ſeruanda. Sed hęc quidẽ quęſtio, ad quem finem optimam reip. adminiſtrandæ formam contendere oporteat, etiam poſterius, ita vt res poſtulat, diſputari atque explicari poterit.

3. Reſpondet ad varias quæſtiones capite ſuperiori propoſitas.

IN eos autem vtroſq;, qui vno quidem ore conſentiunt, vitam cum virtute coniunctam eſſe maxime expetendam, de eius vero vſu diſſentiunt,

tiunt, nobis nunc dicendū eſt. Alteri enim ciuileis magiſtratus improbāt, exiſtimantes hominis liberi vitam aliam quandam eſſe à vita ciuili, & maxime omnium eſſe optabilem atque expetendam: alteri hanc eſſe optimam arbitrantur. fieri enim poſſe, vt qui nihil agit negocia præclare gerat. Præclarā autem negotij geſtionem, ſeu bonā actionem & beatitudinem, idē eſſe. Dicimus igitur vtroſq; partim recte dicere, partim nō recte: illos ꝙ aiunt hominis liberi vitā ea vita, quæ domini imperium in ſeruos exercet, eſſe meliorem. Hoc.n. verum eſt. ſeruo.n. qua ratione ſeruus eſt, vti, nihil habet gloriatione dignum. nam de reb. ad vſum quotidianæ vitæ neceſſariis præcipere, & negotium dare, nihil habet pulchrum aut præclarum. Exiſtimare autem omne imperium, eſſe domini in ſeruos imperium ſeu dominatum, errare eſt. Nō minus enim differt imperiū in liberos ab imperio domini in ſeruos, quam id quod liberum eſt natura ab eo quod ſeruum eſt natura. qua de re libris ſuperiorib. cumulate à nobis explicatum eſt. Vitam autem otioſam & ceſſatione torpētem, magis eſſe laudandam, quā actionem, non eſt verum. Beatitudo enim, actio eſt. Pręterea vero multarum & honeſtarum rerum finem continent iuſtorum & temperantium virorum actiones. Atquin exiſtimare forſitan poſſit aliquis his ita definitis, ſummam in omnes habere poteſtatem, eſſe optimum. Ita enim plurimarum & honeſtiſſimarum actionum penes eum fore poteſtatem. Itaq; eum, qui poſſit imperium obtinere, id alteri concedere non oportere, ſed potius adimere: & neque patrem liberorum, neque liberos patris, neque denique amicum rationem habere debere,

bere, neque hac de re laborare. quod enim eſt optimum, id eſſe maxime expetendum atq; optandum. rem autem ſuam bene gerere, eſſe optimum. Hoc igitur fortaſſe vere dicunt, ſi quidē futurū eſt, vt qui alterum ſpoliant, quiq; alteri vim inferunt, rei omnium, quæ ſunt, maximopere expetendæ ſint compotes. Sed fieri fortaſſe non poteſt vt ſint. & hoc falſum ſupponunt. nō enim iam fieri poteſt, vt ſint honeſtæ actiones ei, qui nō tanto cæteris antecellat, quanto vir mulieri, aut pater liberis, aut dominus ſeruis. Itaque qui æqualitatem ab initio migrat, nullam tantam actionem poſterius recte geſſerit, quātum iam à virtute deflexit ac deerrauit. Similib. enim honeſtum & ius in eo poſita ſunt, vt pro ſua quiſque parte imperent. hoc enim æquale & ſimile eſt. quod vero æquale nō eſt æqualib. & quod ſimile nō eſt ſimilibus, à natura alienum eſt. Nihil autem eorum quę à natura aliena ſunt, honeſtum eſt. Quocirca ſi qs alius ſit virtute & poteſtate agendarum rerum optimarum cæteris p̄ſtans, huic obſequi eſt pulcrū atq; honeſtum, huic parere iuſtum. Oportet aūt non ſolū virtutem, verum etiam poteſtatem ac facultatem in eo ineſſe, ex qua aptus futurus eſt ad agendum. At ſi hæc præclare dicuntur, & ſi beatitudo bona actio ſtatuenda eſt: ergo & communiter omnis ciuitatis & ſingillatim cuiuſq; hominis ea vita fuerit optima, quæ ſit ad agendū apta. Sed hominem ad actionem aptum, non eſt neceſſe ad alios ſpectare, aliorumque arbitratu ac nutu viuere, vt quidam putant: neque has ſolas cogitationes eſſe ad agendum aptas, quæ euentorum gratia ſuſcipiuntur ex agēdo naſcenteis: ſed multo magis eas, quæ ſunt per ſe perfectæ, & ſua ipſa-

rum cauſa ſuſceptæ contemplationes, & mentis agitationes. Nam bona actio, finis eſt. ergo & actio aliqua. Maxime autem eos dicimus agere, & externarum actionum dominos & compotes eſſe, qui mente & cogitatione opificibus quod agant, præcipiunt atque præſcribunt. Iam vero neque eas ciuitates otio & ceſſatione torpere neceſſe eſt, quæ per ſe & ſeparatim ab aliis ſitæ ſunt, quæque ita viuendi conſilium ceperunt. Fieri enim poteſt, vt eis etiam actionis vſus in partibus eueniat. Nam multæ communicationes inter ſe partibus ciuitatis intercedunt. Atque hoc in quouis homine ſimiliter ineſt. nam niſi ita eſſet, parum pulcre eſſet Deo & toti mundo, quibus non ſunt externæ actiones, neque vllæ aliæ, præter quam eorum propriæ. Eandem igitur vitam optimam eſſe oportere, & ſingillatim vnicuique homini: & communiter generatimque ciuitatibus atque omnibus hominibus, perſpicuum eſt.

4. *De magnitudine ciuitatis, & ciuium multitudine.*

QVONIAM autem ea, quæ nunc expoſuimus, procœmii loco de iis dicta ſunt, quoniamque de aliis reipublicæ adminiſtrandæ formis ſupra à nobis diſputatum & conſideratum eſt. initium de reliquis rebus dicendi hinc capiendum, vt exponamus primum qualia quaſi fundamenta debeant eſſe eius, quæ ex animi noſtri ſententia conſtituta ſit, ciuitatis. Non. n. fieri poteſt, vt optima exiſtat reip. adminiſtrandæ forma ſine conuenienti rerum ad vitæ cultum neceſſariarum ſuppellectile & copia. Quocirca multa à nobis ante fundamenta poſita ſint oportet, quaſi optantibus: nihil tamen horum tale ſit, vt fieri aut contingere,

non

Digitized by Google

non poſſit: ea dico, quæ ad ciuium numerũ, & terræ agriq; modum, & regionis naturam pertinent. Quemadmodum enim aliis quoq; opificibus, vt textori & nauium fabro, materiam ad ea opera, quæ efficere volunt: idoneam ſuppetere oportet, (quanto enim ea fuerit compoſitior & paratior, tanta opus, quod ab arte efficietur, pulchrius ſit neceſſe eſt) ſic etiam ei, qui in rep. adminiſtranda verſatur, & legum ſcriptori, materiam propriam ſuppetere oportet, appoſitam atq; opportunam. Hæc igitur eſt prima ciuilis ſupellex & copia, qua inſtructa debet eſſe ciuitas, hominum multitudo, vt, quot & quales eſſe debeant natura, intelligat: idemq; de regione loci ſentiendum, vt ſciat quantam hanc eſſe, & qualem oporteat. Plerique igitur beatam ciuitatem exiſtimant, magnam eſſe conuenire. Quod ſi demus hoc verum eſſe, qualis tamen ſit magna, qualis parua ciuitas, videtur ignorare. Numero enim habitatorum metiuntur magnitudinem ciuitatis, verum oportet potius non numerum & multitudinem, ſed potentia intueri. eſt enim aliquod & ciuitatis opus. quare quæ hoc efficere maxime poteſt, hanc exiſtimare oportet eſſe maximam: quemadmodum Hippocratem non hominem, ſed medicum quis eo maiorem dixerit, qui illum corporis magnitudine ſuperat. Veruntamen ſi iudicium huius rei ex multitudine facere oportet, non ex quauis multitudine tamen exiſtimandum eſt id fieri oportere (neceſſe enim fortaſſe eſt in ciuitatibus eſſe & multorum numerum, & inquilinorum & peregrinorum) ſed ex illorum hominum multitudine, qui ſunt pars ciuitatis, & ex quibus, tanquam propriis partibus,

partibus, conſtat ciuitas. horum enim multitudo vſitatum ciuium numerum exuperans, magnam ciuitatem eſſe arguit ac declarat: ex qua vero ciuitate multi illiberales & ſordidi prodeunt artifices, pauci milites armati, hæc nō poteſt eſſe magna ciuitas: non enim idem ſunt magna & frequens hominibus ciuitas. Atqui etiā hoc ex factis & euentis apparet, difficile eſſe, fortaſſe vero ne fieri quidem poſſe, vt ciuitas nimium frequens hominib. bene legibus regatur. earū quidem certe, quæ præclare adminiſtrari videntur, nullam videmus ad quantamuis multitudinem recipiendā eſſe remiſſam, effuſam ac diſſolutam. Hoc autem etiam rationibus demonſtrari & confirmari poteſt. nam & lex, ordo quidam eſt: & bona legum inſtitutio, bona quædā ordinatio eſt. at numerus valde modum ſuperans, non poteſt ordinis eſſe particeps. hoc e- 191
nim diuinæ poteſtatis opus eſt, quæ & hoc vniuerſum moderatur & continet. Quoniam igitur pulchritudo in multitudine & magnitudine conſiſtere ſolet, cui ciuitati is eſt, quem dixi, cū magnitudine coniūctus multitudinis terminus, hæc ciuitas pulcherrima ſit neceſſe eſt. Præterea vero aliquis eſt etiā ciuitatib. magnitudinis modus, quēadmodum & aliarū rerum omnium, animantium, plantarum ſeu arborum, inſtrumentorū iuſta magnitudo eſt. etenim vnumquicq; horum neque ſi nimis puſillum ſit, neque ſi magnitudine modum ſuperet, poteſtatem aut vim ſuam incolumē conſeruabit: ſed interdum natura ſua prorſus orbatum erit, alias nullam vtilitatem afferet. exempli cauſa, nauigium palmi quidem vnius longitudi-

giſtratus & iudicia pertinent, minus recte admi-
niſtrentur neceſſe eſt. In vtriſque enim iniuſtum
eſt aliquid agere negligenter & incōſiderate: quod
in nimis frequēti hominum multitudine perſpi-
cue ineſt. Præterea vero peregrinis & inquilinis fa-
cile eſt ad reip. adminiſtrationē peruenire. Igno-
rari enim & fallere difficile non eſt propter multi-
tudinis exſuperantiam & immenſitatem. Apparet
igitur hunc eſſe ciuitatis finem & terminum opti-
mum, maximam multitudinis exſuperantiam, eo
conſilio coactam, vt rebus ad victum cultumque
vitæ neceſſariis inſtructa, & ſuis ipſa bonis con-
tenta ſit, quæ ſit oculis omniū propoſita: hoc eſt,
quæ facile conſpici, & cognoſci poſſit. De magni- 192
tudine igitur ciuitatis, hoc modo ſit explicatum.

De agro qui ad condendam vrbem ſit commodiſſimus.

SImiliter autem & de agri natura ſe res habet. Nam quod ad illud attinet, qualis eſſe debeat, nimirum omnes eum laudauerint, qui ſit rerum omnium copia refertus atque inſtructus, ſuiſque ipſe bonis contentus: talis autē ſit neceſſe eſt, qui ſit omniū rerum ferax. omnib. enim rebus abundare, & nulla egere, hoc eſt ſuis ipſum bonis contentum eſſe, omniumque rerum copia refertum atque inſtructum eſſe: multitudine autem & magnitudine talis, vt qui in eo habitent, poſſint viuere, ab omni opere vacantes, liberaliter ſimul & temperanter. Hunc autem terminum recte ne, an ſecus conſtituamus, poſterius erit accuratius conſiderandum, cum vniuerſe de rerum partarum aut relictarum poſſeſſione, & totius rei familiaris

Digitized by Google

copiis ac facultatibus mentionis faciendæ locus erit, quo pacto & quo modo erga vſum ipſum affectum eſſe oporteat. Multę enim in hac quæſtione verſantur diſſenſiones & cõtrouerſiæ, propter eos qui eum in vtramq; vitæ degẽdæ immoderationẽ trahunt: hi ad nimiam parſimoniam, illi ad luxuriam & profuſionem. Genus autem agri quodnam eſſe debeat, non eſt hoc quidem difficile exponere: ſed nonnulla ſunt, in quibus etiam rei militaris peritis ſit habenda fides, qui aiunt eum eſſe debere hoſtibus quidem ad incurſionem faciẽdam difficilem & impeditum: ipſis autem ad educendum exercitum facilem & expeditum. præterea vero quemadmodum hominũ multitudinem eiuſmodi eſſe oportere diximus, quæ facile conſpici & cognoſci poſſit, quæque omnium oculis expoſita ſit: ſic agrum cẽſemus. agrum autem oculis omnium propoſitum, eſt eſſe eiuſmodi, vt ei facile ſubueniri ac ſuccurri poſſit. Iam vero quod ad vrbis ſitum attinet, ſi licet optare, & à mari commode ſitam eſſe conuenit, & ab agro. Atque huius quidem rei vna ratio eſt, quæ expoſita eſt. oportet enim omnium locorum eſſe cõmunem, vt ei vndiq; ſubueniri poſſit. altera eſt, vt fructus, qui è terra naſcuntur, ad eam ſupportari poſſint: pręterea vt lignorum materia, & ſi quid tale aliud ad operum effectiones ager efferat, id facile ſubuehi queat.

6. De maris communione, & nauigationis vſu.

DE maris autem communione, & nauigationis vſu, vtrum ciuitatibus, quæ bonis legibus regũtur, proſit an noceat, magna cõtrouerſia eſt. Nam

Nam aliquos in aliis legibus educatos ac peregrinos in vrbe verſari, inutile dicunt eſſe tum ad bonam legum inſtitutionem, tum propterea quod parit nimiam hominũ multitudinem. naſci enim ex vſu maris, & commercio rerum maritimarum, mercibus exportandis & importandis, mercatorum turbam: hominum autem multitudinem immoderatam, quo minus reſp. bene adminiſtretur, aduerſari. Vtilius igitur eſſe, ſi hæc incommoda non vſuueniant, tum ad ſtabilitatem & incolumitatem ciuitatis ab omni iniuria & periculo tutam, tum ad facultatem & copiam rerũ neceſſariarum, vrbi & agro aliquod eſſe cum mari commercium, non eſt obſcurum. Nam & ad hoſtium incurſionem facilius ſuſtinendam, oportet eis, qui ſalui eſſe volunt, vtrinq; terra & mari auxilium ferri poſſe: & vt hoſtibus inuadentibus detrimentum inferre queant, ſi ex vtraque parte id non poterit fieri, at ex altera magis licebit, cum vtriuſque erit eis communitas & conſortio: pręterea & quæ apud eos forte non ſunt, hęc ab aliis accipere, & quæ ſuperant, ea ad alios exportare neceſſe eſt: ſibi enim, non aliis ciuitas facere mercaturam debet. Qui autem omnibus apud ſe mercatum præbent ac proponunt, ii conciliandæ pecuniæ gratia hæc agunt. Quod ſi non oportet ciuitatem tanta ſuperuacanearum & immenſarum diuitiarum cupiditate ardere, ne mercatum quidem talem debet habere apud ſe inſtitutum. Quoniam autem etiam nunc multis & regionibus & vrbibus naualia & portus eſſe videmus: ita apte & opportune ſitos ciuitati, vt neq; idem oppidum occupent, ne-

que admodum longe diſtent, ſed mœnibus communibus & aliis munimentis ac propugnaculis contineantur: in promptu eſt, ſi quid forte emolumenti ex hac cõmunione proficiſci poteſt, hoc ad ciuitatẽ eſſe peruenturũ: ſin aliquid detrimenti id facile vitari poſſe legib. vbi ꝓnuntiarint & definierint quos nõ oporteat, & quos oporteat inter ſe commiſceri. Claſſem autem, & copias naualeis vtiliſſimum eſſe habere vſq; ad aliquam multitudinem ac magnitudinem, non eſt obſcurum. Non enim ſibi ſolũ, ſed ẽt finitimis nonnullis opitulari poſſe, & formidoloſos eſſe oportet, quemadmodum terra, ita & mari. Quod autem ad multitudinem & magnitudinem harum copiarũ attinet, ad vitæ genus quod ſequitur ciuitas, huius rei iudicium referendum eſt. Nam ſi vitam principatui cõuenientem ſimul & ciuilem colet, neceſſe erit etiam has copias ei ſuppetere, quæ ad res gerendas, magnitudini ciuitatis rerumq; gerendarum congruant: Ingens autem hominum multitudo, quæ verſatur in negocio & inſtrumento nautico, ciuitatib. neceſſaria non eſt. Nulla enim in parte ciuitatis numerari debent. Nam vectores quidem, qui naueis conſcendunt vt depugnent, liberi ſunt, & è numero peditum: habentq; in illos poteſtatem: & in tota nauigatione dominantur, & principatum tenent. Cum ſit autem accolarum & eorũ qui agrum colunt, multitudo, etiam nautarum & nauiculariorum magna ſit copia & frequentia neceſ-
194 ſe eſt. Atque hoc etiam nunc apud nonnullos vſũ receptum eſſe videmus: exempli cauſa, in Heracleotarum ciuitate. multas enim triemeis inſtru-

ſunt, quamuis vrbem habeant aliis minorem. De agri igitur, ſiue regionis, & terræ natura, & portubus, & vrbibus, & mari & copiis naualibus ita ſit explicatum. De ciuili vero multitudine, quis modus ei ſit conſtituendus, antea diximus.

7. *Quali natura aut ingenio præditos oporteat eſſe ciues.*

QVALI autem natura aut ingenio præditos eſſe ciueis oporteat, nunc exponamus. Atque hoc ſane propemodum quis intelligat, ſi & ciuitates Gręcorum fama gloriaq; pręſtanteis, & vniuerſum orbem terrarum, qui incolitur, vt à diuerſis ac variis gentibus occupatus eſt, inſpiciat. Quæ enim gentes in locis frigidis, quæque in Europa habitant, animi quidem & ardoris plenæ ſunt, cogitationis vero & artis aliquanto inaniores. Quocirca libertatem quidem magis retinere ſolent, reſp. vero ſuas minus bene adminiſtrare, nec finitimis imperare poſſunt. Quæ autē Aſiam incolunt, mēte ſunt illæ quidem in cogitando, & in artibus inueniendis ſolertes & ingenioſæ, ſed nullius animi. quocirca perpetuo parent ac ſeruiunt. Porro autē Græcorum natio, quemadmodum quod ad loca attinet, media interiecta eſt, ita & ambarum illarum eſt particeps. Nam & ferox atque animoſa, & ſolers atque ingenioſa eſt. quapropter & ſemper in libertate viuit, & perpetuo remp. ſuam optime adminiſtrat: & omnib. imperare poſſit, ſi vnam reipub. adminiſtrandæ formam cōſequatur. Eodem autem modo inter ſe differunt Græcorum nationes. Aliæ enim ingenio præditæ ſunt mero & ſimplici: alię ad hanc vtramque vim bene temperatæ.

Perſpicuum igitur eſt, eos homines, qui ſcriptori legum ad virtutem flexibiles ac tractabiles futuri ſunt: & acri ad cogitandum ingenio, & magno ferocique ad audendum animo eſſe debere. nam id quod aiunt quidã, in cuſtodibus ineſſe oportere, vt ſint notis quidem beneuoli & amici; ignotis vero inimici atque infeſti: ardor animi eſt, qui vim amandi & bene volendi gignit. Hęc enim eſt animæ poteſtas, qua amamus. cuius rei argumentum eſt, quod in familiareis & amicos ardor & excãdeſcentia animi concitatur magis, quam in ignotos, ſi quis ſe ab illis neglectum aut parui factum putet. Quapropter conuenienter & merito Archilochus de amicis querens, cum hac animi parte loquitur hoc modo: *Nonne appetebant iugulum amici ipſi tuum?* Tum imperandi & libertatis amor ab
195 hac vi omnibus attributus eſt. imperioſum enim & inuictum quiddã animi excandeſcentia ęſt. Neque vero recte dictum eſt, à quibuſdam, ſæuos atque aſperos in ignotos eſſe oportere. in neminem enim talem oportet eſſe. neque magnanimi viri, feri & aſperi ſunt natura, niſi in eos, qui faciunt iniuriam. Sic autem in familiareis & notos afficiuntur magis quam in ignotos, quod paulo ante dictum eſt, ſi ſe ab illis iniuria affectos eſſe putent. Atq; hoc non temerę euenit. quos enim ſibi beneficium debere exiſtimant, ab iis ſe præter detrimẽtum, quod ſibi infertur, etiam hoc fraudari arbitrantur. ex quo illud dictum eſt, *Nam bella fratrum ſæua, pugnaque aſpera. &c. Qui valde amarunt, odia gerunt acerrima.* De iis igitur, qui in ciuili ſocietate viuunt, quam multos, & quali ingenio præditos eſſe

eſſe oporteat: & præterea quantus ager, & qualis eſſe debeat, fere definitum atq; explicatum eſt. nō enim eadem in iis, quæ diſputantur & dicuntur, atque in iis, fiunt, & ſub ſenſum cadunt, ſubtilitas poſtulanda eſt.

8. Ad conſtituendam ciuitatem requiri docet agricolas, artifices, viros militares, locupletes, ſacerdotes, & iudices.

QVONIAM autem, quemadmodum in aliis, quæ natura conſtant, non continuo ſunt hæ totius concretionis partes, ſine quibus totum eſſe non poſſit: ſic in promptu eſt, neque in ciuitatis partibus eſſe ea numeranda, quæ ciuitatibus non deeſſe debēt, neq; in alius vlli' ſocietatis, ex qua vnum quoddam genus fiat. vnum enim quiddam, & commune, & idem ſociis ſit oportet ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter eius ſint participes, ſiue hoc ſit: verbi cauſa, alimentum, ſiue agri longitudo & latitudo, ſiue quid aliud tale. At cum duarū rerum hæc eſt illius gratia: illa autem, cuius gratia: nihil eſt in his rebus commune, niſi quod hæc faciat, illa accipiat; exempli cauſa, nulli nec inſtrumento, nec opifici cum opere, quod efficitur, quicquam eſt commune. domui enim nihil eſt cum fabro aut architecto cōmune: ſed architectura & ars fabrorum domus gratia comparata eſt. Quando igitur hæc ita ſunt, quamuis bonorum partorum ſeu relictorum poſſeſſione ciuitatibus opus ſit, bonorum poſſeſſio tamen ciuitatis nulla pars eſt. Atqui multa animata partes ſunt ciuitatis. Ciuitas autem ſocietas quædam ſimilium eſt, vitæ quoad eius fieri poteſt, optimæ gratia conſtituta. Sed quoniam

non poſſit: ea dico, quæ ad ciuium numerũ, & terræ agriq; modum, & regionis naturam pertinent. Quemadmodum enim aliis quoq; opificibus, vt textori & nauium fabro, materiam ad ea opera, quæ efficere volunt: idoneam ſuppetere oportet, (quanto enim ea fuerit compoſitior & paratior, tanta opus, quod ab arte efficietur, pulchrius ſit neceſſe eſt) ſic etiam ei, qui in rep. adminiſtranda verſatur, & legum ſcriptori, materiam propriam ſuppetere oportet, appoſitam atq; opportunam. Hæc igitur eſt prima ciuilis ſupellex & copia, qua inſtructa debet eſſe ciuitas, hominum multitudo, vt, quot & quales eſſe debeant natura, intelligat: idemq; de regione loci ſentiendum, vt ſciat quantam hanc eſſe, & qualem oporteat. Plerique igitur beatam ciuitatem exiſtimant, magnam eſſe conuenire. Quod ſi demus hoc verum eſſe, qualis tamen ſit magna, qualis parua ciuitas, videtur ignorare. Numero enim habitatorum metiuntur magnitudinem ciuitatis, verum oportet potius non numerum & multitudinem, ſed potentia intueri. eſt enim aliquod & ciuitatis opus. quare quæ hoc efficere maxime poteſt, hanc exiſtimare oportet eſſe maximam: quemadmodum Hippocratem non hominem, ſed medicum quis eo maiorem dixerit, qui illum corporis magnitudine ſuperat. Veruntamen ſi iudicium huius rei ex multitudine facere oportet, non ex quauis multitudine tamen exiſtimandum eſt id fieri oportere (neceſſe enim fortaſſe eſt in ciuitatibus eſſe & multorum numerum, & inquilinorum & peregrinorum) ſed ex illorum hominum multitudine, qui ſunt pars ciuitatis, & ex quibus, tanquam propriis partibus,

partibus, conſtat ciuitas. horum enim multitudo vſitatum ciuium numerum exuperans, magnam ciuitatem eſſe arguit ac declarat: ex qua vero ciuitate multi illiberales & ſordidi prodeunt artifices, pauci milites armati, hæc nō poteſt eſſe magna ciuitas. non enim idem ſunt magna & frequens hominibus ciuitas. Atqui etiā hoc ex factis & euentis apparet, difficile eſſe, fortaſſe vero ne fieri quidem poſſe, vt ciuitas nimium frequens hominib. bene legibus regatur. earū quidem certe, quæ præclare adminiſtrari videntur, nullam videmus ad quantamuis multitudinem recipiendā eſſe remiſſam, effuſam ac diſſolutam. Hoc autem etiam rationibus demonſtrari & confirmari poteſt. nam & lex, ordo quidam eſt: & bona legum inſtitutio, bona quædā ordinatio eſt. at numerus valde modum ſuperans, non poteſt ordinis eſſe particeps. hoc e- 191
nim diuinæ poteſtatis opus eſt, quæ & hoc vniuerſum moderatur & continet. Quoniam igitur pulchritudo in multitudine & magnitudine conſiſtere ſolet, cui ciuitati is eſt, quem dixi, cū magnitudine coniūctus multitudinis terminus, hæc ciuitas pulcherrima ſit neceſſe eſt. Præterea vero aliquis eſt etiā ciuitatib. magnitudinis modus, quēadmodum & aliarū rerum omnium, animantium, plantarum ſeu arborum, inſtrumentorū iuſta magnitudo eſt. etenim vnumquicq; horum neque ſi nimis puſillum ſit, neque ſi magnitudine modum ſuperet, poteſtatem aut vim ſuam incolumē conſeruabit: ſed interdum natura ſua prorſus orbatum erit, alias nullam vtilitatem afferet. exempli cauſa, nauigium palmi quidem vnius longitudi-

giſtratus & iudicia pertinent, minus recte admi-
niſtrentur neceſſe eſt. In vtriſque enim iniuſtum
eſt aliquid agere negligenter & incōſiderate: quod
in nimis frequēti hominum multitudine perſpi-
cue ineſt. Præterea vero peregrinis & inquilinis fa-
cile eſt ad reip. adminiſtrationē peruenire. Igno-
rari enim & fallere difficile non eſt propter multi-
tudinis exſuperantiam & immenſitatem. Apparet
igitur hunc eſſe ciuitatis finem & terminum opti-
mum, maximam multitudinis exſuperantiam, eo
conſilio coactam, vt rebus ad victum cultumque
vitæ neceſſariis inſtructa, & ſuis ipſa bonis con-
tenta ſit, quæ ſit oculis omniū propoſita: hoc eſt,
quæ facile conſpici, & cognoſci poſſit. De magni- 192
tudine igitur ciuitatis, hoc modo ſit explicatum.

De agro qui ad condendam vrbem ſit commodißimus.

SImiliter autem & de agri natura ſe res habet.
Nam quod ad illud attinet, qualis eſſe debeat,
nimirum omnes eum laudauerint, qui ſit rerum
omnium copia refertus atque inſtructus, ſuiſque
ipſe bonis contentus: talis autē ſit neceſſe eſt, qui
ſit omniū rerum ferax. omnib. enim rebus abun-
dare, & nulla egere, hoc eſt ſuis ipſum bonis con-
tentum eſſe, omniumque rerum copia refertum
atque inſtructum eſſe: multitudine autem & ma-
gnitudine talis, vt qui in eo habitent, poſſint vi-
uere, ab omni opere vacantes, liberaliter ſimul &
temperanter. Hunc autem terminum rectene, an
ſecus conſtituamus, poſterius erit accuratius con-
ſiderandum, cum vniuerſe de rerum partarum aut
relictarum poſſeſſione, & totius rei familiaris

Digitized by Google

copiis ac facultatibus mentionis faciendæ locus e-rit, quo pacto & quo modo erga vſum ipſum affe-ctum eſſe oporteat. Multę enim in hac quæſtione verſantur diſſenſiones & cõtrouerſiæ, propter eos qui eum in vtramq; vitæ degẽdæ immoderationẽ trahunt: hi ad nimiam parſimoniam, illi ad luxu-riam & profuſionem. Genus autem agri quodnam eſſe debeat, non eſt hoc quidem difficile expone-re: ſed nonnulla ſunt, in quibus etiam rei militaris peritis ſit habenda fides, qui aiunt eum eſſe debe-re hoſtibus quidem ad incurſionem faciẽdam dif-ficilem & impeditum: ipſis autem ad educendum exercitum facilem & expeditum. præterea vero quemadmodum hominũ multitudinem eiuſmo-di eſſe oportere diximus, quæ facile conſpici & co-gnoſci poſſit, quæque omnium oculis expoſita ſit: ſic agrum cẽſemus. agrum autem oculis omnium propoſitum, eſt eſſe eiuſmodi, vt ei facile ſubue-niri ac ſuccurri poſſit. Iam vero quod ad vrbis ſi-tum attinet, ſi licet optare, & à mari commode ſi-tam eſſe conuenit, & ab agro. Atque huius quidem rei vna ratio eſt, quæ expoſita eſt. oportet enim o-mnium locorum eſſe cõmunem, vt ei vndiq; ſub-ueniri poſſit. altera eſt, vt fructus, qui è terra na-ſcuntur, ad eam ſupportari poſſint: pręterea vt li-gnorum materia, & ſi quid tale aliud ad operum effectiones ager efferat, id facile ſubuehi queat.

6. De maris communione, & nauigationis vſu.

DE maris autem communione, & nauigatio-nis vſu, vtrum ciuitatibus, quæ bonis legibus regũtur, proſit an noceat, magna cõtrouerſia eſt.

Nam

Nam aliquos in aliis legibus educatos ac peregrinos in vrbe verſari, inutile dicunt eſſe tum ad bonam legum inſtitutionem, tum propterea quod parit nimiam hominũ multitudinem. naſci enim ex vſu maris, & commercio rerum maritimarum, mercibus exportandis & importandis, mercatorum turbam: hominum autem multitudinem immoderatam, quo minus reſp. bene adminiſtretur, aduerſari. Vtilius igitur eſſe, ſi hæc incommoda non vſuueniant, tum ad ſtabilitatem & incolumitatem ciuitatis ab omni iniuria & periculo tutam, tum ad facultatem & copiam rerũ neceſſariarum, vrbi & agro aliquod eſſe cum mari commercium, non eſt obſcurum. Nam & ad hoſtium incurſionem facilius ſuſtinendam, oportet eis, qui ſalui eſſe volunt, vtrinq; terra & mari auxilium ferri poſſe: & vt hoſtibus inuadentibus detrimentum inferre queant, ſi ex vtraque parte id non poterit fieri, at ex altera magis licebit, cum vtriuſque erit eis communitas & conſortio: pręterea & quæ apud eos forte non ſunt, hęc ab aliis accipere, & quæ ſuperant, ea ad alios exportare neceſſe eſt: ſibi enim, non aliis ciuitas facere mercaturam debet. Qui autem omnibus apud ſe mercatum præbent ac proponunt, ii conciliandæ pecuniæ gratia hæc agunt. Quod ſi non oportet ciuitatem tanta ſuperuacanearum & immenſarum diuitiarum cupiditate ardere, ne mercatum quidem talem debet habere apud ſe inſtitutum. Quoniam autem etiam nunc multis & regionibus & vrbibus naualia & portus eſſe videmus: ita apte & opportune ſitos ciuitati, vt neq; idem oppidum occupent, ne-

que admodum longe diſtent, ſed mœnibus communibus & aliis munimentis ac propugnaculis contineantur: in promptu eſt, ſi quid forte emolumenti ex hac cõmunione proficiſci poteſt, hoc ad ciuitatẽ eſſe peruenturũ: ſin aliquid detrimenti id facile vitari poſſe legib. vbi pnuntiarint & definierint quos nõ oporteat, & quos oporteat inter ſe commiſceri. Claſſem autem, & copias naualeis vtiliſſimum eſſe habere vſq; ad aliquam multitudinem ac magnitudinem, non eſt obſcurum. Non enim ſibi ſolũ, ſed ẽt finitimis nonnullis opitulari poſſe, & formidoloſos eſſe oportet, quemadmodum terra, ita & mari. Quod autem ad multitudinem & magnitudinem harum copiarũ attinet, ad vitæ genus quod ſequitur ciuitas, huius rei iudicium referendum eſt. Nam ſi vitam principatui cõuenientem ſimul & ciuilem colet, neceſſe erit etiam has copias ei ſuppetere, quæ ad res gerendas, magnitudini ciuitatis rerumq; gerendarum congruant: Ingens autem hominum multitudo, quæ verſatur in negocio & inſtrumento nautico, ciuitatib. neceſſaria non eſt. Nulla enim in parte ciuitatis numerari debent. Nam vectores quidem, qui naueis conſcendunt vt depugnent, liberi ſunt, & è numero peditum: habentq; in illos poteſtatem: & in tota nauigatione dominantur, & principatum tenent. Cum ſit autem accolarum & eorũ qui agrum colunt, multitudo, etiam nautarum & nauiculariorum magna ſit copia & frequentia neceſ-
194 ſe eſt. Atque hoc etiam nunc apud nonnullos vſũ receptum eſſe videmus: exempli cauſa, in Heracleotarum ciuitate, multas enim triemeis inſtru-

runt,

ſunt, quamuis vrbem habeant aliis minorem. De agri igitur, ſiue regionis, & terræ natura, & portubus, & vrbibus, & mari & copiis naualibus ita ſit explicatum. De ciuili vero multitudine, quis modus ei ſit conſtituendus, antea diximus.

7. *Quali natura aut ingenio præditos oporteat eſſe ciues.*

QVALI autem natura aut ingenio præditos eſſe ciueis oporteat, nunc exponamus. Atque hoc ſane propemodum quis intelligat, ſi & ciuitates Gręcorum fama gloriaq; pręſtanteis, & vniuerſum orbem terrarum, qui incolitur, vt à diuerſis ac variis gentibus occupatus eſt, inſpiciat. Quæ enim gentes in locis frigidis, quæque in Europa habitant, animi quidem & ardoris plenæ ſunt, cogitationis vero & artis aliquanto inaniores. Quocirca libertatem quidem magis retinere ſolent, reſp. vero ſuas minus bene adminiſtrare, nec finitimis imperare poſſunt. Quæ autē Aſiam incolunt, mēte ſunt illæ quidem in cogitando, & in artibus inueniendis ſolertes & ingenioſæ, ſed nullius animi. quocirca perpetuo parent ac ſeruiunt. Porro autē Græcorum natio, quemadmodum quod ad loca attinet, media interiecta eſt, ita & ambarum illarum eſt particeps. Nam & ferox atque animoſa, & ſolers atque ingenioſa eſt. quapropter & ſemper in libertate viuit, & perpetuo remp. ſuam optime adminiſtrat: & omnib. imperare poſſit, ſi vnam reipub. adminiſtrandæ formam cōſequatur. Eodem autem modo inter ſe differunt Græcorum nationes. Aliæ enim ingenio præditæ ſunt mero & ſimplici: alię ad hanc vtramque vim bene temperatæ.

eſſe oporteat: & prætereа quantus ager, & qualis eſſe debeat, fere definitum atq; explicatum eſt. nõ enim eadem in iis, quæ diſputantur & dicuntur, atque in iis, fiunt, & ſub ſenſum cadunt, ſubtilitas poſtulanda eſt.

8. Ad conſtituendam ciuitatem requiri docet agricolas, artifices, viros militares, locupletes, ſacerdotes, & iudices.

QVONIAM autem, quemadmodum in aliis, quæ natura conſtant, non continuo ſunt hæ totius concretionis partes, ſine quibus totum eſſe non poſſit: ſic in promptu eſt, neque in ciuitatis partibus eſſe ea numeranda, quæ ciuitatibus non deeſſe debẽt, neq; in alius vlli' ſocietatis, ex qua vnum quoddam genus fiat. vnum enim quiddam, & commune, & idem ſociis ſit oportet ſiue ęqualiter, ſiue inæqualiter eius ſint participes, ſiue hoc ſit: verbi cauſa, alimentum, ſiue agri longitudo & latitudo, ſiue quid aliud tale. At cum duarũ rerum hæc eſt illius gratia: illa autem, cuius gratia; nihil eſt in his rebus commune, niſi quod hæc faciat, illa accipiat; exempli cauſa, nulli nec inſtrumento, nec opifici cum opere, quod efficitur, quicquam eſt commune. domui enim nihil eſt cum fabro aut architecto cõmune: ſed architectura & ars fabrorum domus gratia comparata eſt. Quando igitur hæc ita ſunt, quamuis bonorum partorum ſeu relictorum poſſeſſione ciuitatibus opus ſit, bonorum poſſeſſio tamen ciuitatis nulla pars eſt. Atqui multa animata partes ſunt ciuitatis. Ciuitas autem ſocietas quædam ſimilium eſt, vitæ quoad eius fieri poteſt, optimæ gratia conſtituta. Sed quoniam

ſummum bonum eſt beatitudo: beatitudo autem virtutis operis functio, & vſus quidam perfectus eſt: resque ita cadit, vt alii poſſint eius eſſe participes & compotes, alii parum aut nihil: hæc videlicet cauſa eſt, quamobrem ciuitatum & rerumpub. plura & diſſimilia genera extiterint. Nā dum alii aliis modis, aliisq; viis ac rationib. ſinguli hoc aucupantur atque inueſtigant: & vitæ genera diuerſa efficiunt, & reip. adminiſtrandæ formas diſſimileis. Quam multæ autem hæ res ſint numero, ſine quibus ciuitas eſſe non queat, videndum eſt. Nam quas ciuitatis parteis eſſe dicimus, eæ in his rebus inſint neceſſe eſt. Ergo operum numerus ſumendus eſt, ex his enim intelligere licebit. Primū igitur victus ſeu alimentū ſuppetere dēt: deinde artes. multis enim inſtrumentis opus eſt ad vitam degendam: tertio loco arma. eos enim, qui ſocietatem ciuilem coierūt, armis inſtructos eſſe neceſſe eſt, & aduerſus eos, qui imperium reſpuunt, legibuſque parere nolunt, & aduerſus externos iniuriam facere conanteis. deinde aliqua pecuniæ vis & copia tum ad vſum domeſticum atq; vrbanum, tum ad ſumptum rei militaris. quintū eſt id, quod primo loco ponendum fuit, rerum diuinarum & cæremoniarum curatio, quam ſacerdotiū appellant. poſtremum eſt & ſextum, omniumque maxime neceſſarium, iudicium de rebus vtilibus & de rebus iuſtis, quæ ciuibus inter ipſos intercedunt. Hæ ſunt res, hæcq; opera, quæ omni ciuitati opus ſunt, quæ quidem relatu digna ſint. Ciuitas enim multitudo eſt non forte oblata, ſed ad vitā degendam ſuis ipſa bonis contenta, vt dicimus. Quod ſi quid

quid horum forte deſit, fieri nō poteſt abſolute, vt hæc ſocietas ſuis ipſa bonis ſit contenta. In horum igitur operum effectionib. conſiſtere ciuitatem neceſſe eſt. Oportet ergo & agricolarum eſſe multitudinē, qui alimentū victumq; præbeant, & artifices, & viros militares, & locupletes, & ſacerdotes, & iudices, qui de rebus iuſtis ac vtilib. ſtatuunt.

9. Vtrum quæ ſuperiori cap. ſunt expoſita, debeant omnia omnium ciuium eſſe communia: & quomodo ea inter ciues diſtribuenda.

His autem deciſis ac definitis, reliquum eſt, vt videamus vtrum hæc omnia debeant omniū eſſe cōmunia: (fieri enim poteſt, vt iidem omnes ſint & aratores, & artifices, & conſultatores, & iudices) an vnicuique operi & muneri quod à nobis commemoratum eſt, alii atq; alii præficiendi ſint, an quędam ex his propria, quędam neceſſario ſint communia. Non in omni autem reip. adminiſtrandæ forma hoc locum habet. nam, quemadmodum diximus, fieri poteſt, vt & cum omnibus omnia communicentur, & non omnia cum omnibus, ſed quædam cum quibuſdam. Hæc enim diſſimiles reipub. adminiſtrandæ formas gignunt. In democratiis enim omnes omnium ſunt participes,
in oligarchiis contra. Quoniam autem fors 199
ita tulit, vt de optima reipub. adminiſtrandæ forma conſideraremus: hæc autem eſt, ex qua ciuitas maxime fortunata & beata eſſe poſſit: at beatitudinem ſine virtute conſtare non poſſe, ante dictum eſt: perſpicuum eſt in ea ciuitate, quæ optime regitur rectiſſimeque adminiſtratur, quæque viros poſſidet ſimpliciter & abſolute, non ex

condi-

conditione iuſtos ciues, neque illiberalem & ſordidam, nempe cauponariam & tabernariam vitam degere oportere. humilis enim minimeque generoſa talis vita eſt, & virtuti aduerſaria. neque vero agricolas eſſe: otio enim opus eſt tum ad virtutis ortum, tum ad actiones ciuileis. Quoniam autem ineſt in ciuitate & genus hominum militare, & id quod partim de vtilibus deliberat, partim de iuſtis diſceptat & iudicat, quæ duo genera ciuitatis partes in primis videntur eſſe: vtrum etiam hæc munera diuerſa habenda ſunt, an iiſdem vtraque aſſignanda & mandanda ſunt? Atqui hoc quoque perſpicuum eſt, quamobrem quodam modo iiſdem, quodã modo diuerſis ſint mãdanda. Nam qua ratione vtrumque munus ad aliud tempus ætatis accommodatum eſt, & alterum prudentia, alterũ viribus corporis eget, aliis mandari debent: qua ratione vero fieri non poteſt, vt qui vim afferre & prohibere poſſunt, hi ſemper ſe ſub imperio eſſe ęquo animo ferant, hac ratione iiſdem. nam penes quos armorum eſt arbitrium & poteſtas, eorundem arbitratu manet & non manet reip. adminiſtrandæ forma. Reliquum igitur eſt, vt iiſdem quidem hęc vtraq; reip. adminiſtrandæ pars ſit mandanda, verum non vno tempore, ſed quemadmodum vires corporis in iuuenibus, prudentia in ſenib. ſolet ineſſe natura: ſic ambobus diſtribui & vtile & iuſtum eſt. habet enim hæc diuiſio ac diſtributio rationem dignitatis. Iam vero etiam hos bona poſſidere oportet. Ciuib. enim facultates & copiæ rei familiaris ſuppetant neceſſe eſt. at hi ſunt ciues. nam id genus hominum, quod

arteis

Digitized by Google

arteis illiberaleis & ſordidas exercet, non eſt particeps ciuitatis, neq; vllum aliud, quod non eſt virtutis opifex. hoc autem eo quod poſitũ eſt, & ex conditione dicta in promptu eſt. Nã vita beata cũ virtute cõiuncta ſuppetat neceſſe eſt. Beata autem dicenda ciuitas eſt, nõ parte aliqua ſpectata ciuitatis, ſed omnibus ciuibus. perſpicuum autem etiam ex eo eſt, ciueis copioſos & locupleteis eſſe oportere, quod neceſſe eſt agricolas eſſe aut ſeruos, aut barbaros, aut accolas, & quaſi glebę addictos, quod genus hominum Periœcos Græci vocant. Reliquum eſt ex iis, quos ſupra enumerauimus, ſacerdotum genus. Atque horum quidem deſcriptio 198
& ordinatio non obſcura eſt. nam neque agricola, neque illiberalis & ſordidus artifex ſacerdos inſtituendus eſt. à ciuibus enim deos coli decet. Quoniam autẽ ciuilis multitudo in duas partes diſtributa eſt, hoc eſt, in milites grauioris armaturæ & ſenatores: decet autem & diis immortalibus cultũ tribuere, & ætate grandibus temporiſq; ſpatio defeſſis requieſcendi licentiam dari: his videntur ſacerdotia eſſe deferenda. Sine quibus igitur rebus ciuitas conſtare non poſſit, & quot ſint partes ciuitatis, dictum eſt. Nam agricolæ quidem & opifices, & omnis mercenariorum hominum turba ciuitati ſuppetat neceſſe eſt; ſed partes ſunt ciuitatis, grauioris armaturæ milites & ſenatores, & ſingula hæc genera ita ſeparata ac diſtincta ſunt, vt alia ſemper, alia viciſſim & à certo tempore ſuo munere fungantur.

10. Veterum auctoritate ſuam ſententiam confirmat. Deinde agit de agri diuiſione, & de agricolis.

VIDETVR autem non nunc primũ, neq; nuper eſſe cognitũ iis, qui de reip. adminiſtrãdę ratione ſtudioſe commentantur & philoſophantur, ſeorſum diſtinctam ac diſtributam per genera eſſe ciuitatem oportere, & alterum genus militare, alterum quod in agro colendo verſetur, eſſe debere. nam & in Ægypto etiam vſque ad hodiernum diem hoc inſtitutum viget, & in Creta: cum Seſoſtris in Ægypto huius inſtituti legiſq; auctor fuerit, vt aiunt; Minos in Creta. Videtur autem & conuiuiorum ſeu ſodalitiorum ordinatio vetus eſſe: & ea quidem, quæ in Creta vſurpantur, Minoë regnum obtinente, vſu recipi cœpta eſſe: quę vero in Italia celebrantur, multo his eſſe antiquiora. aiunt enim ex iis, qui illic habitant, viri docti & eloquentes, & rerum antiquarum ſcriptores, Italum quendam Oenotriæ regem fuiſſe. à quo, nomine mutato, Italos pro Oenotriis eſſe appellatos: & hanc Europæ oram, quæ ſinu Scyllatico & Lametico continetur, hoc nomen eſſe cõſecutam. diſtant enim hæc loca inter ſe diei dimidii itinere. Hunc igitur Italum ferunt Oenotros, qui paſtores & nomades erant, agricolas feciſſe, & cum alias eis leges ſcripſiſſe, tum vero ſodalitia conuiuiaq; publica lege ſanxiſſe ac confirmaſſe. Quapropter etiam nunc nonnulli ex iis, qui ab illo orti ſunt, & ſodalitiis vtuntur, & nonnullis aliis legibus. Habitabant autem in ea quidem parte, quæ à mari Tyrrheno alluitur, Opici, qui & olim cognomento Auſones dicebantur, & nunc item dicuntur. In ea vero quæ Iapygium & Ioniũ attingit, quæ Syrtis appellatur, Chaones. Erant autem etiam

Chao-

Chaones genere Oenotri. Sodalitiorum igitur
ordinatio hinc primum nata eſt. Multitudinis 196
vero ciuilis per genera deſcriptio ac diſtributio ex
Ægypto. multis enim ſeculis Seſoſtris regnum
Minois regno antiquius eſt. Oportet igitur et-
iam alia fere exiſtimare ſæpenumero, atque adeo
infinitis vicibus longo temporis interuallo eſſe
inuenta. nam rerum quidem ad victum cultum-
que neceſſariarũ vtilitatem ac neceſſitatem ipſam
magiſtram fuiſſe credibile eſt: iis vero quæ ad ſpe-
ciem & ornatum, ad magnificos denique & ſu-
peruacaneos apparatus pertinent, has iam reper-
tas incrementum dediſſe probabile eſt. Itaque et-
iam ea, quæ ad rerum publicarum adminiſtratio-
nes pertinent, ita ſe habere putanda ſunt. Anti-
qua porro eſſe omnia, Ægyptiorum leges inſtitu-
taque indicant. nam cum hi mortalium omnium
antiquiſſimi eſſe videantur, leges & deſcriptionem
ciuilis ordinis conſecuti ſunt. Quocirca oportet
iis quidẽ, quæ tolerabiliter inuenta & tradita ſunt,
vti: quæ vero ſunt prætermiſſa nondumq; reper-
ta, quærere. Agrum igitur & eorũ eſſe debere qui
arma gerunt, & eorum qui reipub. adminiſtratio-
nis ſunt participes: & agricolas alios ab eis eſſe o-
portere, & quantus ager eſſe debeat, & qualis, di-
ctum eſt ſupra. De agri autem diuiſione & iis, qui
agrum colunt, quos & qualeis eſſe oporteat, primo
loco dicendũ eſt: quandoquidem neque bona vo-
lumus eſſe communia, quemadmodum quidam
dixerunt: ſed liberaliter & amicorum in morem
vſum eorum eſſe communem, neq; quenquã ciui-
um alimento victuque egere. Tum de ſodalitiis &
conui-

conuiuiis publicis vno ore conſentiunt omnes, ea eſſe vtilia ciuitatibus bene conſtitutis. ꝓpter quã porro cauſam idem nobis quoque videatur, poſterius dicemus. Oportet autem inter omneis ciueis horum eſſe communionem. At egentib. non facile eſt id, quod præfinitum ac præſtitutũ eſt tributum in eas concœnationes de ſuo conferre & cæteros ſumptus rei familiaris tueri ac ſuſtinere. Præterea vero ſumptus in deos & deorum religiones, totius ciuitatis ſunt communes. Neceſſe igitur eſt agrum in duas parteis eſſe diuiſum: atque alteram quidem partem eſſe communem & publicam, alteram vero propriam & priuatam; & harum partium vtramque rurſus ſectam eſſe bifariam, vt publicæ partis altera pars in piorum munerum functiones, & cultus deorum conferatur; altera in ſodalitia & publica cõuiuia inſumatur: partis priuatorum pars altera poſita ſit in extremis totius agri finibus, altera ſit ſuburbana, vt binis portionibus vnicuique tributis, omnes vtriuſque
200 loci ſint participes. ſic enim & æquitas iuſtitiaque ſeruatur, & maior eſt ciuium ad bella cum finitimis ſuſcepta concordia. Nam vbi non fit hoc modo diſtributio, alii quidem inimicitiarum cum finitimis ſuſcipiendarũ ſecuri ſunt: alij de iis nimis ſolliciti præter honeſtũ ac decorũ laborant Quapropter apud nõnullos lex eſt, ne qui vicini ſunt finitimis, adhibeantur in id conſilium, in quo agitur de bello eis inferẽdo, tanquã propter metum & curam rerum priuatarum minus recte conſultare poſſint. Agrum igitur ita diuiſum eſſe neceſſe eſt propter eas cauſas, quæ ante expoſitæ ſunt.

Eos

Eos autem qui agrum colent, maxime quidem optandum eſt, ſi optare fas eſt, vt ſerui ſint, neque omnes vnius gentis, neque animoſi. ſic enim & ad opus ruſticum faciendum fuerint vtiles, & metuendum non ſit, ne quid rerum nouarum moliantur: quod ſi hoc non contingat, at vt ſint accolæ barbari, ſimili ingenio præditi, atque ſuperiores. Atq; ex his ſane ii quidem, qui priuatos agros colent, priuati & proprii ſint oportet eorum, qui bona poſſident; ii vero, qui communeis & publicos, communes & publici. Quomodo autem ſeruis vtendum ſit, & quamobrem ſeruis omnibus libertatis præmium eſſe propoſitum melius ſit, poſterius exponemus.

11. De ſitu vrbis, & mœnibus eius.

VRBEM porro terræ continentis quidem, & maris & agri totius ſimiliter, quãtum loci natura patitur, communem eſſe oportere, ſupra demonſtratum eſt. Eius vero per ſe conſideratæ ſitus talis optãdus eſt, vt quatuor res reſpectemus. primum quidem valetudinem, tanquã rem neceſſariam. vrbes enim ad orientem verſus, & ad ventos ab ortu ſtantes poſitæ, ſaluberrimæ ſunt: ſecundũ has eæ, quæ ad aquilonem ſpectant. hę enim ad hyemem ſalubrem excipiendam ſunt appoſitiores. deinde, quod ad reliqua attinet, vt & ad ciuileis actiones & ad bellicas ſit opportuna. Atque vt ad bellicas quidem actiones ſit apta, eam ciuibus oportet exitus habere ad exercitum educẽdum facileis atque expeditos: aduerſariis acceſſus difficileis, & circumſedendi viam impeditam. poſtremo, aquarum partim ſtantium, partim manan-

tium&perennium copia maxime quidem propria &natiua ſuppetat oportet: ſin minus, at certe excogitandum tali incommodo remedium eſt, conſtruendis multis & magnis receptaculis ad excipiendam aquam pluuiam, vt ne vnquam deficiat eos aqua, ſi forte propter bellum ab agro prohibeantur. Quoniam autem eorum, qui in vrbe habitant, valetudinis ratio & cura habenda eſt: hoc autem primum in vrbis ſitu conſiſtit, vt & in ſalubri loco ſita ſit, & ſalubrem cœli partem ſpectet:
201 ſecundo loco in vſu aquarum ſalubrium, etiam in hac re diligentia præcipue eſt adhibenda Quibus enim rebus largiſſime & plerunq; vtimur ad corpus alendum & tuendum, hæc maximo ad valetudinem ſunt adiumento: at aquarum & ventorum vis tali natura prædita eſt. Quapropter in ciuitatibus prudentibus & cordatis, ſi omnes aquæ non ſint ſimiles, & ſi non ſit harum aquarum perennium copia: oportet & eas, quæ ſunt ad victum opportunæ, & eas quæ ad alium vſum comparatæ ſunt natura, ſeparatas eſſe ac diſtinctas. De locis munitis autem non omnib. peræque ciuitatibus eadem expediunt: exempli cauſa, arx edita atque excelſa oligarchiæ & monarchiæ proprie conuenit: loci æquabilitas vero democratiæ: ariſtocratiæ neutrum, ſed potius loca firma & munita complura. Priuatorum porro ędificiorum deſcriptio ſuauior illa quidē habetur, & ad alias actiones vtilior, ſi ſingula eorum loca ſint explicata atque aperta, & more hoc recentiore, & eo, cuius iuuentor fuit Hippodamus, ędificata: ad munitiones vero bellicas & ad pericula belli propulſanda contra-

contrario modo, & quomodo ædificabant veteres. habebat enim illa ædificandi ratio exitus impeditos externis, & latebras ad ſcrutandum difficileis iis, qui impetum aut impreſſionem facere conarentur. Quapropter oportet vtranque rationem in ædificando ſeruari. fieri enim hoc poteſt, ſi quis ita ædificet, vt imitetur ea, quæ appellant nonnulli in rebus ruſticis vitium iuga ſiue ſyſtadas, perinde ac ſi dicas vitium conſtitutiones: & totam quidem vrbem ita extruere, vt non ſit tota latis viis explicata atque exporrecta, ſed in quibuſdam partibus ac locis. ſic enim & à periculo erit tuta ac munita, & ad ornatum ſpeciemque præclara. Muros autem vrbibus qui negant ciuitates eas habere debere, quæ ſe virtutem colere profitentur, eiuſque poſſeſſionem ſibi vendicant ac mordicus retinent: næ illi valde antique hac de re exiſtimant, idque cum videant re & factis eas refelli, quæ ſe ita glorioſe venditabant. Et vero aduerſus ſimileis, neque admodum numero præſtanteis, in murorum præſidio ac munimento ſalutem collocare, non eſt honeſtum. Sed quando euenit & fieri poteſt, vt qui adoriuntur & imperium faciunt virtute humana, eaque, quæ in ciuibus numero paucis ineſt, ſint ſuperiores ac potentiores: ſi ſalutis ratio habenda eſt, & non vltro accipienda detrimenta, & perferendę contumeliæ: vt quæque munitio ſtabiliſſima & tutiſſima eſt: ita habenda eſt ad bellum accommodatiſſima, præſertim cum hodie reperta ſint telorum, & tormentorum, & machinarum genera ad vrbium oppugnationes exquiſitiſſima & perfectiſſima.

Digitized by Google

Simile enim eſt, vrbeis muris non eſſe cingendas cenſere, atque ſi quis regionem quærat incurſionibus hoſtium expoſitam atque opportunam, & loca montoſa circumcidat: itemq; domiciliis priuatis parietes non circumdet, tanquam habitatores propterea ignaui ſint futuri. Iam vero ne hoc quidem ignorandum eſt iis, quorum vrbes mœnibus ſeptæ ſunt, vtroque modo vrbibus vti licere, & vt muros habentibus, & vt non habentibus: quorum vero vrbibus muri non ſunt circumdati, iis hoc idem nō licere. Si igitur hæc vera ſunt non ſolum mœnib. vrbes ſæpiendæ ac muniēdæ ſunt, verum etiam curandum eſt, vt hæc ad ornamentum vrbis ſint magnifica ac decora, & ad vſus bellicos, tum alios, tum nunc proxime repertos, accommodata atq; opportuna. Quemadmodum enim iis, qui adoriuntur & inuadunt, curæ eſt excogitare, quibus modis omnia aut aliqua habeant superiora: ita iis qui ſibi cauent, alia iam inuenta ſunt, alia ipſi quærere, & acerrimo ſtudio inueſtigare debent: nam ab initio ne conātur quidem in eos impetum facere, qui præmuniti ac pręparati ſunt.

12. De publicis locis, & certa eorum ædificatione.

QVONIAM autem ciuium quidem multitudo per ſodalitates & concœnationes publicas diſtributa, muri vero propugnaculis & turribus in locis idoneis diſtincti atq; intercepti eſſe debent: ſcilicet eæ res hortantur & inuitant, vt nonnulla conuiuia in his propugnaculis apparentur atque adornentur. Atque hæc quidem hoc modo diſponenda atque ordinanda eſſe videntur. Sed ea,

quæ

quæ rebus diuinis attributa & conſecrata ſunt domicilia, & ea, quæ ſunt ampliſſima magiſtratuum ſodalitia, triclinia dico, in quibus ea celebrantur, conuenit locum idoneum habere, vnoque & eodem loco templa omnia eſſe poſita, niſi vel lex aliqua, vel aliquod oraculum Apollinis, vel aliquod aliud vetat ſeparari. Talis autem fuerit locus & ad efficiendam ſitus præſtantiam ſatis illuſtris atque eminens, & præ vicinis partibus ciuitatis tutus ac munitus. Decet autem huic loco talis fori ſtructuram eſſe ſubiectam, quale in Theſſalia vſu receptum eſt, quod liberum vocant. hoc porro ſignificat ab omnibus rebus venalibus purum & ſincerum eſſe oportere, neque quenquam ſordidum atque illiberalem artificem, neq; agricolam, neque alium quemquam talem huc irruere, aut omnino aſpirare, niſi à magiſtratibus arceſſatur. Fuerit autem hic locus lepidus ac venuſtus, ſi etiã ſenum gymnaſia hic fuerint locata. Decet enim etiã hoc ciuitatis decus atque ornamentum pro ætatib. eſſe diuiſum ac diſtinctum: & inter adoleſcenteis quidem magiſtratus aliquos, inter magiſtratus vero ſenes verſari. magiſtratuum enim præſentia ante oculos poſita, verum pudorẽ & liberalem metum in animis ingenerat. Forum autem rerum venalium aliud ab hoc eſſe oportet, & ſeorſum poſitum in loco & ad eas res, quæ è mari aduehuntur, & ad eas quæ ex agro importantur, vna excipiendas, opportuno. Iam vero quoniam ciuitatis multitudo diuiditur in ſacerdotes & magiſtratus, decet triclinia, in quib. ſacerdotes cõuiuia inituri ſunt, ad ædeis ſacras eſſe collocata. Ma-

giſtratuum vero, quicunque rerum contractarum iudiciis, & actionum intentionibus, & in ius vocationibus, & talibus aliis curationib. pręſunt: & præterea ædiliũ minorum, ſeu annonæ præfectorum, & ædilium maiorum, qui res vrbanas procurãt: horum omnium ſodalitia, ſeu potius triclinia in quibus conuiuia agitent, ad forum & conuentum aliquem publicum ędificata eſſe oportet. talis autem eſt locus, in quo rerum neceſſariarum mercatus inſtitutus eſt. nam forum illud ſuperius vacuum eſſe ponimus, hoc vero rebus neceſſariis deſtinamus. ea autem, quæ extra vrbem, conſtitutionem & deſcriptionem à nobis expoſitam imitari debent. Illic enim magiſtratibus, quos alii ſyluarum cuſtodes, alii agri præfectos appellant, & loca vbi cuſtodias agant, & triclinia, vbi vna epulentur, & conuiuia agitent, comparata ſint neceſſe eſt: & præterea templa per agrum diſtributa, alia diis, alia heroibus dedicata. Verum longos eſſe nunc in harum rerum explicatione ſubtiliore, & diſputatione accurata atque arguta, ſuperuacaneum eſt. talia enim intelligere difficile non eſt, ſed facere potius. nam de his verba facere, optantis eſt; ea autem euenire, fortunæ. Quare de talibus nunc plura dicere omittamus.

13. Docet quales eſſe oporteat ciues, vt ſit bene inſtituta ciuitas & beata.

DE ipſa autem reip. adminiſtrandæ forma, ex quibus, & ex qualibus eam ciuitatem, quæ beata futura eſt, & recte adminiſtrabitur, conſtare oporteat, dicendum eſt. Quoniam igitur duo ſunt, in quibus poſita eſt omnium hominum perfectio,

fectio, & præſtantia: horum autem vnũ in eo con-
ſiſtit, vt ſcopus & finis actionum ſit rectus, & recte
propoſitus: alterum in eo, vt homo actiones ad
finem pertinenteis & conferenteis inueniat. (fieri
enim poteſt, vt hæc & diſcrepent inter ſe, & con-
ſonẽt. interdum enim ſcopus quidem propoſitus
eſt rectus atque honeſtus: ſed in agẽdo ab eo aber-
rant: interdum contra, ea quidem omnia, quæ ad 204
finem pertinent, aſſequuntur, ſed finem ſibi pro-
poſuerint malum ac prauum: aliquando ab vtro-
que longe aberrant, veluti in arte medendi. nam
neque quale eſſe oporteat corpus ſanum, recte in-
terdum iudicat, neque ad finem ſibi propoſitũ ac-
commodata efficientia nanciſcuntur. in artib. au-
tem & ſcientiis hæc vtraque tenenda ſunt, finis &
actiones, ſeu effectiones ad finem conferentes.)
Omneis igitur & bene viuendi, & beatitudinis cu-
piditate affectos eſſe, perſpicuum eſt: ſed alii eam
aſſequi poſſunt, alii per fortunam quandam aut
naturam non poſſunt: adiumentis enim & facul-
tatibus extrinſecus ſuppeditatis ad bene viuendũ
opus eſt: ſed iis, qui animo melius affecti ſunt, pau-
cioribus: qui deterius, pluribus. alii autem ſtatim
ab initio beatitudine non recte quærunt, quam-
uis eius obtinendæ facultatem habeant. Quoni-
am autẽ propoſitum nobis eſt optimam reip. ad-
miniſtrandæ rationẽ videre: hæc porro eſt, ex qua
ciuitas optime gubernari atque adminiſtrari poſ-
ſit: optime vero ciuitas ex ea adminiſtratione regi
atque adminiſtrari poſſit, ex qua maxime beata
eſſe queat: quid ſit beatitudo ſcilicet, non eſt i-
gnorandum. Dicimus autem etiam in libris de

Digitized by Google

Moribus (ſi quis eſt librorum illorum fructus)
eſſe muneris functionem & vſum virtutis perfe-
ctum: eumque non ex conditione, ſed ſimplici-
ter & abſolute. Ea porro ex conditione dico, quę
neceſſario fiunt: ſimpliciter, quæ honeſte, exem-
pli cauſa, in iuſtis actionibus pœnæ & caſtigatio-
nes à virtute illæ quidem proficiſcuntur, ſed ne-
ceſſariæ ſunt: & quod honeſte fiunt, id habent ne-
ceſſario. eſt enim optabilius nulla re tali opus eſſe,
neque homini, neque ciuitati. Quæ vero in hono-
ribus & copiis bonorum externorum verſantur a-
ctiones, eæ ſimpliciter ſunt pulcherrimæ atq; ho-
neſtiſſimæ. Illud .n. alterum, ſupplicia dico, & ani-
maduerſiones in improbos, mali cuiuſdã electio
eſt, vt aliud malũ tollatur: tales vero actiones con-
tra. bonorũ enim ſunt quaſi ſtructuræ, ſeu machi-
nationes, & ꝓcreationes. Poſſit aũt vir bonus qui-
dem, & paupertate, & morbo, & aliis fortunæ caſib.
aduerſis pulchre & recte vti: veruntamẽ in contra-
riis beatitudo poſita eſt. hoc .n. definitum ac deci-
ſum eſt in libris de Moribus, virum bonũ eſſe talẽ,
cui, q̃ ſimpliciter bona ſunt, bona ſunt. In prom-
tu autem eſt ẽt, hos vſus neceſſario bonos & hone-
ſtos eſſe ſimpliciter. Quapropter bona externa
beatitudinis cauſas efficienteis eſſe, exiſtimãt ho-
205 mines: vt ſi quis cauſam clare & bene cithara canẽ-
di lyrę potius q̃ arti aſcribat. Ex iis igitur quę dicta
ſunt, alia ſupetant, alia legum ſcriptor præparet ac
ſuppeditet neceſſe eſt. Quocirca in conſtituẽda ci-
uitate eas res omnibus precibus oramus & opta-
mus, quę ſunt in poteſtate & arbitrio fortunæ, eam
enim

Digitized by Google

enim harum rerum arbitram ac dominam ponimus: ſed bonam eſſe ciuitatem, non iam fortunæ, ſed ſcientiæ & conſilii munus atque opus eſt. Atquin eo bona ciuitas eſt, quod ciues, qui reipubl. adminiſtrandæ ſunt participes & conſortes, boni ſunt, nobis autem ciues oẽs reipub. adminiſtrationis ſunt conſortes. Hoc igitur conſiderandum eſt, quo pacto vir bonus fiat. Nam ſi fieri poteſt, vt omneis ciues ſint viri boni, non ſinguli: ita optabilius eſt, ſed non poteſt. omnes enim ciueis eſſe viros bonos, ſequitur illud, vt origine prius, vnũquemque eſſe bonum. Fiunt porro boni & probi tribus rebus. tria autem hæc ſunt, natura, conſuetudo, ratio. Etenim naſci oportet primum, verbi cauſa hominem, & non aliud quod animal: deinde certo quodam modo conformatum & corpore, & animo. Nonnulla autem ſunt, quę non ſatis eſt à natura eſſe tributa. mos enim & conſuetudo ea immutant. quædam enim ſunt in vtramque partem propenſa natura, quæ conſuetudine in deterius aut in melius flectuntur. Aliæ igitur quidem animantes maxime quidẽ viuunt natura: nonnullæ vero aliquantum etiam more & conſuetudine: homo autem ẽt ratione. hoc enim ſolum ex omnibus animalibus ratione præditum eſt. Itaque hæc oportet inter ſe concinere & conſonare. multa enim agunt homines pręter conſuetudinem & naturam, rationem ducem ſecuti, ſi perſuaſum eis fuerit aliter agere melius eſſe. At quali ſane ingenio qualiq; natura præditos eos eſſe oporteat, qui legum ſcriptori futuri ſint morigeri & tractabiles, diſtincte explicauimus antea. Reliquum iam nobis munus

Digitized by Google

eſt; vt de inſtitutione & diſciplina ciuium diſſeramus, alia enim diſcunt conſueſcendo, alia audiendo.

14. De recta ciuium inſtitutione: & eorum errore qui leges & diſciplinam ſuam ad res bellicas referunt, non ad tempora pacis.

QVoniam autem ſocietas omnis ciuilis ex iis qui imperant, & iis qui ſub imperio ſunt, conſtat: ergo hoc videndum eſt, vtrum eos qui imperant, & eos qui parent imperio, diſſimiles ac diuerſos eſſe oporteat, an eoſdem, per omne vitæ tẽpus. Perſpicuum enim eſt, ex hac diuiſione diſciplinæ rationem pendere, vt qualis huius quæſtionis diſtinctio fuerit, talem ciuium diſciplinam eſſe oporteat. Si igitur alteri tanto alteris antecellerent, quanto deos & heroas hominibus præſtare exiſtimamus: vt primum ſtatim corpore longe eſſent proceriores; deinde animo multo excellentiores, ita vt incontrouerſa, & in promptu poſita eſſet eo-
206 rum, qui imperant, præ iis, qui ſub imperio ſunt, excellentia: perſpicuum eſt ſatius fore ſemper illos quidem præeſſe atque imperare, hos vero imperio parere omnino. Quando autem non eſt hoc intentu aut paratu facile, neque ita euenit, vt ait Scylax apud Indos fieri, reges eſſe tantopere iis, qui ſub eorum imperio ſunt, præſtãteis: nimirum propter multas cauſas ciues omnes ſimiliter imperandi & parendi viciſſim & pro ſua quiſque parte ſint participes neceſſe eſt. nã & ęquale ſeu æquum, eſt idem ſimilibus: & reip. adminiſtrandæ formam, quæ contra ius ſit conſtituta, manere difficile eſt. cum iis enim, qui ſub imperio ſunt, coniuncti

Digitized by Google

iuncti ſunt & conſpirant omnes, qui in regione ſunt, rerum nouarum cupidi, & vt ii, qui rempub. adminiſtrant, tot ſint numero, vt hos omnes ſuperare queant, vnum quiddam eorum eſt, quæ fieri non poſſunt. Verum enimuero quin ii, qui ciuitati præſunt atque imperant, iis, qui ſub imperio ſunt, antecellere debeant, nemo in controuerſiam vocat. Quomodo igitur hæc futura ſint, & quomodo reipub. adminiſtrationis conſortes ſint futuri, ſcriptori legum videndum eſt. Dictum vero eſt hac de re ſupra. natura enim eligendi facultatem dedit, q̃ fecit eorum, qui ſunt iidem genere & numero, alios iuuenes, alios ſenes: quorum illos quidem decet parere, hos vero imperare. Nemo autem propter ætatem parens imperio, indignetur, neque ſe meliorem eſſe putet, præſertim qui ſit hoc munus viciſſim accepturus, vbi iuſtam ætatem attigerit. Quodam igitur modo iidem imperare & parere imperio dicendi ſunt, & quodammodo alii: quare & quodammodo eandem diſciplinam adhibere neceſſe eſt, quodammodo aliam. Nam & vt is, qui bene imperaturus eſt, primum paruerit imperio, aiunt oportere. Imperium autem, quemadmodum tertio libro dictum eſt, aliud eſt eius, qui imperat, gratia: aliud eius, qui imperio paret. atque horum illud quidem, imperium domini in ſeruos, ſeu herile dicimus: hoc vero, imperium in liberos. Differunt autem nonnulla eorum, quæ imperantur, non factis & muneribus, ſed fine. Quocirca honeſtum eſt etiam iuuenib. iis, qui liberi ſunt, multa facta ac munera quæ miniſtrorum propria videntur, adminiſtrare atque obire. non enim

tam

tam per ſe differunt inter ſe actiones ad honeſtum & inhoneſtum, quam fine & eo, cuius gratia obe-
207 untur. Quoniam autem ciuis, & magiſtratus, & optimi viri eandem virtutem eſſe dicimus: eundem porro & prius oportet imperio parere, & poſterius imperare: hoc negotium fuerit legum ſcriptori diligenter curandum, & quo modo viri boni fiant, quibuſque ſtudiis, & quis ſit vitæ optimæ propoſitus finis. Duæ autem animi partes diſtinctæ ſunt: quarum altera ratione prędita eſt per ſe, altera non habet illa quidem rationem per ſe, ſed rationi obtemperare poteſt. Atque harum animi partium virtutes eas eſſe dicimus, ex quibus vir bonus quodam modo dicitur. In vtra autem parte potius finis conſiſtat, ſi quæratur: iis quidem, qui animum ita partiuntur vt partiri dicimus oportere: non eſt obſcurum quomodo reſpondere debeant. Semper enim quod deterius eſt eius, quod melius eſt, gratia eſt. Atque hoc apparet ſimiliter in iis rebus quę natura valent, atque in iis quæ arte conſtant. At quæ pars animi ratione prædita eſt, melior ea eſt, quæ non eſt. Rationis porro duæ ſunt partes, quo modo nos quidem diuidere conſueuimus. altera enim in agendo verſatur, altera in contemplando. Quoniam igitur neceſſe eſt actiones ad eundem modũ eſſe diuiſas, quemadmodum ea, quorum ſunt actiones, diuiſa ſunt: hanc autem animi partem ita oportet eſſe diuiſam, ſcilicet & harum partis animi partiũ actiones ex proportione inter ſe reſpondere dicemus: & partis animi melioris actiones etiam meliores eſſe neceſſe eſt, iis qui poſſunt aſſequi, vel omneis, vel duas. ſemper enim hoc cuique

eſt

eſt optatiſſimum, quod ad potiendum eſt ſummũ, ſummoque in gradu poſitum. Diuiſa autem omnis vita eſt in negotium & otium, bellum & pacem. tũ earum rerum, quæ in actionem veniunt: aliæ ſunt neceſſariæ & vtiles, aliæ honeſtæ: in quibus eadem adhibeatur electio neceſſe eſt. atque in animi partibus earumque actionibus: nempe vt bellum pacis gratia ſuſcipiatur, negotium otii, neceſſaria & vtilia honeſtorum. Cùm igitur vir moderandæ ciuitatis peritus in ferendis legibus hæc omnia intueri debeat, & ex animi partibus, & ex earum actionibus, tum maxime oportet eum leges dirigere ad meliora, atque ad fines. eademque ratio in vitæ generibus & rerum varietatibus ac diſſimilitudinibus adhibẽda eſt. Oportet enim negotia quidem, & bella gerere poſſe: ſed magis agitare pacem atque otiari poſſe: & rerum quidem neceſſariarum atque vtilium agendarum facultatem habere, ſed magis honeſtarũ. Itaq; ad hos propoſitos fineis & pueri quamdiu in ea ætate ſunt, & aliarum ætatum ciues, qui inſtitutionis indigent, erudiẽdi ſunt. At ii qui nunc optime omnium Græcorum rem ſuam publicam adminiſtrare exiſtimantur, & ii legum ſcriptores, qui has reipubl. adminiſtrandæ formas inſtituerunt, neque eorum, quæ ad reſp. adminiſtrandas pertinent, deſcriptionem ad meliorem finem: neque leges & diſciplinam ciuitatis ad omnes virtutes reperiuntur retuliſſe, ſed inepte ac ſtolide ad eas, quæ vtilitatis ſpeciem præ ſe ferunt, & quæ ad opes amplificandas, imperiaque iniuſta obtinenda videntur accommodatiores, deerrarunt. Similiter autem atque hi, quidam ex iis, qui poſte-

Digitized by Google

poſterius ſcripſerunt, idem pronunciatur. Nam Lacedæmoniorum reip. adminiſtrandæ rationē laudantes, finem legum ſcriptori propoſitum admirātur, quod leges omneis ad principatum obtinendū, rerumq; potiendum & ad bellum direxit: quæ cum ratione facile coargui ac refelli poſſunt, tum re & facto nuperrime conuicta ſunt. Nam quemadmodum plerique mortales longe lateque dominari fortunatum eſſe putant, quia hinc magna rerum ſecūdarum ſuppeditatur facultas: ſic & Thibro, & vnuſquiſq; eorum, qui de Lacedæmoniorū reip. adminiſtrandæ ratione ſcripſerunt, eorum legum ſcriptorem propterea videntur eſſe admirati, quia aſſidua in laboribus & in periculis exercitatio eis imperium in multos populos conciliauit atq; adiudicauit. Atqui perſpicuum eſt, quandoquidē nunc Lacedemonii deſierunt principatum obtinere atque impetrare, neque eos eſſe beatos, neq; legum ſcriptorem bonum. Præterea vero hoc ridiculum eſt, eos in legibus permanenteis, nulla re obſtante, quo minus iiſdem legibus vterentur, honeſtæ vitæ fructum perdidiſſe. Ne de principatu quidem & imperio recte ſentiunt: quod aiunt legis ſcriptorem magni facere videri oportere. Imperium enim in liberos, herili imperio, iniuſtoque dominatu honeſtius, magiſq; cū virtute coniunctū eſt. Præterea non eo ciuitas beata exiſtimāda eſt, neq; legum ſcriptor iccirco laudandus eſt, ꝙ ciueis ad imperium infinitimos occupādum exercuerit. Hæc.n. magnū detrimentū afferunt, ſequeretur enim ſcil. vt, quicunque ciuis poſſet, is conari deberet plus vnus poſſe, quam tota ciuitas ſuæque ciuitati

ciuitati ſeruitute oppreſſæ imperare. Quod Lacedæmonii crimini dant Pauſaniæ regi, quamuis in tam alto honoris ac dignitatis gradu collocatus eſſet. Nec igitur ad ciuilem ſocietatem accommodata eſt talis vlla ratio taliſque lex, nec vtilis, nec vera. Debet enim legum ſcriptor quæ ſint eadem, & 209
priuatim & publice optima, in animis hominum ingenerare atque inſerere: neque ciueis in rei militaris ſtudio, ea gratia oportet exerceri, vt eos, qui ſunt indigni ſeruitute, in ſeruitutem redigant: ſed primum vt ipſi quidem ne aliis ſeruiant: deinde vt principatū quærant, eorum, qui ſub imperio ſunt, vtilitatis, nō iniuſtæ in omneis dominationis cauſa: poſtremo vt dominentur in eos, qui ſeruitute digni ſunt. Legum ſcriptori autem maiorem operam eſſe dandam, vt leges & eas, quæ ad res bellicas pertinent, & cæteras, otii & pacis cauſa inſtituat ac deſcribat, non belli, teſtimonio ſunt iis, quæ dicimus, ea, quæ fiunt. Pleræque enim ex talibus ciuitatibus tantiſper quidem dum bellum gerunt, ſaluæ ſunt: potitæ autem imperio & principatu, occidunt. Nitorem enim & ſplendorem ſuum in pace deperdunt: inſtar ferri: cuius rei legum ſcriptor culpam ſuſtinet, qui hoc eos non docuit, vt otiari poſſint.

15. Probat virtutes ad otium pertinentes eſſe in primis neceſſarias: Deinde de ratione ciues inſtituendi, diſputat, & quid in eo ſit primum quærit.

QVONIAM autem idem finis propoſitus videtur eſſe hominibus & priuatim & publice, eundemq; viro optimo, atq; optimæ reip. adminiſtran-

niſtrandæ rationi terminum conſtitutum eſſe neceſſe eſt: perſpicuum eſt, virtutes ad otium pertinentes ſuppetere oportere. Finis enim eſt, vt ſæpe dictum eſt, pax belli, otium negotii. vtiles autem ſunt ad otium & vitam in otio degendam, virtutes & eæ, quarum opus munuſque in otio vertitur, & eæ, quæ in negotio munere ſuo funguntur. Multæ enim res neceſſariæ ſuppetant oportet, vt quis otiari poſſit. Quocirca ciuitatem conuenit eſſe temperantem, & fortem, & laborum tolerantem ac perferentem. Nam vt eſt in prouerbio, Non eſt otium ſeruis. At qui fortiter periculum adire non poſſunt, eorum qui inuadunt, ſerui ſunt. Fortitudine igitur, & laborum tolerantia opus eſt in occupatione & negotio: philoſophia autem in otio & quiete: temperantia vero & iuſtitia in vtroque tempore: ſed magis tamen in pace & otio. Nam bellum quidem iuſtos & temperanteis eſſe cogit: rerum vero ſecundarum tranquillitas ac iucunditas, otiumque cum pace coniunctum, petulanteis & contumelioſos reddit potius. Multa igitur iuſtitia, multaque temperantia iis opus eſt, qui optime rem gerere videntur, quique rebus omnibus, quæ fortunatæ habentur, perfruuntur: vt ſi qui ſunt, quemadmodum fabulantur poetæ, in inſulis fortunatis. Hi enim tāto magis philoſophiam & temperantiam, & iuſtitiam requirent, quanto magis in talium rerum copia & libertate otioſe viuunt. Quamobrem igitur eam, quæ beata & bona futura eſt, ciuitatem, his virtutibus oporteat eſſe præditam, in promptu eſt. Nam cum turpe ſit nō poſſe bonis vti, tū multo turpius eſt in otioſa vita

non

Digitized by Google

non poſſe vti: ſed occupatos quidem, & bellum gerenteis, ſe præbere viros bonos: pacem agitanteis vero, & otio diffluenteis, mancipiorum ſimiles eſſe. Quapropter non quo modo Lacedæmonij, colere virtutem oportet. non enim illi ab aliis hac ratione differunt, neq; aliis eo ſunt excellentiores, quod non eadem, atq; alij, maxima bonorum eſſe putent, ſed potius quod hæc aliqua virtute parari exiſtiment. Quoniam autem maiora hęc eſſe bona, quàm bellica: meliusq; eſſe his frui, quam virtutibus: & hæc eſſe per ſe expetēda, perſpicuum eſt: quo modo & quibus viis ad ea perueniri poſſit, videndum. Hac igitur partitione ſupra vſi ſumus, vt diceremus, natura, conſuetudine, ratione iis, qui viri boni futuri ſunt, opus eſſe. Atq; ex his tribus, quali ingenio, qualive natura pręditos eſſe oporteat, antea definitum & conſtitutum eſt. Reſtat vt videamus, vtrum ratione prius erudiendi ſint, an cōſuetudine & moribus. Hęc enim oportet inter ſe concinere concētu optimo. fieri enim poteſt, vt & ratio alicuius ab optimo fine poſito & fixo aberrarit, & ſimili conſuetudine ſit educatus. Perſpicuum igitur primũ hoc quidē eſt, quemadmodũ in aliis, ſic & in hac re ortũ à principio initium capere: & finē ab aliquo principio naſci, quod ipſum alius finis eſt. At ratio & mens nobis ſunt naturæ finis. Quare ad has oportet ortum noſtri & conſuetudinis meditationem atq; exercitationem parare. Deinde quemadmodum animus & corpus duo ſunt: ſic & animi duas eſſe parteis videmus, vnam rationis expertem, alterã rationis participē: & duos harum partiũ habitus, quorum alter appetitus, alter eſt mens. Vt autem

Y corpus

corpus animo origine prius eſt: ſic & pars animi rationis expers, parte rationis participe prior eſt. Licet autem hoc quoq; hinc intelligere, quod animi quidam ardor ſeu excandeſcentia & voluntas, & pręterea cupiditas in pueris ſtatim in lucem editis ineſt: ratiocinatio vero & mens, ætate progreſſis innaſci ſolet natura. Quocirca primũ quidem cura corporis animi culturam neceſſario debet anteire: deinde proxime appetitionis, mentis cauſa tamen, cura habenda eſt: animi gratia, corporis.

16, Quo tempore, & quales inter ſe matrimonio coniungi, & quam diu liberis operam dare oporteat. De liberis exponendis tollendisve. Adulterij prohibitio.

SI igitur ab initio videndum eſt legum ſcriptori, vt optima fiant eorum, qui alũtur, corpora: primo vtiq; loco adhibenda in coniungẽdis maris & fœminæ corporibus diligentia eſt, quo tempore, & qualeis inter ſe matrimonio coniungi oporteat. Debet autẽ de hac ſocietate leges ferre, ſpectato & vtroq; eorum ipſorum, & vitæ tempore, vt ætatibus ad eandem opportunitatẽ temporis conueniant & concurrant: neque vires & poteſtates diſcrepent, vt vir quidẽ gignere poſſit, fœmina non poſſit: aut fœmina poſſit, vir nõ poſſit. hæc enim diſcordias inter eos pariũt, & diſſenſiones. Secundo loco ſpectanda eſt filiorũ ſucceſſio. Oportet enim neq; nimis filios parentibus ætate poſteriores eſſe (nam vt parentes natu grandiores nullum beneficij ſui fructum à filiis viciſſim percipere poſſunt: ſic filij à parentibus nulla

re iu-

re iuuari, aut ſubleuari queunt) neq; nimis prope ad parentum ætatem accedere. multa enim in hac re inſunt incommoda. Nam & minor eſt erga taleis filiorum verecundia, tanquam æqualeis, & ex ætatum propinquitate in adminiſtratione rei familiaris, querelæ & criminationes proficiſci ſolent. Poſtremo, vnde initio huc digreſſi ſumus, videndum eſt legum ſcriptori, vt corpora eorum, qui procreantur, ſint ad eius voluntatem appoſita. Hæc igitur fere omnia vna diligentia curaque continentur. Quoniam enim procreationis finis definitus eſt, viris quidem ad ſummũ, annorũ ſeptuaginta numerus vltimus: fœminis vero quinquaginta: oportet coniugationis principium, q͂ ad eorum ætatem attinet, ad hæc tempora cõcurrere. Eſt autem adoleſcentulorum copulatio & coniunctio ad liberorum procreationem inepta. nam in omnibus animãtibus adoleſcentiũ fœtus imperfecti ſunt, & fœminę eduntur potius, quam mares, & breui corporis figura. Quare neceſſario hoc idem etiam in hominibus euenit. Cui rei hoc argumento eſt, quod quibuſcunq; in ciuitatibus hoc in more poſitum eſt, vt adoleſcentes cum puellis adoleſcentulis matrimonio iungantur, imperfectis & breuibus corporibus præditi ſunt. Præterea puellæ adoleſcentulæ & magis laborant in partu, & plures intereunt. Quapropter cõſulto à Trœzeniis oraculo, reſponſum eis eſſe quidam dicũt, illa incommoda iis accidere propter talem cauſam, proinde quaſi multæ mulieres interirẽt: quia iuniores ac minores natu in matrimonium collocarẽtur, non quod fructus ante tẽpus colligerentur. Præterea vero ad temperantiã adiuuat,

elocare paulo ętate grandiores. videntur enim eſſe intemperātiores ac libidinoſiores eæ, quæ valde puellæ rebus venereis vſæ ſunt. Tum maſculorum corporibus nocere videtur ad incremẽtum, ſi adhuc corpore creſcente rebus venereis dent operam. huius enim tempus quoddam eſt definitum, extra quod egrediens, non amplius augeſcat. Quapropter fœminas quidẽ anno ætatis circiter duodeuiceſimo conuenit in matrimoniũ collocare: mares vero anno circiter triceſimo ſeptimo nuptiis alligare. Namq; hoc tẽpore facta coniunctio, & corroboratis florentibusq; ac vigentibus corporibus erit opportuna, & ad procreationis liberorum cauſam ac requiem tempeſtiue in eodẽ tempore vtriſq; concurret. Præterea vero ſucceſſio liberorum & parentibus & liberis erit opportuna: his quidem ineunte ętatis robore ac vigore, ſi ſtatim pro ratione tẽporis nati fuerint: illis vero ætate iam decrepita, & ad annum ætatis ſeptuageſimum pręcipitata. De coniugio igitur, quo tempore ſit conciliandum, dictum eſt. Anni autem tempore eo vtendum eſt, quo etiam nunc vtũtur multi, idq; pulchre ac præclare, bruma huic congreſſioni faciendæ pręfinita. Oportet igitur etiam eos ad liberorum procreationem ea iam cognoſcere, & quæ à medicis dicuntur, & quæ à phyſicis. Nam & medici, quibus potiſſimum temporibus corpora optime ſint affecta, ſatis accurate explicant: & phyſici, cum de ventis copioſe diſputant, tum ventos aquilonareis auſtralibus anteponũt. Sed quomodo affectis parẽtum corporibus plurimum iuuentur, qui procreantur, in iis quidem, quæ de puerorum inſtitutione dicẽtur, attentius

& ac-

& accuratius erit diſputandum. nunc autem ſatis erit adumbrata quadam forma dicere. Nam neq; athletarum habitus ad bonam corporis conſtitutionem ciuili ſocietati conuenientem, nec ad bonam valetudinem, nec ad procreationem liberorum vtilis eſt: neq; iis, qui remediis & curationibus eget, quiq; valde laborioſus & morbis exercitus eſt, ſed qui inter hos interiectus eſt. Habitu igitur corporis eſſe oportet laboribus perferēdis, durato atque aſſuefacto, ſed aſſuefacto laboribus non violentis, neq; ad vnum laborem exercitato, quemadmodum athletarum eſt, ſed ad hominū liberorum actiones. Atq; hæc ad viros ſimiliter, & ad mulieres pertinēt. Oportet autem & mulieres prægnanteis ſeu grauidas ſuorum corporum curam habere, ne deſidiæ ſe dedant, neq; alimēto vtantur nimis tenui & ſubtili. Atq; hoc facile aſſequetur ſcriptor legum, ſi eis iter aliquod quotidianum ad cultum venerationemq; deorum eorum, quibus ſorte obtigit, vt præſint gignendis animantibus, iniunxerit ac mandauerit. Mentem vero earum contra, atq; corpora, deſidioſius haberi in vita degenda conuenit. nam quæ procreātur, multa à matre contrahere cernuntur: quemadmodum & quæ ex terra naſcuntur, à terra. De exponendis autē, vel tollendis partubus, lex eſto, ne quid mancum & debile alatur. Propter multitudinem autem liberorum, neq; plures ſint, quā expediat, ſi gentium inſtituta & leges vetent procreata exponi: definitum eſſe oportet procreandorum liberorum numerum. Quod ſi quibus inter ſe copulatis & congreſſis, plures liberi, quam definitum ſit, naſcātur, prius quam ſenſus & vita

inſeratur, abortus eſt fœtui inferendus. Quid enim pium ac religioſum ſit, quid nõ, ſenſu & vita circumſcriptum ac definitum erit. Quoniam autem ętatis initium viro & vxori, quando cõciliare coniunctionẽ nuptialem incipere oporteat, definitum eſt: etiam hoc definitũ ſit, quandiu liberis procreandis eos operam dare conueniat. Nam vt iuniorum, ita & grandiorũ natu fœtus, inchoatis atq; imperfectis corporibus mentibusq; naſcuntur: eorum vero, qui ſenio confecti ſunt, ſoboles infirma atq; imbecilla eſt. Quare id tempus pręfiniatur, in quo mens maxime viget ac floret. mentis autem flos ac vigor in pleriſq; eſt, quem quidã poëtæ expoſuerunt, qui hominis ætatem ſeptenariis numeris metiuntur, anno circiter quinquageſimo. Itaq; qui hanc ætatem quadriennio aut quinquẽnio ſuperat, is debet à manifeſta procreatione ſolutus eſſe. De reliquo, valetudinis gratia, aut propter talem aliquam cauſam, oportet eos videri inter ſe commiſceri. De concubitu autem aut viri cum alia fœmina, aut fœminę cum alio viro, eſto abſolute turpe & flagitioſum, alium aut aliam vlla ratione, vlloq; pacto tangere videri, cum & eſt, & appellatur coniunx. Quod ſi quis inter id tempus, quod procreationi liberorum præfinitum eſt, in tali aliquo facinore deprehendatur: tali infamia notetur, qualem peccati magnitudo grauitasq; poſtulat.

17. Liberi nati quomodo alendi, & ad ſeptimum vſq; annum educandi.

LIberis autem natis atq; editis, multum intereſſe exiſtimandum eſt ad corporis vireis, quo cibo

cibo alantur. Apparet autem, ſi quis alias animanteis & nationes, quibus curæ eſt habitũ bello aptum corpori inducere, animo percurrat: lactis naturam exuberantem, eſſe alimentum corporibus maxime accommodatum: ſed quæ ſit vini expers, propter morbos. Prẹterea & tantas agitationes, quãtas qui ſunt ea ætate, ferre poſſunt, adhibere prodeſt. Ne autem membra propter teneritatem diſtorqueantur, vtuntur etiam nunc nonnullæ nationes machinis quibuſdã & inſtrumẽtis ſolerter excogitatis: quæ corpus eorum, qui ſunt id ætatis, à peruerſione & diſtortione tuẽtur. Prodeſt & ſtatim ab ineunte ætate pueros frigoribus aſſuefacere. hoc enim & ad bonam valetudinem, & ad actiones bellicas vtiliſſimum eſt. Quocirca multi barbari hunc morem retinent, alij vt pueros ſimulatq; nati ſunt, in frigidum flumen immergãt: alij vt breui integumento veſtiant, quod Galli faciũt. Omnibus enim rebus, quibus aſſuefieri poſſunt, ſtatim ab ineunte ætate eos aſſuefacere melius eſt dummodo ſenſim ac paulatim. facile autẽ exerceri poteſt puerorũ habitus natura ad frigora perferenda propter calorem. In prima igitur ætate talem diligentiam adhibere, & huic quam ſimilimam, vtile eſt. Huic autem proxima vſq; ad annos quinque, quam neq; dum vt vllam diſciplinam admouere, neq; ad neceſſarios labores appellere par eſt, ne incrementum impediant, tantam agitationem conſequi debet, vt corporum ſegnitiem ac deſidiam affugiat: quæ agitatio cum aliis rebus, tum ludo inducenda & comparanda eſt. Oportet autem ludos neque illiberaleis, neque laborioſos, neque remiſſos ac diſſolu-

tos eſſe. Qualeis autem ſermones, qualeisq; fabellas audire debeant pueri id ætatis, iis magiſtratibus, qui pueris regendis præfecti ſunt, quos pædonomos Græci dicunt, curæ ſit videre. Hæc enim omnia debent præcurſionem quandam adhibere, viamq; munire ad poſteriores vitę degendæ conſuetudines & diſputationes. Iccirco & luſiones pleræq; eorum ſtudiorum, quæ poſterius ſerio ab eis tractabuntur, imitationes eſſe debẽt. Vocis autem contentionibus & ploratibus non recte pueris interdicunt, qui legibus eos vocem contendere & plorare vetant. nam valent hæc ad incremẽtum. ſunt enim corporibus exercitationum loco. Nam ſpiritus & animæ compreſſio iis, qui in aliquo labore verſantur, vireis ſuppeditat atq; amplificat. quod & pueris vocem contẽdentibus accidit. Debent porro ij, qui pueris moderandis præfecti ſunt, cum aliam horum vitæ degendæ conſuetudinem attendere, tum maxime operam dare, vt quã minime cum ſeruis verſentur. huic enim ætati etiam vſque ad annos ſeptem neceſſario domi victus ſubminiſtratur. Ratio igitur poſtulat, vt, qui hac ætate ſunt, ab auditionibus & ſpectaculis illiberalibus longe arceantur. Cum igitur vniuerſe ſcriptor legum, verborum obſcœnitatem ex ciuitate, ſi quid aliud, eiicere debeat: (ex eo enim, quod aliquis, quodcunque verbum turpe in buccam veniat, facile proloquatur, naſcitur proxime vt faciat) tum maxime à puerorum auribus oculisq; remouere, ne quid tale vel loquãtur, vel audiant. Quod ſi quis comperiatur, aliquem eorum, quę legibus vetita ſunt, aut dicere, aut agere, isq; liber ſit quidem ille, ſed

nondum

nondum dignus, qui in conuiuiis publicis interſit, habitus ſit: & ignominia afficiendus, & verberibus caſtigandus eſt. ſin ſit hac ætate ſuperior, ignominiis illiberalibus inurendus eſt, propterea quod ſe ſeruorum ſimilem moribus præbuerit. Quoniam autem tale aliquid proloqui vetamus, perſpicuum eſt, etiam picturas & fabulas indecoras ac deformeis ſpectare per nos nō licere. Dent igitur operam magiſtratus, ne qua ſit vel ſtatua, vel tabula picta, quæ taleis actiones imitetur: niſi forte in templis quorundā talium deorum, quibus lex laſciuiam atque irriſionem ſubobſcenam attribuit. Veruntamen hos deos permittit lex iis, qui paulo ſunt ætate prouectiores, & pro ſe, & pro liberis, & pro vxoribus venerari, & omni cultus genere mactare. Iunioribus vero neque iambos, neque comœdias ſpectare vlla lege permitti debet, priuſquam eam ætatem attigerint, in qua & eis accubationis atque ebrietatis conſortibus licebit eſſe: & eos omneis à noxa ex his talibus proficiſcente, incolumeis atque integros diſciplina ſeruabit. Nunc igitur hunc ſermonem curſim habuimus: poſterius autem attentius erit conſiderandum, pluribusq; verbis explicandum, quærentibus primum, vtrum minime ſit faciendum, an ſit faciendum: deinde quomodo faciendum. In præſentia autem neceſſario his de rebus mentionem nōnullam fecimus. Fortaſſe enim Theodorus tragœdus non male tale quiddam dicebat. nullum enim vnquam, ne contemptum quidem hiſtrionem, paſſus eſt ante ſe in ſcenam prodire: quod exiſtimaret, ſpectatorum aureis iis, quę prima audiunt, captas occupari. Quod idem vſu ve-

nit & in hominum congreſſionibus, & in rerum tractationibus. Nam quæ prima nobis oblata ſunt, ea omnia ſunt nobis probatiſſima. Quare adoleſcẽtibus, cum mala ac vitioſa omnia ita debent eſſe incognita, quaſi peregrina: tum ea maxime, in quibus ineſt vel turpitudo, vel animi offenſio. Annis autem quinque exactis, biennium, vſq; ad annum ſeptimum confectum debent iam diſciplinarum earum, quas eos diſcere oportebit, fieri ſpectatores. Duæ porro ſunt ætates, ad quas neceſſario inſtitutio diuidenda eſt; altera ab anno ſeptimo ad pubertatem, altera rurſus à pubertate vſq; ad primum & viceſimum annum. Nam qui ætates per hebdomadas partiuntur, magnam partem non recte dicunt. Sequenda vero naturæ diuiſio eſt. Vult enim omnis ars, omniſq; doctrina id, quod naturæ deeſt, ſupplere. Primum igitur videndum eſt, ſit ne in puerorum inſtitutione aliqua ordinis deſcriptio adhibenda: deinde, vtrũ eorum inſtitutionis procuratio, publica, an priuata eſſe debeat pro cuiuſque arbitrio & modo; quod etiam nunc in pleriſque ciuitatibus fieri ſolet: tertio loco, qualem eſſe oporteat.

ARISTO-

ARISTOTELIS POLITICORVM, SIVE DE REPVBLICA, LIB. VIII.

CAP. I.

Legum latori neceſſario de puerorum inſtitutione leges eſſe ferendas: inſtitutionem vnam omnibus eſſe debere.

QVIN legum ſcriptori igitur in adoleſcentium diſciplina maxime ſit elaborandum, nemo in cõtrouerſiam vocarit. namq; hoc in ciuitatibus neglectum, magna incõmoda reip. adminiſtrandæ formis importat. accommodate enim ad vnumquodq; reip. adminiſtrandæ genus ciuitatem adminiſtrare oportet. Nam vniuſcuiuſq; reipub. adminiſtrandæ formæ propria indoles, atq;, vt ita dicam, ingenium proprium & reip. adminiſtrandæ formam tuetur, & ab initio cõſtituit: verbi cauſa, indoles democratiæ conueniens, democratiam conſtituit & conſeruat: oligarchię conueniens, oligarchiam. Semper autẽ vt quæq; indoles eſt optima, ita optimã reip. adminiſtrandæ formam parit. Præterea in omnibus facultatibus atq; artibus quædã oportet ante doceri, & quibuſdã ante aſſuefieri ad cuiuſq; opera muneraq; obeunda. Quare perſpicuum eſt etiam ad virtutis actiones expromẽdas quibuſdã ſtudiis & exercitationibus antecedentibus opus eſſe. Quoniam autẽ finis vnus omni ciuitati propoſitus eſt, perſpicuum eſt etiam, vnam & eandẽ omnium neceſſario eſſe diſciplinã, huiuſq; procurationem publicam eſſe debere, nõ priuatam: quem-

quemadmodum nunc ſui cuiq; filij curæ ſunt, & priuatim diſciplinam, quã cuiq; viſum fuerit docere, ſuis filiis tradenti. Oportet autem rerũ communium exercitationẽ quoq; facere cõmunem: ſimulq; ciuem neminẽ exiſtimare oportet ipſum eſſe ſuum. ſed omneis ſe eſſe ciuitatis. particula enim vnuſquiſq; ciuis ciuitatis eſt. At cuiuſq; particulæ procuratio, totius procurationem intueri ſolet natura. Atq; etiam aliquis Lacedæmonios in hoc laudarit. plurimum enim ſtudij in pueros conferũt, idq; communiter & publice. Leges igitur de diſciplina & inſtitutione puerorum eſſe ſcribendas, atque hanc communem & publicam eſſe oportere, perſpicuum eſt.

2, De recta inſtitutione.

QVæ ſit autem diſciplina, & quo modo pueros & adoleſcẽteis oporteat erudiri, cognoſcendum eſt. nunc enim de factis ambigitur. nam non eadem adoleſcentibus eſſe diſcenda, omnes exiſtimant, neq; ad virtutem, neq; ad optimã vitam comparandam. Et vtrum ad mentem & cogitationem, an ad animi mores diſciplina ſit referenda, obſcurum eſt. Tum huius rei conſideratio ducta ex diſciplina vſitata, & in medio atque in promptu poſita, turbulẽta ac perturbata eſt: neq; apparet, vtrum exercenda ſint ea, quæ vitæ ſunt vtilia, an quæ ad virtutem pertinent, an eximia quædã & ſuperuacanea: hæc enim iudicibus quibuſdam nituntur. Et de iis, quæ ad virtutem pertinent, nõ conuenit inter omneis. Etenim virtutem non eandem ſtatim omnes magni æſtimant. quare & de eius exercitatione ac ſtudio inter ſe diſſentiũt. Ex iis igitur, quæ vitæ vtilia ſunt, neceſ-

ſaria

ſaria eſſe diſcenda, non eſt obſcurum: ſed tamen non omnia. Nam cum diſtincta ſint liberalia munera ab illiberalibus, licet videre talia vtilia adoleſcenti eſſe tractanda, quæ eum, qui tractet, non ſordidum, neq; illiberalem ſunt redditura. Sordidum autem atq; illiberale munus, hoc eſt habendum, & hæc ars atq; hæc diſciplina ſunt illiberales iudicandæ, quę ad virtutis vſus & actiones, hominum liberorum aut corpus inutile efficiunt, aut animum aut mentis agitationem. Quocirca & taleis arteis omneis, quæ corpus corrumpunt, redduntq; deterius, & operas mercenarias, illiberaleis appellamus. mentem enim occupatam atque impeditam diſtinēt, eamq; humilē reddunt. Non eſt autem illiberale, nōnullis ſcientiis liberalibus vſq; ad aliquem finem inſtructum atq; ornatum eſſe: ſed in eas incumbere, iisq; affixum eſſe vſq; eo, donec ad perfectionem peruentū ſit, id ad ea incōmoda, quæ à nobis commemorata ſunt, obiectum eſt. Præterea multū intereſt, cuius rei gratia quis aliquid agat aut diſcat. ſua enim cauſa, aut amicorum, aut propter virtutem diſcere, non eſt illiberale. Qui vero hoc agat propter alios, ſæpe mercenarium quiddam & ſeruile agere videatur. Quæ igitur nunc vſu receptę & tritę ſunt diſciplinæ, quemadmodum ſupra dictum eſt, ancipites ſunt, & in vtramq; partem valent.

3. *De quatuor iis, quæ ſuos liberos Græci docere ſolent, literis, dynaſtica, muſica, graphica, præcipue de muſica.*

QVatuor autem fere ſunt, quæ pueros docere ſolent: literas, & artem corporum exercendorum,

dorum, quam gymnaſticam Græci vocăt, & muſicam, & quod quartum eſt, nonnulli artem pingendi. Grammaticam quidem & artem pingendi, vt ad vitā vtileis & multis vtilitatibus atq; opportunitatibus refertas: gymnaſticā autem, vt ad fortitudinem pertinentem. De muſica porro dubitauerit aliquis. nūc enim pleriq; tanquam voluptatis cauſa eius ſtudio ducuntur. alij eam ab initio in pueritia diſcendam propoſuerunt: propterea quod ipſa natura, id quod ſæpenumero à nobis dictum eſt, vias omneis quærit non ſolum negotii recte gerendi, verū etiam otij honeſte recteq; ponendi. Hoc n. omniū rerum agendarum principium eſt, vt de hac iterum dicamus. Nam ſi vtrumq; adhibendum quidem eſt. ſed tamen otium negotio eſt anteponendum: etiam quęrendum eſt omnino, quid ſit in otio faciendum. non enim ludendum, alioqui finis vitæ humanæ propoſitus, neceſſario ludus eſſet. At ſi hoc nefas eſt, potiuſque in negotiis & occupationibus ludo & ioco vtendum eſt (nam ei, qui in labore verſatur, requie opus eſt: & requietis cauſa ludus interponitur: negotiū gerere autem, cum labore & contentione coniunctum eſt) iccirco ludus & iocus nobis adhibendus eſt, captato & obſeruato eis vtendi tempore, proinde quaſi ea adhibeamus medicinæ faciendæ gratia. Talis enim animi agitatio, remiſſio eſt, & propter voluptatem requies expetitur: otiū autem ipſum videtur voluptatē, & beatitudinem, & vitam fortunatam ac iucundā continere. hæc enim nō occupatis & negotio impeditis, ſed feriatis & ceſſantibus ſuppetere videtur. Nam qui negotiū aliquod gerit, alicuius finis

finis gratia negotium gerit, quaſi non præſto ſit, neq; ſuppetat. At beatitudo finis eſt, quam non cum dolore, ſed cum voluptate coniunctam eſſe omnes arbitrantur. Hanc porro voluptatem non iam omnes eandem ſtatuunt, ſed pro ſuo quiſq; ſenſu atq; habitu fingit: optimus autem optimā ſibi voluptatem delegit, & à rebus honeſtiſſimis proficiſcentem. Quare perſpicuum eſt, quædam ad partem vitæ degendæ otioſam accommodata eſſe diſcēda, & talibus quibuſdam doctrinis pueros & adoleſcenteis eſſe erudiendos: atq; has quidem inſtitutiones & diſciplinas ipſorum, qui diſcūnt, gratia ſuſcipi: eas vero, quæ ad negotium & occupationem referuntur, tanquam neceſſarias, & aliarum rerum cauſa expeti. Quocirca & muſicam maiores noſtri inter diſciplinas numerarūt, non quod ſit neceſſaria (nihil enim habet tale) neq; quod ſit vtilis, quemadmodum ſunt literæ, ad pecuniam faciendam, & ad tuendam rem familiarem, & ad arteis mathematicas aliasq; diſciplinas, & ad multas ciuileis actiones: neq; vt ars pingendi (videtur enim ars pingendi ad melius ſolertiusq; iucundum de artificum operibus eſſe vtilis) neq; vero vt gymnaſtica ad bonam valetudinem & robur. neutrum enim horum videmus à muſica effici. Reliquum igitur eſt, vt ſit ad liberorum hominum vitæ degendæ conſuetudinem vtilis: ad quam rem & eam videntur adhibere. quam enim liberis hominibus vitæ degendæ rationem conuenire putant, in hac ei locum tribuunt. Quocirca Homerus ita cecinit:

At decet ad lautas cantorem arceſſere menſas.

Et quibuſdam aliis ante appellatis:

Canto-

Cantorem arceſſunt (inquit) *qui carmine mulceat aureis.*

Et alibi Vlyſſes ait, hanc eſſe optimam vitæ degendæ rationem, cum delectantur homines,

Auditurq́ ampla conuiuis cantor in aula,
Ordine diſpoſitis longo.

Diſciplinam igitur eſſe aliquam, quam filij doceri debent, non tanquã vtilem, neq; tanquã neceſſariam, ſed tanquam liberalem atq; honeſtam, perſpicuum eſt. Vtrum autẽ vna numero ſit, an plures, & quæ ſunt hæ, & quo modo docendæ, poſterius iis de rebus erit dicendum. Nunc hoc tãtum nobis quaſi muniendæ ad ea, quæ dicturi ſumus, vitæ gratia, poſitum eſt, etiam antiquos id, quod dicimus, ex diſciplinis primis & vſitatis teſtimonio ſuo confirmare. Muſica enim hoc declarat. Præterea vero etiã hoc perſpicuũ eſt, diſciplinas quaſdam vtileis docere pueros oportere, non eos ſolum, quod ſint vtileis, qualis eſt Grammatica & literarum cognitio: ſed etiam, ꝙ multæ aliæ diſciplinæ earũ adiumento percipi & cõparari poſſint. Similiter & ars pingendi tradenda eſt, nõ vt ne in ſuis rebus venalibus labantur aut titubent, ſed vt ne in vaſorum & ſupellectilis emptione & venditione decipi poſſint: ſeu potius, quod in pulchritudine corporis cognoſcenda ſolertẽ efficiat atq; intelligentem. Vbiq; autẽ vtile quærere, & fructũ cõſectari, minime conuenit viris magnanimis & liberis. Iam vero quoniam in promptu eſt, vtrum pueri conſuetudine, an ratione docendi ſint, & vtrum prius ea, quæ ad corpus pertinent, quã quę ad mentis agitationẽ, an cõtra: ex his cognoſcere licet, pueros arti corporum exercẽdorum, quam gymna-

gymnaſticam appellant Græci, & arti puerorum variis certaminibus ferendorum ac durandorum, quam pædotribicam vocant, eſſe tradendos. harum enim altera corporis habitum conformat, altera affectiones & munera.

4. *De athletica & gymnaſtica.*

NVNC igitur quib. ciuitatib. maximæ curæ pueri videntur eſſe, earum aliæ athletarum habitum corporib. conciliant, & formas corporum corrumpentes, & eorum incrementis nocentes. At Lacedæmonii in hoc quidem non peccant, ſed pueros laborib. immaneis & feros reddunt, proinde quaſi hoc ad fortitudinē plurimū valeat. Atqui, quemadm. ſæpenumero dictum eſt, neq; vna, neq; hac maxime virtute ſpectata, cura in pueros eſt conferenda. Etſi demus hanc ēt virtutē eſſe ſpectandā, ne hoc quidem aſſequuntur. Nam neque in aliis animantib. neq; in aliis gentib. fortitudinem moribus immaniſſimis & efferatiſſimis comitem adiunctam eſſe cernimus, ſed manſuetiſſimis potius & leoninis. Multæ aūt ſunt nationes, quæ ad necandos homines, & ad veſcendum carnib. humanis ſunt faciles ac procliues, quemadmodum ex iis populis, qui Pontū accolunt, Achæi & Heniochi: atq; ex gentib. mediterraneis aliæ nonnullæ partim ſimiliter atq; hę viuunt, partim deterius atq; immanius: quæ ad latrocinandū quidem factæ ſunt natura, ſed fortitudine nulla ex parte p̄ditæ ſunt. Præterea vero Lacedęmonios ipſos ſcimus, quandiu ij in ſtudio laborum aſſidue verſabantur, aliis præſtitiſſe: nunc aūt & exercitationib. & certaminib. bellicis ab aliis Græciæ populis ſuperari. non.n. eo quod pueros & adoleſcē-

Digitized by Google

teis hoc modo exercerent, cæteris præſtabant: ſed eo ſolum, qui in eos, qui ſe non exercebant, exercerent. Quare primas parteis honeſtum, non immanitas, ferre debet. non enim lupus neque vlla alia fera, certamen vllum cum honeſto periculo coniunctum inierit, ſed vir, bonus potius. Qui vero pueros ad hæc certamina valde effuſe ac diſſolute ferri ſinunt, & ad res neceſſarias cuſtodes aut magiſtros eis non apponunt, ſordidos atque illiberaleis artifices eos reddunt, ſi verum fateri volumus, quippe qui eos ad vnū opus duntaxat ſcientiæ ciuili vtileis efficiant: & quidem ad hoc deterius aliis cōparatos, vt ratio indicat ac declarat. Oportet autem non ex ſuperioribus factis, ſed ex præſentibus iudicare. Nunc enim habent aduerſarios, qui de diſciplina cum eis certent, antea non habebant. Vtendum igitur eſſe gymnaſtica, & quomodo ſit vtendum, conuenit inter omneis. Nam vſque ad pubertatem pueri ad leniorem exercitationem ſunt admouendi: à violento victu & laborib. à neceſſitate præſcriptis arcendi, ne quid impedimenti afferant corporis incremento. poſſe enim illa hoc efficere, non paruo argumento eſt, quod in Olympionicis duos, aut ſummum treis reperias, qui iidem & viri & pueri vicerint, propterea quod eis, interea dum pueri ſunt, immodice ſe exercentib. neceſſariæ & violentæ exercitationes vireis auferant Cum vero à pubertate treis annos in aliis diſciplinis poſuerint, tum conuenit & laborib. neceſſariis & victui à neceſſitate p̄ſcripto, quam anangophagiam Græci vocant, proximam ætatem alligare. Nam vno tempore & mente & corpore laborem ſufferre non oportet. vterque

que enim labor res contrarias efficere ſolet natura:& corporis quidem labor, menti: mentis labor vero, corpori impedimento eſt.

5. *De muſica.*

DE muſica autem quæſita quidem, & in dubiũ vocata ſunt in hoc libro antea nõnulla, ſed par eſt etiam nunc ea repetita amplificare ac promouere, vt veluti proluſiones quædã ſint iis, quæ quis de ea dicere poſſit aſſeuerãdo ac pronũtiando. Nam neque quam viam habeat, diſtincte explicare facile eſt, neque cuius rei gratia eam adhibere & aſſumere oporteat, vtrum ludi & quietis, quemadmodum ſomnũ & ebrietatem: (hæc enim ipſa quidem per ſe non ſunt in rebus bonis & honeſtis numeranda, ſed iucunda, ſunt: ſimulque ſollicitudines coercent & comprimunt. quocirca etiam in eodem ordine & loco ponunt:& his omnib. ſimiliter vtuntur, vino, & ebrietate, & muſica. In harum autem rerum numerum etiam ſaltationem referunt) an vero muſica aliquid exiſtimanda ſit ad virtutẽ pertinere, quaſi poſſit, vt gymnaſtica corpus cuiuſdammodi reddit, ſic & muſica mores certo quodam modo conformare, an ad vitæ degendæ rationem & prudentiam valere: hoc enim eorum, quæ dicta ſunt, tertium ſtatuendum eſt. Pueros igitur non eſſe ludi cauſa docendos, nemini obſcurum eſt. non enim ludunt, qui diſcunt. nam cum dolore diſciplina coniuncta eſt. Iam vero certam vitę degendæ rationem pueris, & talibus ætatibus præfinire non conuenit. nulli enim rei imperfectæ finis conuenit. Sed fortaſſe videatur alicui puerorum ſtudium ludi cauſa eſſe comparatum, cum ad virilem ætatem perue-

Digitized by Google

nerint,& adulti perfectique fuerint. At ſi hoc verum eſt, quamobrem ipſos diſcere oporteat: & non,quemadmodum Perſarum & Medorum reges,per alios, qui id faciant,voluptatem & diſciplinam percipere? Etenim neceſſe eſt eos melius rem aliquam facere, qui eius ipſius rei artem profitentur,quam qui tandiu in ea re curam& diligẽtiam adhibuerunt, quantum temporis in diſcendo fuit conterendum. Quod ſi ipſos in talibus rebus oportet elaborare, ergo etiam apparandorum opſoniorum artem ipſos diſcere, negociumque tractare oporteat. At hoc abſurdum. Eandem autem res habet dubitationẽ, & ſi quis dicat eam poſſe mores meliores efficere. Nam cur hæc ipſos diſcere oportet,& non potius,dum alios audiunt & honeſtam voluptatem percipere,& recte iudicare poſſe,quemadm. Lacedæmonii faciunt? Illi enim,quamuis muſicam non diſcant, poſſunt tamen,vt aiunt,de modis & cantibus,qui boni ſint, qui non,recte iudicare. Eadem quoque ratio quadrauerit, ſi quis dicat ad tempus diei iucunde hilariterq; traducendum, & ad vitæ degendæ rationem liberalem,ea eſſe vtẽdum. cur.n.ipſos diſcere oportet,& non aliis vtentibus percipere voluptatem? Licet autem quę ſit noſtra de diis immortalibus exiſtimatio conſiderare. non enim Iupiter ipſe canit, & cithara pulſat apud poetas. quin etiam taleis,illiberaleis& ſordidos artifices appellamus:& actio ipſa non eſt hominis eius, qui non ſit ebrius, aut qui non ludat. Sed fortaſſe his de rebus poſterius videndum eſt. Prima autem quæſtio eſt,vtrum muſica numeranda ſit in diſciplinis puerilib. necne: & ex tribus illis, quæ in dubium voca-

vocata ſunt, cuius potiſſimum vim obtineat, vtrum diſciplinæ, an ludi, an vitæ degendæ ac traducendæ ætatis rationis. Merito porro in horum omnium ordine ac numero locatur, omniumque videtur particeps. Nam & ludus reficiendi ex labore corporis relaxandique animi cauſa comparatus eſt. Relaxatio autem & recreatio animi & corporis iucunda ſit neceſſe eſt. doloris enim eius, quem labores afferunt, medicamentũ quoddam eſt: & vitæ degendæ, ætatiſque traducendæ genus ſine controuerſia debet haberi non ſolum honeſtum, verum etiam voluptatem. nam beatitudo ex hoc vtroque conſtat. At muſicam omnes eſſe dicimus è numero rerum iucundiſſimarum, tum nudam ac ſimplicem, cum eam quæ cantu & modulatione conſtat, Ait itaque & Muſæus:

Dulcius eſſe nihil cantu mortalibus ægris.

Quapropter etiam ad conuentus & ad cõgreſſiones, vitæque traducendæ rationes & conſuetudines, eam merito aſſumere ſolent, quaſi delectãdi vim habeat. Quare etiam ex hoc exiſtimare poſſit aliquis, adoleſcẽtulos ac pueros eam diſcere oportere. Omnia enim iucunda, quæ nullum detrimentum important, nõ modo ad finem appoſita & accõmodata ſunt: verum etiam ad quietem remiſſionemque animorum. Quoniam autem raro admodum contingit hominibus, vt ad finem perueniant: ſæpenumero autem requieſcunt, animoſque à laboribus relaxant, & vtuntur ludo & ioco non ſolũ immoderato & ſupra modum, verum ẽt propter voluptatem: vtile fuerit in iis, q̃ à muſica naſcuntur, voluptatib. acquieſcere. Euenit aũt hominibus, vt iocum & ludum finem

Digitized by Google

conſtituant. habet enim fortaſſe voluptatem nonnullam adiectam etiam finis: verum non quamlibet, neque forte fortuna oblatam, ſed longe maximam & egregiam. Homines autem dum hanc quærunt, pro hac illam ſumunt, propterea quod ea cum fine actionum humanarum ſimilitudinem quandam præ ſe ferat. Nam & finis nullius rei futuræ gratia optabilis eſt: & hæ tales voluptates (eas dico, quæ ex muſica percipiuntur) nullius rei futuræ cauſa expetuntur: ſed præteritarum rerum gratia, nempe laborum & doloris. Quam ob cauſam igitur beatitudinē, & in his voluptatib. quærant, & ex his voluptatibus ſibi comparare ſtudeāt, hanc quis eſſe causā ꝓbabiliter exiſtimare poſſit. De muſica aūt, eam omnium eſſe communem non propter hanc cauſam ſolum, ſed etiam propterea quia vtilis ſit ad requiem & recreationem à labore, nemo in controuerſiam vocauerit, vt apparet. Verum enimuero quærendum eſt, vtrū per ſe, an ex euētu muſica relaxādi animi cauſa expetatur: verendumque eſt ne hoc ei quidem euenerit, ſed honoratior eius natura ſit, quam vt propter eam, quam diximus, vtilitatem atq; indigentiam, expetatur: oporteatque non ſolum communem ex ea voluptatē, cuius omnes habent ſenſum, percipere (ineſt.n.in muſica naturalis voluptas quocirca omnib. ætatib. omnibuſq; morib. eius vſus amœnus & gratus eſt) ſed num aliqua ex parte etiam ad animum pertineat ac permanet, videre. Hoc autem in promptu fuerit, ſi cuiuſmodi morib. id eſt, certo quodam modo morati per eam efficiamur. At nos certo quodammodo per muſicam fieri, cum ex aliis multis intelligere liceat, tum

ma-

maxime ex Olympi carminibus modulatis. hæc enim ſine controuerſia animos afflatu quodam diuino permouent & concitant. At animi concitatio ex afflatu diuino nata, morum & affectionum animi perturbatio eſt. Prẹterea vero omnes homines cum imitationes audiunt, animis permouentur ex conſenſione & contagione naturæ, etiam ſine numeris & modis ipſis. Quoniam porro euenit, vt muſica ſit e numero rerum iucundarum: virtus autem in eo verſatur, vt quis recte lædetur & amet & oderit: oportet ſcilicet nihil ita diſcere, nullique rei ſic aſſuefieri, vt his, nempe recte iudicare, & probis moribus honeſtiſque actionibus delectari. At in numeris & modis præter veras naturas, inſunt maxime iræ, & lenitatis, & vero etiam fortitudinis, & temperantiæ, & omniũ his contrariorum habituum aliaque rerũ moralium ſimulacra quædam expreſſa. Atque hoc facta ipſa declarant: cum enim talia audimus, animorum fit immutatio & perturbatio. At aliquem in iis, quæ ſimilitudine & imitatione ſunt expreſſa, aſſuefactum eſſe dolere & lætari, non longe abeſt ab eo, vt eodem modo ad res veras ſit animatus atque affectus. verbi cauſa, ſi quis alicuius imagine aſpicienda delectetur non ꝑ aliam q̃ ꝑ ſpeciem & formam ipſam: huic eius ipſius aſpectus, cuius imaginem cõtemplatur, iucundus ſit neceſſe eſt. Euenit aũt, vt in aliis quidẽ reb. ſub ſenſum cadentibus, nullũ inſit morũ ſimulacrum: v. g. in iis, quæ tactum & guſtatũ mouent: verũtamen in aſpectabilibus ineſt aliquantulum (tales enim ſunt figuræ) ſed parum admodum. tum omnium hominum talis ſenſus communis eſt. Præterea vero,

Digitized by Google

non ſunt hæ quæ fiunt, morum figuræ atq; hi colores, morum ſimulacra: ſed ſigna potius. & hæc inſunt in corpore, inter corporis affectus. Verũtamen quantacunq; ſit in harum rerum inſpectione differentià, oportet pueros & adoleſcenteis non Pauſonis, ſed Polygnoti, & ſi quis alius pictor aut fictor moralis eſt, hoc eſt, mores exprimit, picturas intueri. At in modis ipſis & cantib. inſunt imitationes aſſimulationeſq; morum. atq; hoc in promptu eſt. Tantum. n. differũt ac diſtant inter ſe harmoniarum naturæ, vt, qui audiunt, aliter atque aliter afficiantur, neq; eodem modo ad vnamq̃que earum moueantur: ſed ad has quidam aliquanto mœſtius & contractius, vt ad eam, quæ mixolydia ſeu mixtolydia appellatur: ad illas mentib. remolleſcant, vt ad remiſſas & molleis: ad aliam moderati fiant, maximeque ſedati, cuiuſmodi quiddam efficere videtur ſola ex harmoniis Doria. Phrygia autem ad mentem inſtinctu diuino concitandam valet. hæc enim probe dicunt, qui in hac diſciplina ſtudioſe verſati ſunt. Namque ex factis ipſis ſumunt eorum, quæ dicunt, teſtimonia. Eniinuero & eorum quæ ad numeros, qui à Græcis rhythmi dicuntur, pertinent, eadem ratio eſt; alii enim mores habent ſedatiores, alii ad mouendum valent: atque horum alii motus habent ineptiores, atq; illiberaliores, alii politiores ac liberaliores. Ex his igitur perſpicuum eſt, poſſe muſicam mores animi cuiuſdammodi efficere & conformare. At ſi hoc facere poteſt, ad eam ſc. pueri ſunt applicandi, eaque erudiendi. Eſt aũt ad huius ætatis naturã accõmodata muſicæ doctrina. Pueri. n. propter ætatem ſua voluntate nihil iucunditatis expers ferre poſ-

Digitized by Google

poſſunt. At muſica ex earum rerum numero, quæ iucunditate ac voluptate conditæ ſunt, & aliqua nobis videtur eſſe cum harmoniis & numeris cognatio. Quocirca multi ſapientes partim animum harmoniam eſſe dixerunt, partim ex harmonia conſtare.

6. Vtrum pueros deceat ita muſicam diſcere vt ipſi canant, an non, & an muſica efficere ſordidos & illiberales, ſit putanda?

VTRVM autem pueros ita muſicam diſcere oporteat, vt ipſi canant, & muneribus operibuſque muſicis manus admoueant, necne, quemadmodum ſupra dubitatum eſt, nunc eſt dicendum. Non eſt porro obſcurum, valde referre ad id, vt cuiuſdammodi homines fiant, ſi quis ipſe in muneribus operibuſque fungendis verſetur. Nam fieri non poteſt, aut vix quidem certe, vt qui non fuerunt munerum atque operum participes, boni iudices artis fiant: ſimulque pueros oportet aliquod vitæ traducendæ atque occupandæ genus habere: & Archytæ crepitaculum præclare eſſe comparatũ exiſtimare, quod pueris dare ſolent, vt, dum hoc vtuntur, nihil eorum quæ domi ſunt, perfringant. quod enim puerile & iuuenile eſt, quieſcere non poteſt. Atque hoc quidem ludicrum pueris infantibus conuenit: diſciplina vero pueris grandioribus crepitaculum eſt. Sic igitur muſicam pueros eſſe docendam, vt muſicæ muneribus fungantur, operumq; ſint participes, ex his intelligere licet. Quid deceat porro ætates, quid non difficile nõ eſt definire, & ꝙ quidã obiiciũt, ſtudiũ eſſe ſordidũ atq; illiberale, diſſoluere.

ex his, etiam quib. organis ſit vtendum. Nam neq; tibiæ in puerorum inſtitutionem introducendæ ſunt, neque aliud organum artificum proprium, qualis eſt cithara, & ſi quod aliud eſt huiuſmodi: ſed ea ſola, quæ efficient eos bonos auditores aut doctrinæ muſicæ, aut alius. Præterea tibia non eſt organum ad mores mitiores exprimendos aut inferendos aptum (ethicum Græci appellant, nos morale dicamus) ſed potius ad animos furore quodam Bacchico ſtimulandos accommodatum. Quare talibus temporibus eo vtendum eſt, quibus eius vſus valet ad animos expiandos potius, ac luſtrandos ſeu purgandos, quam ad erudiendos. His accedat, tibiam hoc habere inſtitutioni & doctrinæ aduerſarium, quod tibiæ cantus prohibet ratione vti. Quocirca recte veteres eius vſum in pueris ac liberis hominibus improbarunt, cum antea eo vſi eſſent: otium enim vberius ex omnium rerum copia nacti, maioreſque animos ad virtutem conſecuti, tum ſuperioribus temporibus, & poſt bellum Perſicum ex rebus fortiter & præclare geſtis ferociores & elatiores effecti, omne diſciplinæ genus attigerunt, nullum delectum adhibentes, ſed aliam atque aliam inſuper indagantes. quapropter etiam artem tibia canendi ad diſciplinarum numerum aggregarunt. Etenim Lacedæmone quidam, qui ludorum ſumptus ſuppeditabat (choragum appellant Græci) ipſe choro tibiam inflauit: & Athenis ita increbuit, vt fere plerique liberi & ingenui homines tibia canerent. Atque hoc ex ea tabula apparet, quam Thraſippus

is, qui

is, qui Ecphantidæ ludorũ ſumptum ſuppeditarat, dedicauit. poſterius vero ſpreta atq; improbata eſt periculo eius facto cum iam melius, quid ad virtutem valeret, quid non, iudicare poſſent. Similiter multa organa vetera, vt pectines & barbiti, & quę ad voluptates eorum pertinent, qui cantores audiunt eis vtenteis: cuius generis ſunt ſeptangula, quæ heptagona nominãt Græci, & triangula, quæ trigona, & ſambucæ, & omnia, quæ ſcientiã in manuum opere munereq; poſitam deſiderant. Habet autem rationem probabilem & ea de tibiis fabula, quam confinxerunt veteres. aiunt.n. Mineruam tibias à ſe repertas, abieciſſe. Cũ igitur hoc quoq; liceat dicere, deam, quod oris deformitate offenſa eſſet, hoc feciſſe: tum vero probabilius eſt, propterea quod tibiarum inflãdarum diſciplina nihil ad mentis agitationem conferat: Mineruæ autem ſcientiam & artẽ tribuamus. Quoniam porro tractandorum organorum & fungendi muneris muſici diſciplinã artificum propriam ſeu artificialem improbamus: artificialem autẽ ſeu artificibus conuenientem ſtatuimus eam, quę ad certamina pertinet: (in hac enim is, qui agit, non virtutis ſuæ, ſed eorum qui audiunt, voluptatis, huiuſq; ineptæ ac putidæ cauſa muſicã tractat) iccirco ingenuorum eſſe nequaquam iudicamus operis huius functionem, ſed mercenariorum hominum. Itaque euenit, vt euadant artifices illiberales. finis enim, quem ſibi proponunt, & quẽ intuentur, malus eſt. Nam ſpectator, qui ineptus & indoctus eſt, muſicam mutare conſueuit. Itaq; etiã artifices, qui ſeſe ad eum meditando componunt, cum ipſos cuiuſdammodi efficit, tum eorũ corpora pp motiones.

7. De

Digitized by Google

7. *De harmoniis & numeris.*

QVOD ad harmonias autem, & numeros, & diſciplinam pertinet, videndum eſt, vtrum omnib. harmoniis, omnibuſq; numeris vtendum ſit, an aliqua adhibenda ſit diſtinctio. Deinde ad eos, qui in inſtitutione puerorum elaborãt, vtrum eandem definitionẽ accommodemus, an tertiam quandam aliam afferre oporteat, quoniam muſicam in cantu & numeris conſiſtere videmus: horum autem vtrumque quid ad in inſtitutionem & diſciplinam puerilem valeat, nõ eſt ignorandum: & vtra muſica ſit optabilior ea, quæ in cantu conſiſtit, an quę in numeris. Cum igitur exiſtimemus, nonnullos huius ætatis muſicos & quoſdã philoſophos, quicunq; forte ea doctrina, quę ad muſicã pertinet, eruditi ſunt, multa his de rebus recte diſputata tradidiſſe: ſubtiliorẽ quidem & accuratiorem de ſingulis ſermonẽ eos, qui plura cognoſcere velint, ab illis petere ſinemus: nunc autẽ genera iter rudi quadã duntaxat & adumbrata deſcriptione de iis diſſeramus. Quoniam autẽ cantum partitionem, quã philoſophi quidam faciunt, ꝓbamus, qui cãtus alios moraleis, alios ad actionem pertinẽteis, alios ad animos inſtinctu diuino concitandos valenteis ponunt, & harmoniarum naturam ad vnumquemq; horum accommodatam aliam ad aliam partem faciunt: dicimus autem non vnius vtilitatis cauſa vti muſica oportere, ſed plurium: (inſtitutionis enim, ſiue diſciplinæ & luſtrationis, ſiue expiationis gratia ea vtendum eſt: quid autem luſtrationẽ ſeu expiationem appellemus, nunc quidem ſimpliciter, alias autem in libris de Arte Poëtica planius exponemus) deinde vero ad ætatem traducendam, vitamq; degendam: poſtre-

Digitized by Google

mo ad remiſſionẽ animorum,&ad requiem ac rẽcreationẽ à contentione & labore. Quoniam igitur hæc ita ſunt,perſpicuum eſt,omnib.harmoniis vtendum eſſe:verum non eodem modo omnibus vtendum,ſed ad inſtitutionem quidem ac doctrinam iis,quę maxime ſunt morales:ad eos vero audiendos,qui manus organis admouent,opereque muſico funguntur, iis quæ ad actionem, iiſq; quæ ad animos afflatu diuino concitandos valent. Qui enim affectus in aliquib.animis exiſtere ſolet valide & acriter, hic in omnibus ineſt: ſed eo differt, quod in aliis magis,in aliis minus ineſt: quod genus,miſericordia & metus,& præterea mentis cõcitatio ex afflatu diuino. Etenim ex hac cogitatione &permotione nonnulli concitati feruntur,ſed hos videmus ſacris cantibus tranquillari ac ſedari: cum vtuntur muſici cantibus animum furore leuantib.ac purgantibus,proinde quaſi curationem & purgationem cõſecuti ſint. Hoc igitur idem accidere neceſſe eſt & miſericordibus & timidis, & omnino iis, qui alio aliquo affectu facile commouentur: cæteris autem quantũ talium motionum ad quemq; attinet ac peruenit:atq; omnib.purgationem atq; expiationem quandam contingere, omneiſq; non ſine voluptate leuari. Similiter vero & cantus ad purgandos atq; expiandos animos valentes,lætitiam afferunt homnib. damni & noxæ expertem. Quapropter in talibus harmoniis, talibuſq; modis &cantibus certatores ij ſpectandi ſunt,qui muſicam theatralem tractant.Quoniam autem ſpectator eſt duplex:alter liber & eruditus; alter indoctus & ſtolidus, ex illiberalibus & mercenariis hominibus, & talibus aliis concretus &

con-

Digitized by Google

conflatus: danda ſunt etiam iis, qui tales ſunt, certamina & ſpectacula ad requiem & remiſſionem animorum. Quemadmodum autem eorum animi ex habitu naturæ cōſentaneo deprauati ac detorti ſunt: ſic & harmoniarum & cātuum quędam deprauationes ſunt: eos cantus dico, qui nimis contenti ſunt, & indecoris quaſi coloribus infuſcati. Affert autem vnicuiq; voluptatem id, quod cuiuſq, naturæ accommodatum eſt. Quapropter permittenda iis qui certant, licentia eſt ad talem ſpectatorem talis cuiuſdam muſicæ generis vſurpandi: ſed ad inſtitutionem & diſciplinam, quemadmodum dictum eſt, cantib. mores exprimentibus, quos moraleis diximus appellari, vtēdum eſt, & talibus harmoniis. talis autem eſt Doria, vt antè diximus. Recipienda porro eſt, & ſi quam aliam probent ij, qui nobiſcum ſocietate philoſophiæ in vita degenda, & artis muſicæ diſciplinæ coniuncti ſunt. Socrates autem in libris de Republ. adminiſtranda non recte Phrygiam harmoniam cū Doria relinquit, idq; cùm ex omnibus organis muſicis tibiam improbarit. nam eandem vim habet in harmoniis harmonia Phrygia, quam in organis tibia. vtrumque enim ad animos inſtinctu diuino concitādos, & ad affectus commouendos valet, quod poeſis declarat. Omnis enim bacchatio, omniſq; talis motus, ex omnibus organis in tibiis eſt maxime: ex omnibus vero harmoniis & cantibus, hæc organa cantibus Phrygiis maxime ſunt decora, exempli cauſa, dithyrambus ſine controuerſia Phrygius videtur eſſe: cuius rei cum multa exempla commemorent ij, qui huius ſcientiæ ſunt intelligentes: tum hoc Philoxeni proferunt, qui in

fabulis

Digitized by Google

fabulis Doria harmonia dithyrambū facere conatus, non potuit: ſed ab ipſa natura in Phrygiam recidit, cōuenientem harmoniam. De Doria autem ſi omnes vno ore ſentiunt eam eſſe maxime ſedatam, & mores habere maxime virileis: pręterea vero quōdam quod medium eſt inter duo extrema, laudamus & ſequi dicimus oportere. Doria autem harmonia huius naturæ eſt cum aliis harmoniis comparata: perſpicuum eſt, cantus Dorios diſcere magis, quā vllos alios, pueros decere. Sunt autem duo ſpectanda, ꝙ fieri pōt, & quod decet. Etenim ea quæ fieri poſſunt, & quæ quemque decent, tractanda ſunt potius. Definita porro ſunt hęc quoq; ætatib. (verbi cauſa) iis, qui annis confecti & ætate defeſſi ſunt, haud facile eſt contentas & acreis harmonias canere, ſed remiſſas natura ſuggerit iis, qui id ętatis ſunt. Quocirca recte etiā hoc nomine Socratē reprehendunt nonnulli ex iis, qui in muſica verſantur, quod remiſſas harmonias in inſtitutione ac diſciplina puerorum improbarit: eas accipiens tanquam temulentas & ebrioſas, non ex vi & poteſtate ebrietatis, quaſi ebrios item efficiant, (maiorem.n.vim habet ebrietas ad furorem Bacchicum incutiendum) ſed tanquam languidas, fractas ac defeſſas. Quare & ad ætatē futuram, grandiorum natu dico, oportet taleis cantus adhibere. Præterea ſi qua talis harmonia eſt, quæ puerilem ætatem deceat, quia poſſit ornamentum ſimul & doctrinam afferre, qualis ex omnibus harmoniis Lydia maxime videtur: in promptu eſt, treis fines ac velut terminos in inſtitutione ac diſciplina eſſe conſtituendos quod medium eſt, quod fieri poteſt, quod decet.

PHI-

Digitized by Google

PHILIPPI SCHERBII

IN LIBROS POLIT. ARISTOTELIS COMMENTARII repetitæ prælectionis.

Prolegomena.

ADGRESSVRI explicationem Politicorum opus eſt quodam Procemio. Videamus igitur 1. quid & qualis ſit iſta ſcientia, hoc eſt, ad ſuperiora huius ſcientię aſcendamus, eamq; reſoluamus in ſua principia ſuperiora, quæ ſunt genus & differentiæ. 2. Ad inferiora eius deſcendamus, hoc eſt, videamus in quibus partibus ea ſit. 3. Ad dextram & ſiniſtram eamus, id eſt, quænam huius ſcientiæ vicina ſint, videamus, eamque terminis ſuis ab illis arceamus atque diſterminemus. Sunt enim quædã, quæ fallaci aliqua ſimilitudine ſe pro politica venditant ſcientia, nec tamen ſunt, & hæc ſimilitudo plerumque nobis imponit. 4. & vltimo videamus quomodo hæc ſcientia rectiſſime cum doceatur, tum diſcatur. Et hæc eſt non ſolum ad libros politicos, ſiue Platonis, ſiue Ciceronis (ſi hi extarent) communis quædam manu ductio.

Ad 1. quod attinet, ſcientiã hanc in ſua ſuperiora

prædicta reſoluamus, & videamus, quidnam ſit iſta ſcientia, id eſt, quodnam ſit genus huius ſcientiæ. Genus oſtẽdit ſimilitudinẽ eſſentialem, & rẽ remouet ab omnib. reliquis rebus, quæ ſunt extra genus: ſic differẽtia rẽ diſterminat ab ijs, quæ ſunt intra genus. Eſt autem genus duplex. Vnum remotum, alterum propinquum. Genus remotum eſt Philoſophia humana, ciuilis ſeu περὶ τὰ ἀνθρώπινα, quæ verſatur circa res, quæ ſunt in hominis poteſtate. Eſt n. alia philoſophia diuina ſeu θεωρητικὴ, quę eſt ἡ τῶν θείων ὅρασις (Victorius dicit ὄρα cura) id eſt inſpectio ſeu cõtemplatio earum rerũ, quę ſunt extra poteſtatem humanã, vt eſt, Deus, corpus cœleſte & ſublunare, quidquid denique cœli circumflexu legitur. Hæc, inquam, non ſunt in hominis poteſtate, verbi gratia, cauſas eclipſis indagare poſſum, eclipſin efficere non poſſum: DEVM eſſe iuſtum, ſapientem, &c. ſcire poſſum, efficere vel prohibere non poſſum, Es ſey dann Teuffelswerck. Et hæc cognoſco vt cognoſcam. Aliæ aũ: ſunt res, quarum opifex & auctor eſſe poteſt homo, verbi gratia, vt ſim iuſtus continens, temperans &c. eſt in mea poteſtate Einer gewehnt ſich ſtets voll zuſauffẽ/ er kan ſonſt nit ſchlaffen/ hæc eſt in ipſius poteſtate. Sic vt ſit vel Democratia, vel Oligarchia, vel Ariſtocratia, vel Regnum, &c. in hominis eſt poteſtate. Das man nicht allein geſchlechter / oder vom Adel / ſonder auch Schuſter vnd Schneider in Rahtneme/ eſt inſtitutum humanum. Sic in alicuius eſt poteſtate, vt coniugẽ molliter vel duriter tractet, vt hoc vel illo modo ſe erga familiam gerat, vt rem familiarem quærat, quæſitã conſeruet. Et hæc eſt Philoſophia περὶ τὰ ἀνθρώπινα.

Philoſophia autem diuina in contemplatione ſolum-

ſolummodo conſiſtit, etiam nulla propoſita vtilitate. Etiamſi ſciam an cœlum, ſit rotundum nec ne, an coloratum, vel non coloratum, kein Bauwer gibt mir ein ſtück Brot darumb. At Philoſophia humana affectiones hominis gubernat, eiuſdemque actiones, vt ſint directæ ad leges & certam rationem.

Hęc diuiſio probatur 10. Eth. Huic diuiſioni Philoſophiæ non abſimilis eſt Medicorũ diuiſio quod alij morbi ſint diuini, quos nullo modo poſſumus euitare, vt eſt peſtis, & qui ex aëre vitioſo contrahuntur: neceſſarium enim eſt vt aërem inſpiremus: Alij humani, quos ſæpius noſtra intemperantia nobis conciliamus, vt febris, &c. cauere enim poſſum mea temperantia.

Sunt autem Philoſophiæ humanæ tres ſpecies, Ethica videlicet, Oeconomica & Politica. Verſatur enim, vt ſupra dictum, Ethica circa res, quæ in hominis ſunt poteſtate. Homo enim eſt cauſa, cur ſit temperans, iuſtus.

At, quænam eſt, inquis, harũ trium ſcientiarum mutua inter ſe affectio vel cognatio? ſunt ne nominibus diſtinctæ, docendi ſolummodo cauſa, an vero reipſa differunt? Inter has tres ſciẽtias Politica eſt Architectonica, id eſt, Princeps & Regina: Reliquę duę, Ethica & Oeconomica, ipſi inſeruiunt tãquam ancillæ ſuæ heræ. Vocatur autẽ Architectonica ab eodem Ariſtotele in lib. Ethicis ea ratione, quia hæc finem præſcribit, reliquæ duæ ſunt miniſtræ, quæ faciunt vel agunt quod præſcriptum eſt. Aliquis Victruuius præſcribit formam ædificij, & mandat ac imperat: Fabri autem lignarij, ferrarij, cœmentarij, &c. finem & Architectum reſpiciunt,

Digitized by Google

& manibus agunt. Ipſe Architectus manum per ſe non adhibet, ſed mandat ac præſcribit finem: miniſtri agunt, propendunt ex præſcripto Architectonicæ.

Politica ita ſe habet ad Oeconomicam & Ethic. vt Metaphyſica ſe habet ad Phſiycam. Ethica itaq; & Oeconomica inſeruiunt Politicæ. Nec enim ſatis eſt, vt aliquis ſe præſtet bonum, niſi etiã bonum ciuem ſe præſtet, & legibus publicis obtemperet. Non cõceditur, vt aliquis paterfamilias liberos pro ſuo libitu educet atque inſtruat, ſed neceſſe eſt, vt eos inſtruat ad communẽ Reipublicæ formulam, vt aliquando eſſe poſſint boni ciues, & vtiles Reipublicæ. Porro quod Politica ſit ſcientia Architectonica, vel ipſum nomen euincit. Vocatur enim Politica ſimpliciter & κατ' ἐξοχήν. Ethica etiam vocatur Politica (quia eſt pars politicæ) ſed nõ ſimpliciter, verum cum προσθήκῃ, nempe πολιτικὴ περὶ τὰ ἤθη. Sic enim Ariſtoteles vocat in Rhetor. Non enim apud Ariſtotelem reperitur vocabulum Ethices. Sic non reperitur apud Ariſtotelem vocabulum Metaphyſices, ſed quam nos Metaphyſicam appellamus, Ariſtoteles Sophiam ſimpliciter appellat. Phyſicam autem idem vocat σοφίαν περὶ τὰ φυσικὰ, ἢ περὶ τὴν φύσιν, id eſt, rerum naturalium ſapientim vel ſcientiam.

Quod vero Ethica miniſtra magis vniuerſalia tractat quam ſingularia: Politica vero Architectonica particularia, ex hoc non euincitur, Ethicam eſſe præſtantiorem ſcientiam quam Politicam.

Quod enim Ethica circa vniuerſalia verſetur, nõ ex rei natura eſt, ſed ex euẽtu & per accidẽs, & ideo hoc non obſtat, quo minus Ethica ita ſit affecta ad Politi-

Politicam,vt miniſtra ſciẽtia ad Architectonicam. Num aliqua ſcientia ſit prętantior quã altera,non ex ijs rebus diiudicandũ eſt, quæ ex euẽtu,ſed quæ per ſe adſunt.Sic Phyſica ſe habet ad Metaphyſicã, nõ vt genus ad ſpeciem,ſed vt miniſtra ad Architectonicam. Sic Politica reſtrictior eſt quam Ethica, quia finem reſpicit, eaque non virum bonum ſolummodo deſiderat, ſed & qui ſit obediens legibus & Reipublicæ,ac virtutibus inſtructus,cùm ad bellum,tum ad pacem.Hic enim conſideratur homo,vt eſt in ſocietate ciuili conſtitutus. Ethica hominem, vt animal ſociale, id eſt,homines conſiderat, nõ quatenus ſunt ciues, ſed quatenus ſunt homines.Homo enim Ethice nõ conſideratur ſolitarius(qui vitam enim ſolitariam agit,inquit Ariſtoteles, aut Deus eſt, aut beſtia) ſed in ſocietate viuens,non tamẽ vt cum ciue verſans, ſeu in ſocietate ciuili viuens. Societas hominum varia eſt, & ſemper vna arctior, quam altera. Si, verbi gratia, per ſiluam iter faciam,ſolus etiam hominemvideam pacifice appropinquãtem,lætor,licet eum non norim, magis autẽ lætor, ſi eiuſdem ſimus linguæ, & magis adhuc, ſi ſimus conciues,&c. Sic formica eſt animal ſociale(nunquã enim videbis formicam ſolitarie viuentem) & communem victum tollit & meditatur. Ethica itaq; ad Politicam tanquam ad cynoſuram eſt directa. Hinc Ariſtoteles ſub finem libr. 10. Ethic.Ethicam cum Politica coniungit. Iuſtitiæ enim & beatitudinis doctrinam in Ethicis proponit,ob illam Architectonicam,nempe Politicam. Alex. fortaſſe hoc voluit,cum dixit: LibrosEthicos ſeſe habere adPoliticos,vt priora Analytica ad poſteriora. Et hæc de genere politices re-

motiore. Accedamus iam ad genus propinquius Ariſtot.in Ethicis quinque eſſe mentis virtutes ſeu habitus inquit, ſcientiam,artem , prudentiam , ſapientiam , & intelligentiam , &c. Sicut ſanitas eſt pulchritudo & robur corporis: ſic hi quinque habitus ſunt ſanitas mentis,& tanq̃ gemmæ mentem exornant,id eſt,ſunt virtutes mentis exornatrices. Si Μέρ☉ θεωρητικὸν ſpectes, vel quatenus Politica docetur, id eſt, quatenus conſideratur vt doctrina in certũ methodum redacta, ad ſciẽtiam refertur: At quatenus conſideratur nõ vt methodus, ſed vt habitus, propter quẽ illa cognitio acquiritur, pars eſt prudentiæ: quando videlicet aliquis iam valet iudicando in cauſis forenſibus, dicendo ſententiam in ſenatu, conſtituenda Repub. ſeditionum cauſis amouendis. Qui in Politicis cum doctus eſt, cum peritus, is demum Politici titulum ſibi iure vendicat. Qui doctrinam quidem habet ſeu Theoriam, non autem peritiam ſeu praxin , vel vice verſa, mancus eſt politicus, & vno tantum pede incedit.

In 6.lib. Eth. Ariſtoteles diuidit prudentiam,vt nos hic Politicam.

Finis Politicæ eſt conſtitutio & cõſeruatio Reipubl. In Theoria omnes ſeries Rerump. Symptomata cauſas mutationis & interitus, &c. Cognoſcere,verbi gratia. Quare hæc vel illa Reſp.diutius viuit? quia heic ſunt aliæ leges. Reſpublica Veneta iam durauit annos 1200.

Magna eſt hac in re Politicæ cum Medica arte affinitas, verbi gratia, Medicus diſputat de varijs corporis humani temperaturis, hic eſt cholericus, hic melancholicus, &c. Cauſas morborum docet, cholerici ita ſunt conſtituti, hiſce morbis infeſtantur,

Digitized by Google

tur,&c. Poſtea docet, quibus modis, quibuſque remedijs morbi ſint curandi : Sic Politicus de Reip. varietate diſputat, hæc eſt Democratia, Ariſtocratia, &c. In Ariſtocratia hoc vel illud contingit, &c. Iſta Reſpublica omnium eſt optima, iſta aptior eſt ad ſeditiones concitandas : hæc eſt cauſa cur hæc vel illa Reſpublica paulatim contabeſcat, hoc vel illo modo ſeditionibus obuiam eſt eundum, &c. Hactenus quomodo ciuilis hæc ſcientia, quam politicam vocamus, certis terminis cohibeatur, vidimus, ſeu prædicata eius eſſentialia propoſuimus : iam ad inferiora deſcendamus, & quibuſnam partibus ea inſideat atque inhæreat, videamus. Auctor noſter libro quarto, tres ſummas partes eſſentiales eiuſdem eſſe docet, Νομοθετικὴν, βουλευτικὴν καὶ δικαστικήν. Sunt enim in Rep. 1. Magiſtratus, 2. Conſiliarii, qui de rebus futuris deliberant, 3. iudices, qui de rebus præteritis iudicant, ſeu de actionibus ciuium, ſintne prœmio vel pœna dignę. Inter has tres Reip. partes Νομοθετικὴ, imperat, adeoque ſupra omnes eſt Magiſtratus: Hæc reſpondet Architecto in ædificando, gubernatori, ſeu ei qui clauum tenet in naui. Nomotheta ſæpe non eſt Magiſtratus, ſed ſupra Magiſtratum, vt Rex, penes quem eſt ſumma rerum, omnium rerum arbitrium, qui maximam habet poteſtatem in Rep. qui omnibus facultatibus pręſcribit & imperat, vt iudicibus, militaris rei peritis, hominibus demagogis ſeu oratoribus & concionatoribus, &c. Interdum eſt Rex, interdum ſunt plures Magiſtratus, ille ſanctior & interior, vt Noribergæ ſunt Septemuiri. Interdũ Nomotheta eſt is, qui Remp. condidit, vt fuit Moſes apud Iudæos,

Lycurgus apud Spartanos, Solon apud Athenienſes, Zeleucus, &c.

In his itaque tribus partibus, νομοθετικῇ, βουλευτικῇ καὶ δικαστικῇ ciuilis ſcientia late ſumta inſidet.

Porro differunt hæ tres partes, non ſolum ſi eas compares cum Ethica & Oeconomica, ſed etiam inter ſe. Nomothetica enim ſuprema eſt, reliquæ duæ eidem ſunt ſubiectæ, βουλευτικὴ quidem aliquomodo, δικαστικὴ vero valde ei ſubiecta eſt. Nomothetica non niſi vniuerſalia tractat, & ſumma rerum faſtigia, de ordinanda Republ. Altera pars, nempe conſiliaria, magis particularia tractat, vt an fœdus cum hoc vel illo ſit feriendum? an hoc bellum ſit ſuſcipiendum hoc tempore cum hoc vel iſto. Verſatur itaque βουλευτικὴ in magis particularibus; iudiciaria vero ſolummodo in particularibus verſatur; hic occidit hunc, eſtne dignus pœna? illa iudicia ſtatim excipit actio. Nomothetica eſt Architectonica, tantum iubet & imperat. At quænam pars ex iſtis tribus in lib. Ariſtotelis traditur? Reſpond. In primis Nomothetica, & ſecundario ſeu aliquomodo etiam βουλευτική. Tertiam vero partem, nempe iudiciariam, Ariſtoteles in hiſce lib. non tradit: non inſtruimur ad Iuriſprudentiam, quæ ad δικαστικὴν pertinet, & verſatur circa leges ab hoc vel illo Nomotheta latas.

Cæterum nemo poteſt benè de Republ. ferre iudicium, niſi formam eiuſdem habeat cognitam. Sic Medicus (comparatur enim Reſpub. frequentius corpori humano) nō bene poteſt alicui corpus curandi modū præſcribere, niſi corporis conſtitutionē prius habeat cognitam, vt ſciat, verbi gratia, an ſit melancholicus, an ſanguineus, &c. Sic alia

ratio

ratio eſt adminiſtrandi Rempub. vbi forma ſeu ſtatus eſt Democraticus; alia, vbi ſtatus eſt Ariſtocraticus. In ſtatu Democratico cõſul ciues non audet ita duriter accipere: ſtatim enim ipſi obijciunt: Wir ſein eben ſo wol das Hölzlein / darauß man Bürgermeiſter ſchnitzet.

III. Ad latera iam digrediamur. Cum Politica, vt ſupra dictum, ſcientia ſit omnium præſtantiſſima & Architectonica, videamus iam, quænam aliæ res fallaci imitatione ſub Politicæ vocabulo ſeſe venditent. Nam in omnibus ferè rebus fit, vt fallax imitatio nobis imponat. Hinc verſificatores ſeſe poëtas vocant; verboſi & clamoſi logodædali ſe pro oratoribus, rabulæ forenſes pro ICtis, circumforanei pro Medicis ſeſe venditant. Et nulla fere res eſt quæ fallaci imitatione non adulteretur. Hinc aurichalcum venditur per auro, lapis gemmam referens pro gemma: ſic ſæpius aliquis diuitem ſe eſſe ſimulat, incedit catenatus, &c. iſt bißweilen kein güldine / ſondern nur vbergülte Ketten. Item Dialectici venditant ſe pro philoſophis.

Videamus itaque, quinam ſub nomine Politici ſeſe venditent, ſeu qui ſint pſeudopolitici? Et 1. ſunt oratores. Oratoria enim facultas, vt Ariſtotel. loquitur ὑποδύεται ἀυτὸ σχῆμα, Sie thut eben den Mantel vmb. Nomotheta oratori imperat, vt hoc vel illud populo ratione ſua perſuadeat, Vtitur itaque Nomotheta ſeu magiſtratus oratore pro inſtrumento. Aliud autem eſt inſtrumentum, aliud is ipſe, qui inſtrumento vtitur. Demoſthenes & alij Oratores ſe pro politicis venditabant. Es waren nur Schwätzmäuler. Oratores ſuperficem ſolummodo rerum attingunt, non ex ipſis fundamentis

Digitized by Google

loquuntur. Ridiculum eſſet, ſi penna diceret, ſe eſſe ſcribam.

2. Sophiſtæ. (Plato, Sophiſtę ſunt χρηματιστικοὶ ἀπὸ τῆς φαινομένης σοφίας) wann ein Calmäuſſer vnd Schulfuchs diſputirt de rebus publicis, de bello, &c. & hoc modo ſe pro politico venditat. Et hi non tam populo, quam imperitis adoleſcentibus plerumq; imponunt.

3. Sunt ij, qui norunt τὸ ὅτι, id eſt, qui vſum rerum ciuilium habent, ſed non ſciunt τὸ διότι, id eſt, cauſas rerũ. Hi ſunt politici Empirici; ſic ſunt Medici Empirici alij, alij rationales: Illi quidem non ſunt planè reijciendi, ſed rationales tamen ſunt præſtantiores. Sic Chirurgus aliquis dicit: hoc medicamentum eſt adhibendum, Warumb? Dann ich hab es offt erfahren vnnd gebraucht / oder ich hab es offt von meinem Meiſter geſehen. At cauſas, cur hoc medicamentnm ſit vſurpandum, ignorat. Quod autem Empirici eiuſmodi Politici non ſint veri Politici, ex eo patet, quia Politicam ſcientiam non poſſunt docere alios. Docere enim eſt cauſas rei adferre, quas cum illi non teneant, non poſſunt docere. Eiuſmodi Politici fuerunt Miltiades, Themiſtocles, &c. Sciens alterum poteſt facere ſcientem. Empiricus alterum non poteſt facere Empiricum ſeu peritum, ſed vt ipſe peritiam & vſum adquirat, neceſſę eſt.

4. Sunt Theologi, qui politicam ſibi venditant non quidem totam, ſed Ethicam potiſſimum. Quid enim opus eſt Ethica, inquiunt, cum virtutum doctrina Theologia peti poſſit? Sie wöllen den einen Fuß auff der Cantzel / den andern auff dem Rahthauß habē. adeo ſuaue eſt imperare: omne hominum

minum genus auidum eſt imperij. At politici nomen Theologis non conuenire, ex eo patet; quia alium ſibi propoſitum habent finem, & propterea alia etiam media, quæ ad eum finem ducunt. Theologi omnia ad beatitudinem cœleſtem referunt: non ad beatitudinem terreſtrem ſeu Reip. terreſtris ſalutem. Quia itaq; non ſunt iidem fines; alia etiam ſunt media (finem philoſophi menſuram, mediũ verò menſuratum vocant) Theologi ſpectant ἀπάθειαν; Politici & Ethici μετριοπάθειαν. Lipſius Theologos à Politica ſcientia, ſeu potius ab Imperio ſuauiter abducit, ſeu molli brachio repellit. Ey ihr lieben Herrn / debetis viles & mundanas haſce res præ illis æternis & cœleſtibus negligere, veſtrum pabulum eſt ſuauius, non debetis quiſquilias iſtas terreſtres dignari veſtra maieſtate ſumma, Theologi nullo jure ſibi venditant. Philoſophus hominem, vt eſt deditus affectibus, habet pro integro, neſcit enim ſtatum innocentiæ: ſed Theologi omnia referunt ad ſtatum innocentiæ: Theologus etiam concupiſcentiam peccatum eſſe ſtatuit, politicus non niſi actum, vel etiam conatum, id eſt, eiuſmodi cogitationem & voluntatem, quæ iam procereſin habet coniunctam. Et ita etiam Theologus & Philoſophus in præmijs & pœnis diſtribuendis differunt.

5. Sunt ij, qui colunt δικαστικὴν, ij nomen Politici ſibi quoque adſumunt, arrogant, imo ipſi ſoli Politici habentur. Iudex eſt Magiſtratus miniſter: Cogitur enim in judicando ſequi leges Magiſtratus ſuperioris. Zu Nürnberg muß man im Gericht nach der Reformation judicirn / habet ſe vt pediſſequa reſpectu Dominæ. Ariſtoteles lib. 6. Ethic.

eos

eos qui τὴν διηγητικὴν colunt, & negantia quaſi manibus ſuis tractant, ſolos politicos vocari, inquit. Non eſt itaq; mirum ſi hoc nomen ſibi vendicent. Sed, vt dixi, non ſunt politici, large ſumpto hoc vocabulo; coguntur enim obtemperare mandato Magiſtratus. Es iſt ihm Recht erkandt worden/man ſoll mit der Sachen vor Gericht ſchleinig procedirn.

6. (Sed per iocum) Politici eſſe videntur ſibi, qui norunt ſtrenue potare. Ante annos aliquot quidam ſtudioſus hîc commorabatur cum diſcipulis Dantiſcanis ſatisbene moratus: Præceptor ille erat ſtrenuus potator. vocatus itaq; ad Rectorem fuit, vt diſſolutæ ſuæ vitæ admoneretur: metuendũ enim erat, ne diſcipulum ſuo exemplo corrumperet. Ipſe reſpondebat: Magnifice D. Rector, commendatus mihi fuit meus diſcipulus à ſuis curatoribus, vt ipſum redderem non tantum doctum, ſed etiam politicum. Iſte politicum ſe exiſtimabat, quia ſtrenue poterat potare. Sed hæc per iocum, & ad dilucidandam reliquarum rerum auſteritatem à me dicta ſunt.

IV. Videamus quomodo ciuilis hæc ſcientia recte diſcatur & doceatur, id eſt, conſideremus non modo rem tractandam, ſed etiam modum tractandi. In omni enim docendi ratione hæc duo requirũtur. Vt enim in rebus noſtris ciuilibus interdum bona quidem eſt cauſa, ſed male agitur, ita etiam fieri poteſt, vt ſcientia rei alicuius & cauſæ teneantur, modus tamen tractandi ignoretur. Hic modus tractandi vocatur οἷον παιδεία, τρόπος ἐπιστήμης. Et hic modus docendi non ſpectatur in diſcipulo, ſed in præceptore. In docente eſt παιδεία actu, in diſcipulo potentia tantum. Ille modus vero docendi

ſumi-

ſumitur vniuerſe ex Analyticis, quia docent modum docendi in omnibus ſcientijs. Τρόπον vero politicum diſcimus ex hiſtorijs, ex obſeruatione, quæ habet τὸ ὅτι ἐστί. Hiſtoriam animalium conſcripturi, neceſſe eſt, vt paſtores, piſcatores conueniant, qui eius rei experientiam habent, vt ſcire poſſint 1. An ſit res. Qui hoc ſcit, videt, hęc non eſſe neceſſaria (vt in mathematicis eſſe ſolet) & proinde ſunt ea adferenda, quæ plerunque ſunt neceſſaria.

In Analyticis ſæpe probabiles propoſitiones pariunt neceſſarias concluſiones. Hiſtoriæ rerum (vt ſunt Ariſtotelis lib. 100. qui perierunt) ſunt prædia politicæ diſciplinæ. Præceptoris igitur munus eſt, vt tropum ἐπιστήμης hiſtoriæ accomodatum diſcipulo tradat atq; proponat, ne pro neceſſariis contingentia venditet.

Diſcipuli autem munus eſt τὸ ἀποδέχεσθαι, id eſt, admittere ea, quæ præceptor tradit, Oportet enim primũ diſcentem credere (vt eſt in Elench. Soph.) & modum docendi recipere, & poſtea de materia iudicare. Hinc Pythagoræ diſcipuli per quinquennium integrum vtebantur illo: αὐτὸς ἔφα, darnach dorfften ſie erſt iudicirn. Aphoriſmi Hippocratis non ſunt ſemper veri, nihilominus tamen medicinæ ſtudioſi eos admittere debent.

Tres illę partes, quas nuper explicuimus, in omni bene conſtituta Rep. elucent & diſtinguuntur. In mixtis vero ſeu imperfectis confunduntur. In perfectis Rebuſp. diſtinctæ perſonæ diſtincta habent officia. Als in einem Dorff iſt offt einer Meſſner vnd Schulmeiſter mit einander / oder auch wol Statt-ſchreiber darzu. Sic & alia animalia ſunt perfecta, alia imperfecta. In perfectis venæ & arteriæ ſunt diſtin

diſtinctæ:in imperfectis venę& arteriæ ſunt idem. Obeliſcolychnion militi eſt & veru , & candelabrum,& haſta.Hæc ad vniuerſamPoliticam pertinent.Videamus autem de modo docendi, quod ad Politicam Ariſtotelis attinet. Intelligo autem Politicam,vel vt ſcientia & doctrina,quæ proficiſcuntur à docente in diſcipulum, & conſidero vt θεωρητικὸν μέρος,vel conſidero vt μέρος practicum,vel vt vtrumque coniunctim, id eſt, vt cognitionem & vſum coniunctum.In hiſce libris Ariſtotelis ſcientia tantum Politices traditur , ſcientes reddit Ariſtoteles hiſce libris, non prudentes. Proponit enim ſolummodo generalia præcepta Politices. Adiungenda eſt hiſce præceptis & rationibus generalibus lectio hiſtoriarum. Prudentia enim ex hiſtoriis & vſu diſcitur.

Obſeruandum hîc obiter de breuitate tituli huius operis.

Πολιτικά) Hodie ſæpius tam prolixi, tamque ſplendidi libris præfiguntur tituli, vt ſi quis eos aſpiciat,mirum non eſſet, quin, vt Plinius inquit, vel vadimonium deſereret.Docti viri breuiſſimos ſuis libris plerumque præfigunt,vt Politica, Topica, Analytica: Riſu ferè diſrũpor, quoties in catalogo Francofordienſi video immaniſſimos eiuſmodi titulos: quo maior ſæpe eſt titulus,eo minus rerum liber ille continet : ex igne dant fumum. Ariſtoteles, Plato, Galenus, Hippocrates, Lipſius breuiſſimos ſuis libris titulos præponunt.

De ipſo horum librorũ auctore non eſt quidem multa inculcem. Licet nonnulli, hoſce libros Ariſtotelis eſſe negent(multi enim libri ſunt aſcripti Ariſtoteli, vt & Platoni tempore Regum Attaliæ,

vt &

Digitized by Google

vt & hodie Galeno, qui bibliothecã inſtruere volentes, maximo pretio inuitabãt homines, vt quiſque adferret libros manuſcriptos, quos haberet, hinc accidit, vt multa affingerentur hiſce) ego tamen, quin Ariſtoteles eorum auctor ſit, non dubito, auctoritate Plutarchi. Argumenta enim & coniecturæ, quibus alij vtũtur, infirmiores ſunt & obſcuriores. Sed ſiue Ariſtoteles, ſiue alius hos libros conſcripſerit, auctorem ſane prudentiſſimum hominem fuiſſe ex ipſo opere ſatis apparet.

Ad ipſam itaque ſcientiam, quem Ariſtotẽlis his VIII. libr. promittit, propius accedamus, & quid in quoque libro centineatur, videamus breuiter.

Propriè & reuera in IV. tantũ libris iſta ſcientia continetur, nempe in 3. 4. 5. 6. Reliqui IV. non ſunt ipſa res conſtituens, ſed rei conſtituenti inſeruiũt, ſunt veſtes quaſi illorum librorũ. 1. lib. Ariſtot. tractat materiam ſubiectã ſuæ ſcientiæ, id eſt, agit de ciuitate, non autem de Rep. differunt enim hæc duo. Ciuitas eſt ille cætus hominum inter ſeſe, quorum alij, verbi gratia, hanc vtilitatem adferunt, alij aliam: Vt hic eſt Agricola, hic Medicus, hic Sartor, &c. Omnes. n. homines inter ſe aliquam conferunt vtilitatem: Vnus enim homo ſibi non eſt ſatis. Indigeo opera ſutoris, non ipſe mihi calceos conficere poſſum. Sed quatenus homines eidem ſubſunt Magiſtratui, ijſdem legibus, & eadẽ formula viuendi vtuntur, Reſp. eſt. Reſp. eſt nomen formæ; ciuitas eſt nomen materiæ. Sic corium eſt nomen materiæ, calceus eſt nomẽ formæ. Eſt enim calceus forma in corium introducta. Sic argentum eſt nomen materiæ, Talerus eſt nomen

formæ

Digitized by Google

formæ. Si enim eiuſmodi character argẽto imprimatur, Talerus vocatur (ſi minus forma, nummus) Talerus tamen vna etiam comprehendit materiam: Eſt enim Talerus character in argento: calceus & ocrea forma quædam in corio. Ita Reſp. eſt nomen formæ, ſignificans certos ordines, leges, inſtituta certa, ciuitas materia, in qua impreſſa eſt forma talis.

Agit itaq;, vt dixi, Ariſtoteles in lib. 1. de Materia huius ſcientiæ, ſi faber aliquis lignarius vel Architectus dicat, hoc eſt lignum faginum, hoc quercinum, hoc abiegnum, materiam artis fabrilis, non ipſam artem fabrilem docet. Si aurifaber dicat, hoc eſt aurum Vngaricum, hoc Rhenanum, &c. materiam auri commonſtrat, non modum aliquid fabricandi ex auro. Si quis ſciat: hæc herba eſt Plantago, hæc Abſinthium, hoc eſt electuarium, hoc eſt eiuſmodi pharmacum, &c. non ex eo iam tenet artem medicam, ſonder er muß wiſſen/diß Kraut müſſe man brauchen zu dieſer Kranckheit/ zu einer ſolchen Zeit/ſo viel/ꝛc. Materiam itaque, vt dixi iam, Ariſtoteles in libr. 1. docet, eamque à primo quidem capite, & ab ipſa origine arceſſit, quomodo prima ſocietas oriatur ex domo, vico, pago, &c. quaſi videas oculis enaſcens hoc lignum. Neceſſarius itaque hic liber eſt ex hypotheſi. Nam & hanc partem ipſe Ariſtoteles, cùm ex 10. Eth. progredi vellet ad politicam, prætermiſit. Dicit enim: Volumus agere hac de re, de qua agitur in 2. Pol.

In 2. libr. facit Ariſtoteles ex conſuetudine ſua, vt antequam ſcientiam tradat, vt communes opiniones proponat & examinet, & ſi quid boni in illis eſt, eligat, ſi quid mali, refutet. In hoc itaq;

lib. 2.

libr. 2. Doctiſſimorum & ſapientiſſimorum hominum ſententias, de rebus publicis ordinandis proponit, eaſque examinat. Plato duo genera libror. conſcripſit de Rep. vnum de Architectura Reip. 2. de Legibus, & ibi fecit communionem, &c. Idem fecit Hippodamus & alij, quos omnes heic refutat Ariſtoteles. Et iſtæ ſententiæ à maximis viris erant prolatæ, non à leuibus (Aquila enim non ſectatur muſcas) ſummos ſibi refutandos ſumpſit. In altera huius ſecundi libri parte examinat Reſp. quæ reuera tum temporis exſtabant. Et primo quidē ſi Romani Carthagin. Remp. bello agreſſi fuiſſent, tum, cū adhuc erat in flore & iuuentute, nihil ſanè effeciſſent: ſed tum temporis, cum eam aggrediebantur, ea nō erat in iuuentute, ſed in declinatiōne. Romana vero adhuc erat in iuuentute, & incipiebat demum gigni. Fit enim vt quæuis Reſp. tandem ſeneſcat. De Rom. nihil ſciuit Ariſtoteles;

2. Examinat Spartanam. Hæc tempore Ariſtotelis etiam iam incipiebat declinare, quæ alias fuit bellicoſiſſima. Eā inſtituit Lycurgus. Ibi pulcherrime apparet, quid in examinatione Reipub. attendendum ſit. Et exponit Ariſtoteles, præſertim in Δικαστικῇ, à quibus fuerint electi & conſtituti iudices, ex quibus, & quomodo; ſuffragijs ne tacitis, an apertis. Sic quando adoleſcens aliquis peregrinatur, non ſatis eſt, vt vrbem ſoluinmodo intueatur tanquam vacca, vt dicunt, nouam portam, vt ſciat, hæc vrbs eſt parua; hæc magna. Das kann auch ein Schuſter oder Schneiderskniecht. Es iſt noch nicht damit außgerichtet/ wann man einen fraget/ biſt du in der Statt geweſen: Ja ich bin da geweſen: Es hat

allda ein hohen Thurn/ 4. Kirchen vnd 7. Thor / es iſt nit gnug / daß Gelt iſt noch nicht recht angelegt. Sed conſideranda eſt etiam forma Reipub. cuiuſque loci. Wie gehet es da zu / nemmen die Juriſten auch Geſchenck/ güldene Becher / ꝛc. vnd biegen ein Sach wie ſie wöllen/ ꝛc. ſind da auch Schuſter vñ Becker im Raht/ 3. Examinat Cretenſem. 4. Athenienſem.

In libro III. peruenit ad Remp. & explicat formales partes Reipub. ſeu formalia principia Reip. vt quid ſit ciuis? quid Reſp. Et principia quædam tanquam hypotcheſes aliquas conſtituit, è quibus omnia fere, quæ in cæteris libris continentur, dependent: Tractat ibi quæſtionem de iure imperij, vt, an Reipub. adminiſtratio ſpectet ad nobiles, an etiam ad reliquos? & an, magis ea competat diuitibus quam pauperibus? Hæc late & fuſe diſputat Ariſtoteles dialecticè, poſtea demum concludit, Ariſtocratiam eſſe optimam, vbi omnes ſunt Heroicis virtutibus præditi. Sed perfectam & omnibus numeris abſolutam Rempub. in Vtopia reperiri, Thomas Morus refert. Ita diuites argumentantur: plus in Rempub. inferimus, wir bringen am meiſten in die Loſung. Ergo ad nos potius Reip. adminiſtratio ſpectat. Sicut Mercator aliquis dicit: Ego plus pecuniæ in ſocietatem intuli: Aequum igitur eſt, vt plus etiam lucri ex ea feram.

In IV. libr. explicat varias formas degeneres à ſincera forma, à vero ſtatu Ariſtocratico: Et proponit formas cum ſimplices, tum inter ſe mixtas, præcipue quæ vſitatæ ſunt. Nihil eſt ſincerum in rebus humanis. Omnes fere Reſp. ſunt mixtæ. In fine libri explicat partes Reipub nempe Magiſtratus vel Nomotheticam, βουλευτικὴν καὶ δικαστικήν.

V. Li-

v. Liber eſt pulcherrimus, redundans multis hiſtoriis, quarum complures nobis ſunt incognitæ, vbi cauſas exponit ſeditionum, interitus huius vel illius Reipub. eius vlcera & morbos (Nam vt ſunt morbi corporis humani, ita & Reip.) vt quibus morbis laboret Ariſtocratia, Regnum, & quibus modis iſtis morbis poſſit occurri, ac ſanitas Reip. conſeruari, Cretenſis periit, Carthaginenſis periit, adeo vt ne veſtigia quidem linguæ Punicæ hodie exſtent. Reipub. Romanæ rudera hodie vix exſtant.

vi. Eſt quaſi practicus liber. Cum enim excepto regno duæ primariæ ſint Reipub. formæ, Democratia videlicet & Ariſtocratia, & ad has duas omnes reliquæ referuntur, tamquam venti ad Auſtrum & Aquilonem, quomodo hæ inſtituendæ & formandæ ſint, docet. Græci miro odio habuerunt ſtatum Monarchicum ſeu Regnum, vt ſtatum Perſarum. Hodie omnes ferè Reſpub. ſunt principatus, & nulla fere libera eſt, præter Venetam & Helueticam. Reliquæ omnes fere non ſunt omnibus modis liberæ, ſed vel plus, vel minus.

vii. & iix. Libr. Eſt de Republ. Ariſtotelis, in quibus multa ſunt ex voto. Sic & Plato Rempubl. deſcripſit, quæ videlicet ſit beatiſſima, Als wann mans einem fürmalet. Sed ἁπλῶς πολιτικά; vt dixi, ſunt in iv. libris interpret.

Hactenus prolegomena.

Digitized by Google

LIBER I. POLITICORVM ARISTOTELIS.

HVnc librum vt prolixius explicem, non ita è re veſtra eſſe arbitror. Vereor enim, ne in hoc 1.lib.veſter ardor refrigeſcat, antequam ad reliquos libros accedam.

Quod autem ad hunc 1.librum attinet, eſt proœmium de ſocietate ciuili, quæ eſt omniũ ampliſſima & præſtantiſſima ſocietas: & ſtatim incipit explicare primam originem ciuitatum, quæ eſt ſocietas inter virum & vxorẽ. Ex hac ſtatim eſt ſocietas Domeſtica, quæ requirit vtrumq; imperantem & obedientẽ, vt ſunt parentes & liberi: Dominus & ſerui. Serui corpore & viribus, nõ animo & prudentia valent. Dñs contra non viribus corporis, ſed ingenio & prudentia valet. Seruus itaq; cũ non poſſit proſpicere ſuis rebus, neceſſe eſt, vt prudentiori, nempe Domino, pareat. Si quis valido & robuſto corpore, cæcus tamen; alter vero ſit corpore debili & infirmo, at videns, iſtæ qui videt, debet humeris geſtari ab illo cœco, vt viam ipſi demonſtret. Eodẽ modo res ſeſe habet cũ ſeruitute naturali. Cũ itaque familia ſeu domus conſtet è coniuge, ſeruis & liber. ſo gibt es ſchon ein zimlichs Häuſſlein/ tunc ſunt expellendi domo, quemadmodum apes quaſdã expellunt, Wann der Binnenkorb zu klein iſt/ & ἀποικίαι conſtituendæ: ex domus itaq; ꝓpagatione fit vicus, è ꝓpagatione vicus poſtea fit ciuitas. Primarius & impellens finis cõſtituẽdæ ciuitatis fuit, vt ẽ dictũ, Indigẽtia, id eſt, vt homines inter ſe aliquã conferrent vtilitatẽ. At alius adhuc

ciuitatis

uitatis finis eſt, qui lõge eſt præſtantior, vt videlicet homo recte inſtituatur & aſſuefiat legibus, vt ſit bonus ciuis. Poſtea reſumit Ariſtoteles vnã quamque harum ſocietatem, & eam exponit herilem (in qua longe verſatur) in eum finem, vt oſtendat, longe aliam eſſe rationem agendi cum ciuibus quam Domini cum ſeruo. Docet autem χρηματιστικὴν (de ratione acquirendi) id eſt, rationem numariam & alimentariam. Docet coniugem, filios ſeu liberos, ſeruos eſſe virtutis compotes, & has virtutes omnes à ſe inuicem diſtinguit, & quaſdam virtutes eſſe veras & ſimulachra potius virtutum. Hæc inquam tractantur in 1. libro.

Finis Libri primi.

LIBER II. POLITICORVM ARISTOTELIS.

LIBRO priore, vt ſupra dictum, egit de materia, iam agere incipit de forma, id eſt, de Repub. Atqui de forma quando agimus, non debemus ſubito incipere, wie der Pfeiffer ins Wirts hauß dapt. ſed opus eſt quodam veſtibulo. Itaq; antequam Ariſtoteles incipiat iacere fundamenta ſuę exſtructionis, hoc libro, tanquam veſtibulo aliquo vtitur. Proponit ergo quæ in hoc libro ſint conſideranda, & quare.

Conſiderandæ ſunt nobis vel eæ Reſp. quæ à ſapientibus viris cogitatione tantũ ſunt inſtitutæ, & quas ſibi quaſi depinxerunt, vel eæ quæ exſtant.

Scopus omnium horum librorum eſt optima Reſp. quę eſt Regnum & Ariſtocratia.

Sed hæc optima non ſemper datur. Quia rerum natura ſępe eſt imbecillior, quam vt ſummam perfectionem poſſit aſſequi. Inferiores ſeu minus perfectæ formæ Reip. ſunt, Oligarchia & Democratia.

Optima Reſp. dicitur 1. ea, quando & forma eſt optima, & populus ipſe eſt optimus, optime à natura inſtitutus. Vbi non eſt populus optimus, ibi non poteſt eſſe optima Reſp. vt vbi ſunt ſemihomines, id eſt, Barbari, ibi non poteſt optima Reſp. habere locum.

2. Interdum Reſp. dicitur optima, quæ per ſe quidem non eſt optima, ſed ratione ciuium, ex quibus conſtat, vel ēt ratione huius vel illius loci. Sic Scithæ poſſunt habere optimam Remp. pro ratione ſui loci, & accommodatiſſimam, qualem nimirum iſti populi ferunt. Illud ſæpe eſt optimum, quod per ſe non eſt commodum. Præſtat, inquit Cic. aliquam habere Remp. quam nullam. Sic Ariſtoteles 2. Topic. inquit: Melius eſt philoſophari quam luctari, ſed non magis expedit ei qui neceſſariis rebus indiget. Einem armen Tropffen iſt es beſſer/er werde ein Kauffmañ/ als das er ſtudiere. Er. non continuo dicere licet. Hæc res eſt melior; Ergo magis expedit. Eſt melior, ſcilicet per ſe: Magis expedit, ſcilicet non ſimpliciter, ſed huic vel illi homini.

Interdum Reſp. aliqua poſſet eſſe melior, ſed deterior eſt vitio legislatoris. Verbi gratia, populus ille ferret formam Ariſtocratiæ, ſed legislator

ille minus prudens & circumſpectus inſtituit ſtatum Reipub. Oligarchicum.

3. Tandem Reſp. aliqua dicitur optima, quæ eſt facilima, id eſt, quæ pleriſque hominibus eſt accommodata, quam facilime poſſunt concoqueri. Sic ĕt in ratione ſtudiorum, hoc genus ſtudiorum per ſe eſt optimum, hoc huic vel illi eſt optimum, hoc vitio parentum non eſt optimum, hoc facilimum, vt, Wann einer ein Poſtillen Prediger wirdt. Parentes in liberis ſuis ſemina naturæ conſiderare inprimis debent, vt ad id ſtudium quilibet adhibeatur, ad quod natura aptus eſt, verbi gratia, aliquis non eſt affectator ſplendoris. Sondern er gibt ein guten Mathematicum.

Ariſtoteles neque puerum neque fœminam participem eſſe beatitudinis inquit: hanc, quia natura ipſius tantum ſemi perfecta eſt: illum, quia ipſius natura plane non eſt perfecta. Sic quoque Ariſtoteles non optimam ſimpliciter explicat, ſed etiam eam, quæ degenerat.

Duæ ſunt cauſæ quod Ariſtoteles has Platonis opiniones refert, 1. ad rem ipſam pertinet, quia oportet ex ſtercoribus aurum legere, 2. ad ipſius Ariſtotelis exiſtimationem, quia id non fecit ſtudio concertandi, vt ſophiſtæ ſolent, ſed comparationem voluit inſtituere, vtrum omnia ex Platone ſumpſerit, vel quædam addiderit.

Ἀρχὴν ἢ πρῶτον.] ſcil. à Platone: quia ille ſcripſit de cõmunione, quæ aliquid eſt eſſentiale. Ergo non aliunde potuit ordiri, niſi à communione. Et ita eſt initium à natura rei petitum, quia nulla poteſt eſſe Reſp. in qua non ſit aliqua communio. Ergo nõ ſtudio carpẽdi Platonis ab eo initium fecit.

Deus aliis hominibus, vt Plato ait, in prima natura inſeuit aurum, aliis argentum, aliis ferrum.

Non ſequitur: mulieres, liberi, facultates poſſunt cummunicari. Ergo expetit vt communicentur. Res quæ non poſſunt communicari ſunt bona animi & corporis. Syllogiſmus Platonis talis eſt.

Vnam eſſe ciuitatem, id eſt, concordem & coniunctam, eſt ſummum ciuitatis bonum. Nam quid inteſtinis ſeditionibus eſt pernicioſius. Sic Ariſtoteles ait, omnes legislatores vnice eo incubuiſſe, vt amicitia colatur magis quã iuſtitia. Sed hoc fit communione vxorum, liberorum & facultatum. Ergo hoc eſt ſummum ciuitatis bonum. Et per cõſequens, harum trium rerum communio in ciuitatem eſt introducenda. Ariſtoteles Reſp. ad maiorem, diſtingendo eam. Debet vna quidem eſſe ciuitas, ſed non abſolute. Ciuitatem fieri ſumme vnam eſt contra eſſentiam ciuitatis. Nam ciuitas eſt multitudo hominum inter ſe differentium ſpecie, natura, conditione, ſtatu, & aliis proprietatibus. Specie differt homo ab homine, non phyſice, ſed politice; verbi gratia, hic idoneus eſt natus ad imperandum, hic ad parendum, hic ingenioſus eſt, hic fortis. Eſt non ſolum hominum, ſed etiã ordinum. Nam & ordines in ciuitate ſunt diſtincti, ſicut in hominis corpore tria ſunt membra principalia, cerebrum, cor & iecur: ita in Rep. tres ſunt potiſſimum ordines, ordo Senatorius, qui prudentia præſtat. 2. Militaris, qui pro Reip. ſalute vigilat, & hoſtes allatrat. 3. Quæſtorius, id eſt, eorũ, qui res neceſſarias important, vt ſunt mercatores. Cerebrum ſunt ſapientes, militares homines ſunt tan-

quam

quam cor. quæſtuarii tanquam epar. *Si igitur facit* vnam, facit eam, vt eſt vicus, vel ſolus homo. Homo eſt quidem vnus, at non eſt ſibi ſufficiens. Non poſſum ipſe mihi conficere veſtes, ſed indigeo hac in re opera ſartoris. In pago eſt aliquo modo plus, ſed nec ſibi ſatis adhuc eſt & ſufficiens. At ciuitas maxime illã αὐτάρκειαν explet. Concentus ciuium eſt vnum quid, non aliter atque omnium cordarum in teſtudine. Sic mundus iſte eſt vnum quid, licet conflatus ſit ex diuerſiſſimis partibus. Ciuitatẽ, vt modo dictũ, eſſe vnam, eſt cõtra eſſentiã ciuitatis: ciuitas enim conſiſtit in multitudine hominum ſpecie differentium, ſpecie ſc. ciuili non Phyſica, ſpecie Phyſica non differt ein Claus Narr oder Schmoll ab homine ſapiente, ſed ſpecie ciuili politica. Hic enim idoneus eſt ad imperandum, ille ad obediendum: ſpecie ciuili homines in ciuitate differunt; quia ſunt diuerſorum ordinum. Vnitas alia eſt ſimilaris, alia organica ſeu organice vna. Similaris, vt caro; Quælibet enim particula carnis caro dicitur: organica, vt homo: Conſtat enim homo diuerſis & ſpecie differentibus partibus. Sic medicamentum arte factum poteſt dici vnum, licet è pluribus ſpeciebus ſit compoſitum. Vnum opus Muſices eſt concentus. τὸ ἀντιπεπονθὸς vocatur Geometrica illa proportio, quando quis pro meritis ſuis, vel pœnas ſuſtinet, vel præmia fert. Hoc ius τοῦ ἀντιπεπονθότος homines exęquat proportione Geometrica. Non autem exequantur ſimiles, ſed qui diſſimiles, verbi gratia, qui primus murum aſcenderit hoc præmium habebit, hoc nobilis. Ergo quidam ſunt homines ſpecie differentes.

 Nam

Nam quidam natus eſt ad imperãdum, & debetur illi hoc: alius ad parendum, huic debetur illud. Aliud præmium proponitur Iuriſconſulto, aliud Medico, aliud alij. Quod ſi fieri poſſet, vt omnes ſint ſimiles, tamen non debet illos exęquare. Nam debet quoſdam facere imperantes, quoſdam parentes.

Deinde propriũ Boni eſt cõſeruare. Atqui ſumme vnam eſſe non cõſeruat, ſed potius delet, quia facit ex ciuitate potius pagum. Ciuitatis opus conflatũ eſt ex multis, & quo plures ſunt in ea, tãto eſt perfectius. Res ſimplices, quanto ſimpliciores, tanto ſunt perfectiores. Res organicę ſiue compoſitæ, quo magis compoſitæ ſunt, eo perfectiones ſunt.

CAP. II.

Plato probat Minorem: Quia omnes in hac ciuitate poterunt dicere meum, vt mea vxor, meus filius, meus ager, &c. ℞. Ariſtoteles: Eſt fallacia in voce, omnis, & eadem quæ in vocabulo ambo. Αμφότεροι enim iam accipitur collectim, iam diſtributim. Vt ſi dico: Omnes poſſidemus mille florenos, id eſt Wann wir alle zuſammen ſchieſſen / ſo haben wir 1000. flor. quilibet habet mille florenos, ſic poterũt omnes coniunctim dicere, hoc eſt noſtrum. Sed hoc nihil adiuuat curam rerum ſingularium. Sed ſi diſiunctim intelligas omnes, tunc eſt falſum. Non enim dicere potes, iſta mea, ſed iſta noſtra, vt Monarchi, vnſere Güeter / propterea non ſunt ipſis curæ tanquam eſſent propria.

1. Argumentum contra Minorem, quo falſam illam eſſe probat: Quia communia negliguntur, non-

non diliguntur (Nam negligere rem aliquam eſt indicium, quod non ametur) Dann es verlåſt ſich einer auff den andern/quia vnuſquiſque cogitat, alterum id curaturum. Multi famuli eidem operæ deſtinati negligenter agunt; hinc illud: viel Köch vnd Hirten kochen vnd hüten vbel. 2. Argumentum contra Minorem. Quia ſimultates & diſſidia naſcuntur, ſi nimirum è bonis communibus bona nobis vendicemus, & mala aliis relinquamus. Hoc autem fit in communione ciuitatis. Formoſos enim & egregios quiſque ſibi vendicabit, ignauos, nemo agnoſcet. Ex quibus poſtea ſimultates oriũtur. Nam qui ſe bellicoſum & fortem eſſe ſcit, etiam tales ſibi liberos eſſe putabit.

Deinde ẽt ſumus omnes iniuſti iudices noſtrorũ laborum & fructuũ, quos pro iis percipimus. In rationibus ergo nõ erimus diligẽtes cuſtodes der friſt ſo viel/ & ego plus laboro: der iſt offt franck/mann muß jhm ein beſſer Müßlein kochen/ich wil auch mit freſſen. Item ſi vxores & liberi ſint communes, amicitia quaſi diluta, id eſt, languida, & amor in plures diffunditur.

3. In Platonica Rep. pauciores vocabuntur ſui, mei, quam in Repub. vulgari. Hoc poteſt inde naſci, quia Plato conceſſit quoſdam tantum, nos agnoſcere pro noſtris, vt bellicoſi tantum bellicoſos tacita ſibi cognatione attribuent, eoſq; inuicem amabunt. Sed in vulgatis nemo negligitur, nemo eſt qui non habeat patrem, matrem, ſororem, conſanguineos, etiamſi non ab omnibus ametur. Et in Platonis Republ. omnia ſunt cum dubitatione coniuncta, quod ſtatim iminuit amorem.

Quiſque

Quiſque ſimilem etiam ſibi vendicabit ſimilitudinē corporum. Id fieri etiam Ariſtoteles ait, in quibuſdam Lybiæ populis, qui ex ſimilitudine corporum liberos diſtribuunt. Proinde patres vxores magis ſolent amare, quæ gignunt ſibi ſimiles liberos. Vnde equa Pharſalica dicta fuit iuſta, quæ ſemper peperit equum ſimilem patri equo. Et hoc eſt ſignum amoris, quo ſæpiſſime adulteræ produntur. Nam quem amant, ei valde ſimilem producunt. So ſagt man dann / Er ſicht dem Vatter gleich / aber nicht dem Brotvatter / iam contra ipſam ſententiam Platonis.

Quod multa incommoda, multa conuicia, certamina & cædes inter eos fiant, qui patres, fratres & filii ſunt. Forte ex eodem patre nati ſumus, conuicia inter nos oriuntur, cœdes, ſed hoc fit contra omnem æquitatem. Poteſt hoc fieri, quia ignoro. Talib. ſceleribus contaminatur talis Reſp. quæ merito expugnanda omnium populorum conſenſu, & Deus ipſe eam expugnat. Da es zugehet / wie vnter den Hunden / die ein ander die Haut zerbeiſſen.

2. Ex altera parte actibus venereis grauiſſima ſcelera perpetrabuntur. Nam ego neſcio, hanc eſſe meam matrem, ſororem, ducam. Plato etſi non ipſam venerem, tamen contrectationem permiſit.

3. Intelligendum eſt Platonis Remp. 1. conſtare ex quæſtuariis, id eſt, agricolis, mercatorib. &c. Deinde duos alios eſſe ordines, qui ſunt cuſtodes Reipub. Vnus, qui cuſtos eſt manibus, alter qui cuſtos prudentia, die alten Herrn conſiliari. Iam Plato communionem in duobus tantum poſterioribus or-

bus ordinibus probauit. De ordine quæſtuariorum infimo; qui oportet parere, nihil dixit, quaſi ibi deberet eſſe proprietas. Iam Ariſtoteles ait, præſtitiſſe, vt in illo potius ordine introduxiſſet. Nam vtile eſt, vt illi, quibus nos imperamus, ſint valde amici. Iam vero quia communio diſcordias parit, vt antea dictum, melius eſſet, vt inter illos ſererentur diſcordiæ. Sic Turcæ orant in quotidiana precatione : Et des diſcordiam in noſtros hoſtes. Quoniam igitur ille ordo debet eſſe ſubiectus, debebat inter illos inſtituere talem communionem.

4. Inſtituto Platonico obſcuratur id, cuius leges debent eſſe effectrices. Leges debent efficere in ciuitate, vt magis amicitia inter ciues conſeruetur, quam ipſa iuſtitia. Atqui iſta communio obſcurat hoc, quod maxime leges debebant efficere, & quod Plato curabat facere. Sed iſta communio repugnat huic rei. Et probat hoc Ariſtoteles ſimilitudine. Nam quo magis aqua vino infunditur, eo minus generoſum eſt. Ita etiam quoniam amor noſter diffunditur in plures, eſt tanto obſcurior & tenuior. Si quis habet vnum filium, tanto magis diligit, ſi plures habet, non ita, amor enim in plures diſtrahitur, &c.

5. Inter alia hoc fuit Platonis : Si aliquis ex cuſtodibus natus, non ſit generoſi animi, vel prudens, transferendum talem in ordinem quæſtuariorum : Contra ſi eueniat, vt ex quæſtuariis aliquis generoſi pectoris naſcatur, eſſe transferendũ in ordinem cuſtodum.

Reſpondet Ariſtoteles : Maximæ diſcordiæ & turbæ

turbæ naſcentur, quia filij cuſtodū non patientur ſe detrudi eo. Contra q̄ſtuarij volēt trasferri in ſuperiorē ordinē: Et ita orientur certamina: alij volēt aſcendere, alii nō deſcēdere. Quod ſi hæc volumus facere. Cōmunio iſta vxorū pōt fieri quatuor modis. 1. Vt vel omnes viri omnes vxores habeant communes, vt quiuis quauis poſſit potiri, & quæuis ſe cum quouis coniungere. 2. Vt quidem non omnes communes ſint omnibus, ſed vt, verbi gratia, deni vel duodeni viri communes habeant denas vel duodenas vxores. Et huiuſmodi vxorum communio fuit in Britannia tempore Cæſaris. 3. Vt vna vxor ſit communis multis viris, & hoc eſt meretricium ein gute gemeine im neuwen Waldt. 4. Vt vnus multas habeat vxores, qui modus fuit apud Hebræos, ex conceſſione diuina, hodieq; eſt apud Mahometiſtas. Huiuſmodi cōmunionem hodie plurimi Chriſtiani exoptant & ſimilitudine vtuntur: Ein Han hat viel Hännen / warumb ſolte dann nicht auch ein Mann viel Weiber haben?

Omnes hi modi repugnant iuri cum diuino, tum humano ſeu naturali. De iure diuino res certa eſt; nec enim iam in Theologiam ingredi volo. Ad ius humanum quod attinet, inſita homini ratio, vnde iudicium rectum naſcitur, repugnat.

1. Quia & fœminæ & viro innatus eſt affectus Zelotypiæ, quem ſane affectum natura non fruſtra homini inſeuit. Maritus nō poteſt ferre vt ali⁹ ſua fruatur vxore. Es gilt Naſen abſchneiden / es ſey dann einer ein Narr wie jener / welcher zwen zu gleich bey ſeiner Frawen fandte / vnd ſagte: Ey das iſt zu viel / wann es nur einer were / ſo gieng es hin. Ita nec fœmina

mina poteſt ferre, ideo dicit Scaliger: Nullus affectus eſt vehementior in fœmina quã Zelotypia, Fœmina eſt animal valde deditum affectibus. Natura hominibus inſeuit ſemina & igniculos proprietatis.

2. Communionem vxorum contrariam eſſe rectæ rationi, quæ iudicium naturaliter expromit, è finibus coniugii probat. Coniugii autem fines naturales ſe ſubſequentes ſunt, liberos procreare, educare & inſtituere. Propagare ſeſe ſeu procreare etiam in reliquis eſt animantibus, imo in plantis. Cum quis hoc corpus, id eſt, hoc indiuiduum non poſſit perpetuo ſeruare, cogitat ſimile ſibi excitare loco ſuo, Vnde Plato ait, non poſſe illum appetitum plane retineri, Ad conſeruationem indiuidui pertinet cibus & potus: ad ſpeciei vero conſeruationem, liberorum procreatio. Voluptatem natura adiunxit cum indiuiduo, tum ſpeciei conſeruationi, non quod voluptas ſit finis, ſed tanquam cauſa impulſiua. Niſi natura addidiſſet actioni Venereæ voluptatem, nemo illam curaret, & ſic interiret ſpecies. Finis etiam coniugii eſt conſociam habere laborum, tum in ſenectute à liberis habere adiumenta. Res longè aliter ſe habet in animalibus, vbi procreare ad conſeruationem ſpeciei, educatio maxime ad matrem pertinet. In piſcibus tantum eſt cura percreationis, non educationis, multo minus inſtitutionis: Fœmella ponit oua, & maſculus ſemen ſuperſpergit, & generantur piſciculi, qui ſtatim natant. Educatio porro eſt præcipue matris in brutis: Sed inter homines, quia aliqua eſt conſeruatio ciuilis (Homo enim eſt animal

animal ciuile & tarde creſcit) non ſolum educatio ſed etiam inſtitutio, quæ patris eſt, neceſſaria eſt. Non ſolum eſt coniunctio patris & matris, dum in actu illo coniunguntur, neque dum mater vterum geſtat: Educatio per multos annos durat. Quanto enim quid eſt præſtantius, tanto tardius creſcit. Natura ergo docet, vt certa ſit procreatio, educatio, inſtitutio. Nam alienum non volui tam diu educare.

CAP. III.

SEorſim iam diſputat contra communionem bonorum. Ioſeph. ſcribit de Eſſeniis, eos admirationi fuiſſe apud Iudæos communione bonorum, qui tamen vxores non habuerunt communes. Igitur ad minimum poteſt eſſe communio facultatum. Sed dices, quæ communio erit prior? Si naturam ſpectes, perſonæ antecedunt res, & demum ſequuntur facultates. Et Plato fecit hoc aſtute, cum voluit introducere communionem, voluit primum in animis hominum introducere bonorum communionem. Oſtendit itaq; quod diſcordiæ, quod lites propter meum & tuum oriantur. Deinde quaſi ſerpit ad communionem vxorum, & hoc erat aliquanto alienius ab hominum animis. Sed Ariſtoteles 1. refutat communionem vxorum, tanquam abſurdiorem.

Huius quæſtionis diuiſio, an bona ſeu facultates debeant eſſe communes in 4. membra diducitur, 1. Vt cõmunis, quidem ſit χρῆσις, vſus, res autẽ ſiue poſſeſſio propria, 2. vt vſus ſit proprius, & agri ſiue bona communia, vt diſtribuatur huic vel huic parum vel multum, & talis communio eſt

inter

inter Monachos. 3. Vt hæc ambo ſint communia & κτῆσις & χρῆσις 4. Vt vtrumq; horum ſit proprium. Tria priora Ariſtoteles refutat, quartum retinet.

1. Incommodum, quod ex trium priorum communionis genere oritur, eſt hoc, quod frequentes naſcerentur querelæ, ſiue poſſeſſionis, ſiue vſus, ſiue omnium ex inæquali videlicet laborum & fruitionum diſtributione, verbi gratia. Wann man in gemein Bier ſchenckt / ſo will ein jeder das oberſt haben / vnd nicht die Naig. Vna queq; res habet aliquid boni ſimul & aliquid mali, ſiue iam inæqualis illa diſtributio ſit vera, ſiue opinata.

2. Offenſiones grauiores orirētur propter ingenia hominū. Ita enim comparata ſunt hominū ingenia, vt etiā tantilla de re litigent. Exemplum ſit in iis, qui vna peregrinantur. Wann man ein gemeinen Beutel mit einander hat / einer hat etwann ein Glas zerbrochen / wann mans auß gemeinem Beutel ſoll zahlen / ſo Gibt es bey etlichen ſchon ein Zanck. Eodem modo in rebus ad voluptatem pertinentibus, in Venere, etc.

Retinetur igitur quartum membrum propter duo commoda; 1. eſt diligentia in rebus tuendis, atque amplificandis, Wann ich weiß / daß ein Ding mein iſt / ſo bin ich fleiſſig. Et hęc diligētia eſt in ijs, qui iam aliqua habent bona: Nam qui nulla habent bona, non poſſunt eſſe diligentes in ijs conſeruandis & amplificandis: Von manchem ſagt man / er hat ſeines Guts kein End / mancher hat ſeines Guts kein Anfang. Sic nobiles, inquit Ariſtoteles, ſunt ſtudioſi honoris, quia videlicet honorem iam à

maioribus habent, quem auctum & amplificatum cupiunt. Homines tenuioris conditionis non magnopere laborant de honore, quia videlicet honorem à maioribus non habent. 2. Copia illa, vt quibus quiſque indiguerit aliorum, ea parata ſemper inueniat, apud alios. Sed dices: Impoſſibile hoc eſt, vt quæ ego non habeam, poſſim ſtatim à te habere? Reſpond. Ariſtoteles, Eſſe proprium vſum, ſed rudimenta ſeu inchoata veſtigia huius commoditatis, ſiue vſq; poſſe fieri communia per amicitiam & per beneficentiam ſiue liberalitatem. Sed hoc nemo faciet? Reſpon. Imo exſtat huius rei rudimentum apud multos legislatores.

Apud Spartanos ſi quis venabatur, villæ omnium patebant, ſi opus erat equo, famulo, viatico, poterat commodato ſumere. Apud illos non erat quidem communio proprietatio, ſed tamen vſus. Quarum igitur rerum rudimenta habemus, ea poſſunt inſtitutione augeri, vt poſſumus canere, numerare, ſumus liberales, gaudemus aliis dare (quia nos facimus ſuperiores eo, quod damus) Hi igniculi cum à natura ſint inſiti, poſſunt bonis inſtitutis & moribus augeri, vt harum rerum fiat communio per beneficentiam & liberalitatem.

Altera approbatio huius quarti membri eſt ab antecedentibus & conſequentibus, voluptate nimirũ naturali. Nam ex naturali voluptate, quæ adeſt proprietati rerũ, & quæ ſequitur dationem rerum, hoc apparet. Naturaliter addita eſt huic proprietati atq; etiam liberalitati voluptas. In prodigo eſt nimia voluptas in dando: in auaro eſt aliqua in dando voluptas, ſed moleſtia eſt admixta. Suaue eſt

ue eſt dare alteri, nam hac re quis oſtendit ſe eſſe ſuperiorem: ſuperiorem vero eſſe quilibet natura appetit. Hoc venenum omnibus eſt aſperſum: Si hoc feceritis, eritis Dij. Suaue eſt & opitulari iis, qui egent, & gratificari iis, qui non egent. Voluptas eſt quaſi tacita naturæ vox, quæ hoc approbat, vt quis ſua poſſideat, & de iis aliis largiatur.

Qui agros colunt aut ſunt ciues, vt Romæ ciues agros colebant, etſi non in publicum conferebant, vnde nõnulli dictatores ab aratro in vrbem vocabantur: aut ſunt alii à ciuibus, vt erant helotæ apud Lacedæmonios, qui agros ciuium colebant. Illi ſupra modum exercebantur. Da hat man einem den Bauch gemeſſen/ Wann er zu Feiſt hat werden wollen.

Φιλοχρήματον.] Hoc ſingulare eſt in auaritiæ vitio, quod auarus odit auarum. Adulter non odit adulterum. Er wölle jhm dann zu nahe zu der ſeinen gehen: Ebrioſus non odit ebrioſum.

Τὸ δὲ φίλαυτον εἶναι.] Amor ſui non eſt vitioſus, ſed nimius ſui amor. φίλαυτος vocatur is, qui nimium ſui amans eſt. Sic φίλιππος qui nimium amat equos: φιλοχρήματος qui nimis amans eſt pecuniæ.

Καὶ πρὸς τούτους.] Iam coniunctim contra omnia tria, ſcilicet communionem vxorum, liberorum & bonorum diſputat. 1. Quod communione iſta perſpicuè tollantur officia duarum principum & pulcherrimarum virtutum, temperantiæ videlicet & liberalitatis.

Ad temperantiam quod attinet, præſtantiſſimum eius eſt officium, ab aliena vxore ſe abſtinere, quod tollitur. Quantum autẽ hoc ſit, oſtendũt

tot bella, totque ſeditiones in Repub. Inde apud Phil. legitur, quod cum Iudæi non potuiſſent abduci à religione, vxores miſerint, cum quibus coniungerentur. Nulla enim cupiditas ardentior eſt, quam exarſio erga fœminam, & qua vir magis abducatur à recta ratione. Vnde Plinius dixit, duas eſſe peſtes generis humani: Fœminam & pecuniam. Et Victorius ait: Omnia mala, quæ Rempub. noſtram oppreſſerunt, nata ſunt ex re vxoria. Exemplo nobis ſit excidium Troianum, & Reipubl. Romanæ mutatio ob Lucretiam violatam.

Ad liberalitatem quod attinet, res per ſe clara eſt. Nulla enim liberalitas eſſe poteſt, vbi nihil eſt proprij, vnde illud Terentij: De tuo largitur puer. In Repub. Platonis non eſt pauper & diues.

2. Plauſibilis quidem & in ſpeciem beneficia iſthæc Platonica communio videtur eſſe, ſed maxima mala importat. Promittit magnam fore inter ciues amicitiam. Imo amicitia diluitur, ſeu fit aquoſa: In multos enim amor diffunditur: Et via munitur ad alia mala, quæ ab improbitate hominum proficiſcuntur.

3. Plato rem non ſuis iuſtis ponderibus examinauit, ſed ex dimidia tantum parte conſiderauit, nempe mala quę ex proprietate naſcuntur (ſed per accidens, non per ſe, per ſe enim illa mala oriuntur ex improbitate hominum) non autem bona, quæ ex illa proprietate impediuntur. Non ſecus ac ſi quis conſulat, vtrum ducenda ſit vxor, non tantum incommoda, ſed etiam commoda ſunt ponderanda. Ita Plato mala, quæ ex communione naſcuntur reticet.

4. Hæc

4. Hæc legum latio eſt inutilis. Non enim diu poteſt manere. Nam quando ex ratione aliquid percipio, facilime aliquid poſſum ſeparare propter amorem rerum propriarum.

5. Plato vtitur hypotheſi ſeu fundamento, quod tamen non eſt certum ſeu indubitatum, non eſt probatum etiam. Et Ariſtoteles hoc loco exhibet correctionem, modumque explicat, quo debeat fieri vnitas in ciuitate, nimirum inſtitutione, quæ tribus hiſce nititur: Philoſophia, educatione, ſeu moribus domeſticis, & legibus publ. Philoſophia heic accipitur pro ἐνεργεία, quæ ſequitur habitum, ſeu pro cognitione vniuerſaliũ, vt ſciamus, quanta ſit virtutis pulchritudo, quanta vitij deformitas. Philoſophia recte definitur rerum diuinarum & humanarum cognitio: Rerum diuinarum eſt Philoſophia Theoretica, humanarum vero practica. In omnibus rebus tria ſunt. 1. titubans quædam actio. 2. Habitus. 3. Vera actio ſeu Energia. Actio illa titubans ad habitum: Habitus ad actionem ſuam dirigitur. Ciues itaque ſunt inſtituendi iſta cognitione, deinde legibus domeſticis, ac deniq; legibus publicis. Nec enim paterfamilias pro ſuo libitu educare debet liberos.

6. Ratio eſt ab auctoritate & communi hominum opinione. Hæc enim Platonis Νομοθεσία non probatur ab hominibus.

7. Ab euidenti repugnantia propoſiti & operis. Plato ſibi propoſuit ciuitatem vnam facere, & tamen is ipſe cogitur eam in certas partes, & quidem diſſimiles, diuidere.

8. Communio illa nihil aliud eſt quam inſtitu-

tum quoddam Laconicum in φειδίτοις, idem cibus & potus fuit ſcilicet, à quo & ipſe Ariſtoteles non abhorret.

Δεῖ δὲ μηδὲ τοῦ.) Iam reprehendit quædam à Platone prætermiſſa, quæ debuerat explicare, & alius non facile poterit explicare, quamuis ſit ſtudioſiſſimus Platonis. Deinde etiam præter communionem quædam male ſunt tradita. Prætermiſſa ſunt nimirum 1. quem modum aut formam Reſp. ſit habitura: Num Ariſtocratia vel Monarchia eſſe debeat. Nam Plato ſuam ciuitatem diuidit in duas potiſſimum partes, in quæſtuarios & cuſtodes: Et non exprimit, an hi omnia bona debeant habere communia. 2. non explicat, an etiam Reip. participes eſſe debeant, id eſt, adminiſtrationis Reipub. in pace & bello. 3. non explicat eorum inſtitutionē, quando debeant ab ineunte ętate inſtitui & educari, quæ tamen inſtitutio & educatio plurimū facit & ad corpora & ad animos. Hæc apud Romanos nō cuilibet concedebatur, ne ſcilicet viles homines exercitati facile ſeditiones mouerent. Deinde qui de Repub. ſcribit, debet maxime dicere de foro iudiciario, id eſt, de ijs, qui ad comitia veniunt, & Magiſtratus gerunt. Atqui de illis nihil Plato dixit, perinde ac ſi quis de homine ſcribat, & capitis, cerebri & cordis, quæ præcipuæ ſunt hominis partes, nullam velit facere mentionem.

Præterea cum Reſp. poſſit partim ab externa cauſa (vt bellis, vi hoſtili,) euerti, partim ab interna, vt ſeditionibus, non docuit, quomodo poſſimus illi reſiſtere, neque quomodo debeamus inter-

internos Reipub. morbos curare, eamque ab interitu liberare.

In Repub. Veneta tres ſunt ordines. 1. ſunt nobiles. 2. Mercatores. 3. Cottadini ſeu ciues. Ordo nobiliũ iterum eſt triplex Nobilitas enim ibi alia eſt antiquiſſima, cuius duodecim hodie tantũ exſtant familiæ, alia media, alia recentiſſima. Reprehendit præterea, quod non dixit, an etiam communio debeat eſſe inter quæſtuarios. Et nulla iuſta differentia erit inter hos ordines. Atqui ideo diſtributa eſt Reſpub. vt eſſet diſcrimen. Sed ſi omnia quæſtuarii habent communia, perexigua inter eos erit differentia. Deinde quęſtuarijs nulla re compenſabitur, quod perpetuo ferunt imperium à cuſtodibus populo, qui parere debet, muß man ein Speck, lein durchs Maul ziehen/ id eſt, tribuendum eſt aliquid plebeijs, vt ita deliniti, putent, ſe eſſe aliquid, ſi non ad honores in Repub. peruenire poſſunt, ſaltem ſuffragia illis ſunt concedenda. Et hæc ſunt machinamenta ſeu ſophiſmata Reipub. Alioquin facile ſecedent, & quid mouebunt in Repub. ac dicent, Wir müſſen auch ein mal auff den Herrn Stul ſitzen. Id quod apparet ex Reipub. Romanæ ſtatu, vbi plebs ſæpius ſeceſſit. Sic in Repub. Florentina elegit plebs Carminatorem Ducem, quo duce exſtirparunt pleroſque ciues: Ille autem, vbi euectus eſt, duriores illis leges poſuit, quam nobiles antea. Plato duas fecit Reſpub. vnam ſanam & ſimplicem, quæ conſtet tantum ex ciuibus, verbi gratia, vt quis ſit contentus neceſſario victu, Da einer verlieb nimbt mit einem ſtück Brots/ vbi mutua vtilitas eſſet, & indigentia rerum suppleretur: Al-

teram tumeſcentem & mollem, & hæc ſecundario naſcitur, Sie müſſen in die Jarküchen gehen/vnd ein junges Gänßlein braten laſſen / vbi homines ſunt otioſi, ſind offt kranck/haben viel flüß/ gieſſen zu viel auff/ etc. Sed ijs opus eſt milite præſidiario, qui defendant tales molles, Da heiſt es darnach / wie jener Imperator ſagte: Colite milites, vnd ſcheiſt den andern ins Angeſicht. Sed eo modo etiam quæſtuarij ſunt ciues, & hos alteros quoque, milites nimirum, Plato ciuitate donat. Si igitur hoc eſt in vna, erunt duæ ciuitates. Nam ſi habent bona communia, illi propria quod pernities eſt, imò ipſiſſima peſtis ciuitatis.

Primo enim quando alij ſunt diuites, alij pauperes, eſt diſtractio.

2. Nullæ erunt vtilitatum communicationes. Nam quæſtuarij, quoniam toto vitæ genere diſſident à cuſtodibus, inter ſe non communicabunt vtilitates, ſed certabunt detrimentis. Reſpublicæ enim fere ſimiles ſunt animalibus. Vt enim animalia aſſidue inter ſe certant propter diſſimilitudinem, ita & nulla ferme eſt Reſp. quæ non aliam ſibi habeat infenſam propter diſſimilitudinem, verbi gratia, Democratia & Ariſtocratia maxime diſſentiunt à Regno propter diſſimilitudinem inſtitutor. & diſparem Reipub. formam. Hinc principes tantas cum ciuitatibus finitimis ſimultates exercent.

3. Omnia mala, quæ in aliis ciuitatibus ſolent exoriri ex improprietate rerum eadem, erunt in ordine quæſtuariorum, cui concedit proprietatem.

4. Iſti

Digitized by Google

4. Iſti quæſtuarii erunt homines intolerabiles, ſi participes ſint Reipub. Aſperius enim nihil eſt miſero, cum ſurgit in altum. Si plebeii ad ſummos in Repub. honores perueniant, ſunt faſtuoſiſſimi, & valde intolerabiles. Es iſt jhnen der Schuch zu weit/ ſie fallen darein / vnd wiſſen ſich nicht darein zuſchicken/wie jener : Weib bey wem ligſt du ? Bey dir. Bey wem ligſt du ? Bey dir. Bey wem ligſt du ? Bey dir mein Mann. Ey du ligſt bey einem Rathsherren/ ja bey einem Narren. Sic Ariſtoteles in Rhetor. diuites ſuperbos eſſe docet. Præſertim νεόπλουτοι, id eſt, nuper facti diuites, ſunt faſtuoſiſſimi: Qui vero antiquas poſſident diuitias, vt nobiles, nõ ita ſunt intolerabiles. Quod ſi eos excludas, erũt valde cõtumaces, & refractarij. Nam mercatores nõ parebunt illis, qui forte ſunt pauperiores. Auctoritas eorũ, qui imperãt plurimũ imminuitur. Warumb/ ſprechen die Reichen / ſoll der Bettler mir imperirn? Sic Baſileæ noluerũt parere die Bettler dem Bettelknecht/ ſed obijciebant, illum ipſum eſſe mendicum, Was ſagten ſie/ wenn du nicht den Rock anhätteſt/wereſt du eben wie wir. Et hæc ſunt incommoda, quæ ex prætermiſſione ſequuntur.

Ἐὰν μὴ καὶ στερίζον.] Iam Ariſtoteles occurrit declinationi horum incommodorum. Dicat enim quis: His incommodis poteſt occurri more Cretẽſium, qui ſeruis ſuis, qui agros coluerunt, omnia conceſſerunt, præter armorum vſum & γυμναστικὴν, ne ſeditiones poſſent excitare. Hunc vero cuſtodibus ciuitatis permittit Plato, quia non poteſt tale quid in eos cadere. Vult enim eos Plato vbique æquitatis ſtudioſiſſimos eſſe. Si quis autem dicat:

Ego in genere quæſtuariorum volo quædam eſſe communia, quædam propria. Reſp. Hoc modo euertetur domus, quæ eſt fundamentum ciuitatis.

Ἀλλὰ μὴν εἴγε.] Nunc reprehendit quædam male tradita, & primo ſimilitudinem, qua oſtendebat, in eadem opera debere incumbere viros & mulieres. Similitudo fuit petita ab aliis animantibus. Canis fœmina, inquit, æquæ venatur ac maſculus, item fœminæ aues fortiſſime pugnant pro pullis, imo ſunt fortiores & rapaciores quam mares, & ideo voluit Lycurgus, virgines ſe exercere in Gymnaſtica.

Ἐπιόφιλες ἢ καὶ] 2. Plato vult eoſdem perpetuo imperare (ſed hoc eſt periculoſum) Deus enim in primo ortu aliis aliquid auri admiſcuit, & hi ſunt naturali vi atque prudentia præditi ad imperandum; aliis aliquid argenti, qui ſunt natura boni bellatores, etſiamſi illum oculum prudentiæ non habeant, vnd ich glaube/daß es daher komme/daß die Kriegsleut ſo gern Silber haben/ ſie ſtelen nicht/ ſondern ſie beuten nur. Aliis æs & ferrum, & illi ſunt nati ad agriculuram, mercaturam & opificia, &c. hac fabula nihil aliud voluit Plato, quam diſſimilitudinem ingeniorum in hominibus oſtendere: Vnde Cicero dixit: Maiorem eſſe diſſimilitudinem ingeniorum in animis, quam corporum. Iam ergo DEVS non immutat, q; ſemel fecit. Ergo qui ſemel natus eſt ad imperandum, ille imperabit. Vt enim metalla non tranſſubſtantiantur, ita nec ingenia hominum. At dicit Ariſtoteles in Rhetoricis, ſuaue eſt imperare, quod non ſolum ingeneratum eſt generoſis, ſed & vili plebeculæ, itaq; omnes volent

lent imperare. Honos eſt quiddam dulce, quod omnes volumus deguſtare. Verum poſſet aliquis reſpondere pro Platone. Non fœlices fore cuſtodes, ſi non habeant proprietates rerum. Etſi illi non ſunt fœlices, non tota Reſp. erit beata.

℞. Plato. Etiamſi partes non ſint beatæ ſingulæ, tamen totum poteſt eſſe beatum. Nam interdum in partibus non eſt quod eſt in toto, id eſt, interdum attribuitur toti, quod non attribuitur ſingulis partibus: vt ſenarius eſt numerus, par licet duo ternarij, ex quibus conſtat, ſinguli ſint impares. Aties aliqua poteſt eſſe cuneata, lunata, &c. nec tñ milites, è quibus illa acies conſtat, talem habent figuram, cunei videlicet vel lunæ, &c. ſic ſymphonia conſtat, verbi gratia, è Baſſo, Tenore, Alto, Diſcãto, nec tñ vna ex hiſce 4. vocibus eſt ſymphonia.

Audiuimus nuper, interdum aliquid toti ineſſe, quod non inſit partibus, & hoc fit in iis rebus, vbi aliquid effloreſcit ſeu emergit ex compoſitione vel ordine partium, qui ordo non eſt in partibus, ſed in toto, vt & compoſitio, ſic ſenarius eſt numerus par, licet ſingulæ eius partes ſint impares, nempe vnitates. Nec eſt quod dicas, imo ſenarius compoſitus eſt è binario & quaternario: Hoc enim eſt per accidens. Sic Symphonia ſeu concentus non eſt in vna voce. Interdum aliquid de omnibus partibus dicitur, quod non de toto dicatur, verbi gratia, fluuij omnes partes moueri dicuntur, ipſe tamen fluuius (vt Rhenus) ſemper in vno manet loco. Sic cœlum eſt immobile: Omnes tamẽ eius partes mouentur. Interdum aliquid eſt in aliqua tantum parte, & tamẽ dicitur de toto, vt Petrus dicitur ſimus,

maioribus habent, quem auctum & amplificatum cupiunt. Homines tenuioris conditionis non magnopere laborant de honore, quia videlicet honorem à maioribus non habent. 2. Copia illa, vt quibus quiſque indiguerit aliorum, ea parata ſemper inueniat, apud alios. Sed dices: Impoſſibile hoc eſt, vt quæ ego non habeam, poſſim ſtatim à te habere? Reſpond. Ariſtoteles, Eſſe proprium vſum, ſed rudimenta ſeu inchoata veſtigia huius commoditatis, ſiue vſq; poſſe fieri communia per amicitiam & per beneficentiam ſiue liberalitatem. Sed hoc nemo faciet? Reſpon. Imo exſtat huius rei rudimentum apud multos legislatores.

Apud Spartanos ſi quis venabatur, villæ omnium patebant, ſi opus erat equo, famulo, viatico, poterat commodato ſumere. Apud illos non erat quidem communio proprietatio, ſed tamen vſus. Quarum igitur rerum rudimenta habemus, ea poſſunt inſtitutione augeri, vt poſſumus canere, numerare, ſumus liberales, gaudemus aliis dare (quia nos facimus ſuperiores eo, quod damus) Hi igniculi cum à natura ſint inſiti, poſſunt bonis inſtitutis & moribus augeri, vt harum rerum fiat communio per beneficentiam & liberalitatem.

Altera approbatio huius quarti membri eſt ab antecedentibus & conſequentibus, voluptate nimirũ naturali. Nam ex naturali voluptate, quæ adeſt proprietati rerũ, & quæ ſequitur dationem rerum, hoc apparet. Naturaliter addita eſt huic proprietati atq; etiam liberalitati voluptas. In prodigo eſt nimia voluptas in dando: in auaro eſt aliqua in dando voluptas, ſed moleſtia eſt admixta. Suaue eſt

ue eſt dare alteri, nam hac re qui oſtendit ſe eſſe ſuperiorem: ſuperiorem vero eſſe quilibet natura appetit. Hoc venenum omnibus eſt aſperſum: Si hoc feceritis, eritis Dij. Suaue eſt & opitulari iis, qui egent, & gratificari iis, qui non egent. Voluptas eſt quaſi tacita naturæ vox, quæ hoc approbat, vt quis ſua poſſideat, & de iis aliis largiatur.

Qui agros colunt aut ſunt ciues, vt Romæ ciues agros colebant, etſi non in publicum conferebant, vnde nõnulli dictatores ab aratro in vrbem vocabantur: aut ſunt alii à ciuibus, vt erant helotæ apud Lacedæmonios, qui agros ciuium colebant. Illi ſupra modum exercebantur. Da hat man einem den Bauch gemeſſen/ Wann er zu Feiſt hat werden wollen.

φιλοχρήματον.] Hoc ſingulare eſt in auaritiæ vitio, quod auarus odit auarum. Adulter non odit adulterum. Er wölle jhm dann zu nahe zu der ſeinen gehen: Ebrioſus non odit ebrioſum.

Τὸ δὲ φίλαυτον εἶναι.] Amor ſui non eſt vitioſus, ſed nimius ſui amor. φίλαυτος vocatur is, qui nimium ſui amans eſt. Sic φίλιππος qui nimium amat equos: φιλοχρήματος qui nimis amans eſt pecuniæ.

Καὶ πρὸς τούτοις.] Iam coniunctim contra omnia tria, ſcilicet communionem vxorum, liberorum & bonorum diſputat. 1. Quod communione iſta perſpicuè tollantur officia duarum principum & pulcherrimarum virtutum, temperantiæ videlicet & liberalitatis.

Ad temperantiam quod attinet, præſtantiſſimum eius eſt officium, ab aliena vxore ſe abſtinere, quod tollitur. Quantum autẽ hoc ſit, oſtendũt

tot bella, totque ſeditiones in Repub. Inde apud Phil. legitur, quod cum Iudæi non potuiſſent abduci à religione, vxores miſerint, cum quibus coniungerentur. Nulla enim cupiditas ardentior eſt, quam exarſio erga fœminam, & qua vir magis abducatur à recta ratione. Vnde Plinius dixit, duas eſſe peſtes generis humani: Fœminam & pecuniam. Et Victorius ait: Omnia mala, quæ Rempub. noſtram oppreſſerunt, nata ſunt ex re vxoria. Exemplo nobis ſit excidium Troianum, & Reipubl. Romanæ mutatio ob Lucretiam violatam.

Ad liberalitatem quod attinet, res per ſe clara eſt. Nulla enim liberalitas eſſe poteſt, vbi nihil eſt proprij, vnde illud Terentij: De tuo largitur puer. In Repub. Platonis non eſt pauper & diues.

2. Plauſibilis quidem & in ſpeciem beneficia iſthæc Platonica communio videtur eſſe, ſed maxima mala importat. Promittit magnam fore inter ciues amicitiam. Imo amicitia diluitur, ſeu fit aquoſa: In multos enim amor diffunditur: Et via munitur ad alia mala, quæ ab improbitate hominum proficiſcuntur.

3. Plato rem non ſuis iuſtis ponderibus examinauit, ſed ex dimidia tantum parte conſiderauit, nempe mala quę ex proprietate naſcuntur (ſed per accidens, non per ſe, per ſe enim illa mala oriuntur ex improbitate hominum) non autem bona, quæ ex illa proprietate impediuntur. Non ſecus ac ſi quis conſulat, vtrum ducenda ſit vxor, non tantum incommoda, ſed etiam commoda ſunt ponderanda. Ita Plato mala, quæ ex communione naſcuntur reticet.

4. Hæc

4. Hæc legum latio eſt inutilis. Non enim diu poteſt manere. Nam quando ex ratione aliquid percipio, facilime aliquid poſſum ſeparare propter amorem rerum propriarum.

5. Plato vtitur hypotheſi ſeu fundamento, quod tamen non eſt certum ſeu indubitatum, non eſt probatum etiam. Et Ariſtoteles hoc loco exhibet correctionem, modumque explicat, quo debeat fieri vnitas in ciuitate, nimirum inſtitutione, quæ tribus hiſce nititur: Philoſophia, educatione, ſeu moribus domeſticis, & legibus publ. Philoſophia heic accipitur pro ἐνεργείᾳ, quæ ſequitur habitum, ſeu pro cognitione vniuerſaliū, vt ſciamus, quanta ſit virtutis pulchritudo, quanta vitij deformitas. Philoſophia recte definitur rerum diuinarum & humanarum cognitio: Rerum diuinarum eſt Philoſophia Theoretica, humanarum vero practica. In omnibus rebus tria ſunt. 1. titubans quædam actio. 2. Habitus. 3. Vera actio ſeu Energia. Actio illa titubans ad habitum: Habitus ad actionem ſuam dirigitur. Ciues itaque ſunt inſtituendi iſta cognitione, deinde legibus domeſticis, ac deniq; legibus publicis. Nec enim paterfamilias pro ſuo libitu educare debet liberos.

6. Ratio eſt ab auctoritate & communi hominum opinione. Hæc enim Platonis Νομοθεσία non probatur ab hominibus.

7. Ab euidenti repugnantia propoſiti & operis. Plato ſibi propoſuit ciuitatem vnam facere, & tamen is ipſe cogitur eam in certas partes, & quidem diſſimiles, diuidere.

8. Communio illa nihil aliud eſt quam inſtitu-

Digitized by Google

tum quoddam Laconicum in φειδίτοις, idem cibus & potus fuit ſcilicet, à quo & ipſe Ariſtoteles non abhorret.

Δεῖ δὲ μηδὲ τὸ.) Iam reprehendit quædam à Platone prætermiſſa, quæ debuerat explicare, & alius non facile poterit explicare, quamuis ſit ſtudioſiſſimus Platonis. Deinde etiam præter communionem quædam male ſunt tradita. Prætermiſſa ſunt nimirum 1. quem modum aut formam Reſp. ſit habitura: Num Ariſtocratia vel Monarchia eſſe debeat. Nam Plato ſuam ciuitatem diuidit in duas potiſſimum partes, in quæſtuarios & cuſtodes: Et non exprimit, an hi omnia bona debeant habere communia. 2. non explicat, an etiam Reip. participes eſſe debeant, id eſt, adminiſtrationis Reipub. in pace & bello. 3. non explicat eorum inſtitutionē, quando debeant ab ineunte ętate inſtitui & educari, quæ tamen inſtitutio & educatio plurimū facit & ad corpora & ad animos. Hæc apud Romanos nō cuilibet concedebatur, ne ſcilicet viles homines exercitati facile ſeditiones mouerent. Deinde qui de Repub. ſcribit, debet maxime dicere de foro iudiciario, id eſt, de ijs, qui ad comitia veniunt, & Magiſtratus gerunt. Atqui de illis nihil Plato dixit, perinde ac ſi quis de homine ſcribat, & capitis, cerebri & cordis, quæ præcipuæ ſunt hominis partes, nullam velit facere mentionem.

Præterea cum Reſp. poſſit partim ab externa cauſa (vt bellis, vi hoſtili,) euerti, partim ab interna, vt ſeditionibus, non docuit, quomodo poſſimus illi reſiſtere, neque quomodo debeamus inter-

internos Reipub. morbos curare, eamque ab interitu liberare.

In Repub. Veneta tres ſunt ordines. 1. ſunt nobiles. 2. Mercatores. 3. Cottadini ſeu ciues. Ordo nobiliũ iterum eſt triplex Nobilitas enim ibi alia eſt antiquiſſima, cuius duodecim hodie tantũ exſtant familiæ, alia media, alia recentiſſima. Reprehendit præterea, quod non dixit, an etiam communio debeat eſſe inter quæſtuarios. Et nulla iuſta differentia erit inter hos ordines. Atqui ideo diſtributa eſt Reſpub. vt eſſet diſcrimen. Sed ſi omnia quæſtuarii habent communia, perexigua inter eos erit differentia. Deinde quęſtuarijs nulla re compenſabitur, quod perpetuo ferunt imperium à cuſtodibus populo, qui parere debet, muß man ein Speckſlein durchs Maul ziehen/ id eſt, tribuendum eſt aliquid plebeijs, vt ita deliniti, putent, ſe eſſe aliquid, ſi non ad honores in Repub. peruenire poſſunt, ſaltem ſuffragia illis ſunt concedenda. Et hæc ſunt machinamenta ſeu ſophiſmata Reipub. Alioquin facile ſecedent, & quid mouebunt in Repub. ac dicent, Wir müſſen auch ein mal auff den Herꝛn Stul ſitzen. Id quod apparet ex Reipub. Romanæ ſtatu, vbi plebs ſæpius ſeceſſit. Sic in Repub. Florentina elegit plebs Carminatorem Ducem, quo duce exſtirparunt pleroſque ciues: Ille autem, vbi euectus eſt, duriores illis leges poſuit, quam nobiles antea. Plato duas fecit Reſpub. vnam ſanam & ſimplicem, quæ conſtet tantum ex ciuibus, verbi gratia, vt quis ſit contentus neceſſario victu, Da einer verlieb nimbt mit einem ſtück Brots / vbi mutua vtilitas eſſet, & indigentia rerum ſuppleretur: Al-

teram tumeſcentem & mollem, & hæc ſecundario naſcitur, Sie müſſen in die Jarküchen gehen/vnd ein junges Gänßlein braten laſſen / vbi homines ſunt otioſi, ſind offt kranck/haben viel flüß/ gieſſen zu viel auff/etc. Sed ijs opus eſt milite præſidiario, qui defendant tales molles, Da heiſt es darnach / wie jener Imperator ſagte: Colite milites, vnd ſchriſt den andern ins Angeſicht. Sed eo modo etiam quæſtuarij ſunt ciues, & hos alteros quoque, milites nimirum, Plato ciuitate donat. Si igitur hoc eſt in vna, erunt duæ ciuitates. Nam ſi habent bona communia, illi propria quod pernities eſt, imò ipſiſſima peſtis ciuitatis.

Primo enim quando alij ſunt diuites, alij pauperes, eſt diſtractio.

2. Nullæ erunt vtilitatum communicationes. Nam quæſtuarij, quoniam toto vitæ genere diſſident à cuſtodibus, inter ſe non communicabunt vtilitates, ſed certabunt detrimentis. Reſpublicæ enim fere ſimiles ſunt animalibus. Vt enim animalia aſſidue inter ſe certant propter diſſimilitudinem, ita & nulla ferme eſt Reſp. quæ non aliam ſibi habeat infenſam propter diſſimilitudinem, verbi gratia, Democratia & Ariſtocratia maxime diſſentiunt à Regno propter diſſimilitudinem inſtitutor. & diſparem Reipub. formam. Hinc principes tantas cum ciuitatibus finitimis ſimultates exercent.

3. Omnia mala, quæ in aliis ciuitatibus ſolent exoriri ex impropriètate rerum eadem, erunt in ordine quæſtuariorum, cui concedit proprietatem.

4. Iſti

4. Iſti quæſtuarii erunt homines intolerabiles, ſi participes ſint Reipub. Aſperius enim nihil eſt miſero, cum ſurgit in altum. Si plebeii ad ſummos in Repub. honores perueniant, ſunt faſtuoſiſſimi, & valde intolerabiles. Es iſt jhnen der Schuch zu weit/ ſie fallen darein / vnd wiſſen ſich nicht darein zuſchicken/wie jener : Weib bey wem ligſt du ? Bey dir. Bey wem ligſt du ? Bey dir. Bey wem ligſt du ? Bey dir mein Mann. Ey du ligſt bey einem Rathsherꝛen/ ja bey einem Narꝛen. Sic Ariſtoteles in Rhetor. diuites ſuperbos eſſe docet. Præſertim νεόπλουτοι, id eſt, nuper facti diuites, ſunt faſtuoſiſſimi: Qui vero antiquas poſſident diuitias, vt nobiles, nõ ita ſunt intolerabiles. Quod ſi eos excludas, erũt valde cõtumaces, & refractarij. Nam mercatores nõ parebunt illis, qui forte ſunt pauperiores. Auctoritas eorũ, qui imperãt plurimũ imminuitur. Warumb/ ſprechen die Reichen / ſoll der Bettler mir imperirn? Sic Baſileæ noluerũt parere die Bettler dem Bettelknecht/ ſed obijciebant, illum ipſum eſſe mendicum, Was ſagten ſie/ wenn du nicht den Rock anhåtteſt/wereſt du eben wie wir. Et hæc ſunt incommoda, quæ ex prætermiſſione ſequuntur.

Ἐὰν μὴ ᾖ στιφρὸν.] Iam Ariſtoteles occurrit declinationi horum incommodorum. Dicat enim quis: His incommodis poteſt occurri more Cretẽſium, qui ſeruis ſuis, qui agros coluerunt, omnia conceſſerunt, præter armorum vſum & γυμναστικὴν, ne ſeditiones poſſent excitare. Hunc vero cuſtodibus ciuitatis permittit Plato, quia non poteſt tale quid in eos cadere. Vult enim eos Plato vbique æquitatis ſtudioſiſſimos eſſe. Si quis autem dicat:

Ego in genere quæſtuariorum volo quædam eſſe communia, quædam propria. Reſp. Hoc modo euertetur domus, quæ eſt fundamentum ciuitatis.

Ἀλλὰ μὴν εἴγε.] Nunc reprehendit quædam male tradita, & primo ſimilitudinem, qua oſtendebat, in eadem opera debere incumbere viros & mulieres. Similitudo fuit petita ab aliis animantibus. Canis fœmina, inquit, æquæ venatur ac maſculus, item fœminæ aues fortiſſime pugnant pro pullis, imo ſunt fortiores & rapaciores quam mares, & ideo voluit Lycurgus, virgines ſe exercere in Gymnaſtica.

Ἐπειδὴ φίλεις ἤ καί] 2. Plato vult eoſdem perpetuo imperare (ſed hoc eſt periculoſum) Deus enim in primo ortu aliis aliquid auri admiſcuit, & hi ſunt naturali vi atque prudentia præditi ad imperandum; aliis aliquid argenti, qui ſunt natura boni bellatores, etſiamſi illum oculum prudentiæ non habeant, vnd ich glaube/daß es daher komme/daß die Kriegsleut ſo gern Silber haben/ ſie ſtelen nicht/ ſondern ſie beuten nur. Aliis æs & ferrum, & illi ſunt nati ad agriculuram, mercaturam & opificia, &c. hac fabula nihil aliud voluit Plato, quam diſſimilitudinem ingeniorum in hominibus oſtendere: Vnde Cicero dixit: Maiorem eſſe diſſimilitudinem ingeniorum in animis, quam corporum. Iam ergo DEVS non immutat, quod ſemel fecit. Ergo qui ſemel natus eſt ad imperandum, ille imperabit. Vt enim metalla non tranſſubſtantiantur, ita nec ingenia hominum. At dicit Ariſtoteles in Rhetoricis, ſuaue eſt imperare, quod non ſolum ingeneratum eſt generoſis, ſed & vili plebeculæ, itaq; omnes volent

lent imperare. Honos eſt quiddam dulce, quod omnes volumus deguſtare. Verum poſſet aliquis reſpondere pro Platone. Non fœlices fore cuſtodes, ſi non habeant proprietates rerum. Etſi illi non ſunt fœlices, non tota Reſp. erit beata.

℞. Plato. Etiamſi partes non ſint beatæ ſingulæ, tamen totum poteſt eſſe beatum. Nam interdum in partibus non eſt quod eſt in toto, id eſt, interdum attribuitur toti, quod non attribuitur ſingulis partibus: vt ſenarius eſt numerus, par licet duo ternarij, ex quibus conſtat, ſinguli ſint impares. Acies aliqua poteſt eſſe cuneata, lunata, &c. nec tñ milites, è quibus illa acies conſtat, talem habent figuram, cunei videlicet vel lunæ, &c. ſic ſymphonia conſtat, verbi gratia, è Baſſo, Tenore, Alto, Diſcãto, nec tñ vna ex hiſce 4. vocibus eſt ſymphonia.

Audiuimus nuper, interdum aliquid toti ineſſe, quod non inſit partibus, & hoc fit in iis rebus, vbi aliquid effloreſcit ſeu emergit ex compoſitione vel ordine partium, qui ordo non eſt in partibus, ſed in toto, vt & compoſitio, ſic ſenarius eſt numerus par, licet ſingulæ eius partes ſint impares, nempe vnitates. Nec eſt quod dicas, imo ſenarius compoſitus eſt è binario & quaternario: Hoc enim eſt per accidens. Sic Symphonia ſeu concentus non eſt in vna voce. Interdum aliquid de omnibus partibus dicitur, quod non de toto dicatur, verbi gratia, fluuij omnes partes moueri dicuntur, ipſe tamen fluuius (vt Rhenus) ſemper in vno manet loco. Sic cœlum eſt immobile: Omnes tamẽ eius partes mouentur. Interdum aliquid eſt in aliqua tantum parte, & tamẽ dicitur de toto, vt Petrus dicitur ſimus,

mus, non quod totus ſimus ſit, ſed ratione naſi, qui curuus eſt. Sic Petrus eſt criſpus, rufus, cæſius, claudus, &c.

Hoc Theologi vocant comunicationem Idiomatum, ſi id, quod eſt in vna parte, attribuatur toti. Beatitudo igitur non eſt tale prædicatum, quod poſſit dici de toto, cum in neutra parte inſit Beatitudo. Ergo oritur ex compoſitione rerum.

Ad ſimilitudinem vero à Platone allatam reſpondetur: Aliud eſſe in beſtiis, 1. Quia ſolus homo habet domeſticam diſciplinam & curā rei familiaris, quiſq; vult habere res proprias, 2. Matrimonium eſt tantum inter homines, non inter animalia bruta, inter quæ eſt coniunctio ſolummodo. Inter animalia bruta non ſunt vxores, ſed fœminæ. In animalibus brutis ea tantummodo adſunt, quæ ex humana proueniũt inſtitutione. Memini me aliqñ Gifan. & Donell. audiiſſe acriter diſputare de hac quæſtione: An matrimonium ſit iuris naturalis, an vero iuris humani? Matrimonii fundamentũ eſt à natura, ſuperuenit poſtea inſtitutum humanum, quod ea, quæ minus fuerunt certa & definita à natura, cōſtituit ac definiuit, & certis legib. aſtrinxit illā nomine naturæ ἀοριστίαν. Deinde fœminæ humidiores ſunt quam viri, & hoc ideo à naturâ ita conſtitutum eſt, quia cum fœminæ in vtero alere dabeant fœtum, ideo neceſſe eſt, vt redundent ſanguine, quo ſanguine, cum fœtus alitur in vtero, & ex eodem ſanguine naſcitur lac, quo foetus iam editus nutritur. Fœmina etiam timidior eſt quam vir, qui, vt loquitur Ariſtoteles διὰ τὴν ἀνδρείαν ἀμιωλικώτερος eſt. Er fordet ein bald herauß. Fœmina eſt,

Digitized by Google

na eſt φυλακλικωτέρα, id eſt, ad rem familiarem tuendam aptior. Sie kehrt ein pfenning zweymal vmb/biß ſie jhn außgibt. Viri autem ſunt liberaliores. Viri, qui ſunt tenaciores, habent aliquid fœminini in ſe. Vir peregrinatur, lucratur & infert: Fœmina ea tuetur & cuſtodit. De viro illud prolatũ eſt. Im Schweis deines Angeſichts ſolt du dein Brot eſſen. Vir poteſt eſſe perfecte prudens, in illo poteſt eſſe τὸ τέλειον, In puero eſt τὸ ἀτελὲς, id eſt, principium prudentiæ, imperfecta prudentia, quæ tamen poteſt perfici progreſſu ætatis. At in fœmina non eſt τὸ ἀτελὲς, nedum τὸ τέλειον. ſed Ariſtoteles vocat ἄκυρον, id eſt, inconſtans, irritum, non perfectibile, vt in puero, non perfecta διάνοια, vt in viro. Hinc Cicero in Orat. pro Muræna, fœminam ob conſilii infirmitat ſemper indigere curatoribus affirmat. Darumb ſollen die Weiber mit der langen Naſen/ nicht auffs Rahthauß gehen. Quæ cum ita ſint, non debemus eadem ſtudia imponere viris & mulieribus. Cæterum notandum hîc, Platonem in multis ſequutum eſſe ſimilitudines & Metaphoras à rebus aliis petitas. Hinc Philoſophus poëticus fuit vocatus. Sed Philoſophus ex rei natura debet philoſophari, non ex metaphoris & ſimilitudinibus. Per propria rem tractare debemus, non per aliena, qualia ſunt ſimilia & metaphorica. Orator ſuperficialiter agit de rebus, & in vtramque partem diſputat probabiliter: at veritas non poteſt eſſe in vtraque parte.

Poeta voluptatem tantummodo quærit. Sic Ariſtoteles Democratem & Demoſtenem ridet, quod mare definiat ſudore terræ.

Non immerito Plato Ariſtotelem MENTEM.

CAP.

CAP. IV.

POſtquam Plato animaduertit, ſuam communionem non eſſe accommodatam hominibus. aliam excogitauit vſui humano accommodatiorem, Plato ſcripſit libros de Republ. ſiue de iuſto. Eſt enim iuſtitia anima Reipublic. & Reſp. eſt iuſtitia vniuerſæ ciuitatis : Deinde ſcripſit libros, quos vocat de legibus. Sic Cicero ſcripſit libros de legibus. Ergo nullo modo idẽ eſt, ſcribere de Rep. & ſcribere de legibus, ne dum vt illi, qui ſunt interpretes legum, tractent de Repub. inſtruenda. Politica. ἁπλῶς eſt in ordinanda & conſtituenda Republica.

Ariſtoteles autem etiam illam, quam de legib. ſcripſit Plato, Rempubl. reprehendit, & dicit ſe eſſe breuiorem, quia libri de legibus non niſi leges maxima ex parte contineant, non conformationem, ordinationẽ, aut exſtructionem Reipub. Deinde quia pauciſſima ſint diuerſa ab iis, quæ ante propoſita ſunt. Inde corollarium addit, & dicit, doctrinam Platonis habere quoddam maieſtaticum, eximium, venuſtũ, & multas nouas quæſtiones. Vtrum in laudem vel ignominiam dicta ſint, multi dubitant. Errata autem, quæ Ariſtoteles indicat ſecundæ Reipub. Platonis, alia ſpectant ad Materiam, alia ad Formam.

Ad Materiam quæ ſpectant 1. reprehendit multitudinem propugnatorum. Facit enim nobiles 5000. qui debent defendere Rempub. Hique ſunt otioſi, ſed illa multitudo eſt nimis magna pręter liberos & vxores, nullus fere eis ager ſufficiet. Atqui Plato fingit, ſe illam Rempubl. fingere pro

Republ.

Repub. Cretenſium, qui volebant educere colonias. Sed ille ager non ſufficiebat colonis, & tamen noluit Plato ab aliis frumenta importari, ne fortaſſe ciuium mores à peregrinis moribus inquinarentur.

2. Erratum Platonis, quod Ariſtoteles reprehendit, eſt in legibus ferendis, vbi duo ſpectari debent. 1. homines, quibus eæ leges feruntur, vt ſi ſint montani, marini, vel alii homines, aliæ atque aliæ leges iis ſunt ferendæ. 2. Regio ipſa eique vicina loca. In locis montoſis non poteſt aliquid effici equitibus, verbi gratia, Heluetii in ſua regione non poſſunt oppugnari equitatu, neque etiam ab exercitu grauis, ſed leuis armaturæ. Sic aliæ leges ſunt ferendæ Altorph. aliæ Venetiis. Zu Venedig treibt man keine Seuw auß. 3. Modus facultatum definitur à Platone: Modum ait facultatum eſſe conſtituendum, vt ciues poſſint viuere temperanter. Quid hoc eſt? Die beim Speißmeiſter zu Tiſch gehen/ viuunt temperanter: Wann einem das Meſſer vnter den Tiſch iſt gefallen/ biß er ſich darnach bücket / vnnd widerumb auffhebet / ſo find er ſchon nichtsmehr in der Schüſſel:

Sed Ariſtoteles ait, temperanter viuere eſſe interdum laborioſe & miſere viuere. Igitur oportuiſſet aliter definire, videlicet ex habitu virtutum, id eſt, temperantia quo ad nos, vt ego non abutar illis bonis; & liberalitate, quo ad alios. In bonorum diſtributionibus ſemper illa duo verſantur. Igitur modus facultatum ex iis definiendus fuiſſet.

4. Plato nihil de numero ciuium ſtatuit, in quos tamen diſtribuit æquis portionibus bona.

Plato

Digitized by Google

Plato vnicuique aſſignat duo domicilia, ſed poteſt fieri. vt tibi naſcantur filij quinq;, octo, vel plures, &c. hic nullos habeat, ibi maxima orietur inæqualitas. Et facile hoc modo familia redigitur ad paupertatem, id ꝙ apparet ex multis familiis. Atq; hæc eſt cauſa, cur quidā principes non nubant, ne videlicet, ſi complures fiāt, redigantur tandem ad familiam Comitum. Hinc etiam apud veteres crebræ fuerunt expoſitiones infantum, ne onerarentur familiæ multitudine liberorum. Ideoque Plato reprehenditur, quod nihil de multitudine liberorum ſtatuit, cum procreatio liberorum magnas habeat in Rep. difficultates. Si enim libera eſt, ſoboles naſcitur in infinitum, & inde paupertas familiæ. Quod ſi vero maximo natu omnia bona dantur, ſicuti in Anglia maximus natu bona poſſidet paterna, quid reliqui agent pauperes? Coguntur vel huic ſeruire, vel fieri mercatores: vel Taſchenklopffer & piratæ. Sunt enim homines ἐνεργητικοὶ factio, ſi nati ad bellū & acrimoniā quandam, non otioſi & ignaui. Hinc ſeminarium Catilinarium, harr ſprechen ſie / wir müſſen dem Alten ein wenig den Pelz außklopffen. Interdum & fratris vitæ inſidiantur. Nobilis quidam Francus dicebat: Frater meus cum ſit primogenitus, omnia fere bona à patre relicta poſſidet ſolus, kőnte es nicht ſeyn/ daß ich auch primogenitus würde? Si videlicet fratrem meum globo traiicerem: qui pauperes ſunt nati, etiam malefici ſunt, beſchiſſene vnd betrogene Leut / ſed non audent moliri res nouas contra Remp. Quapropter Ariſtoteles dicit, melius Phydonem legiſlatorem Corinthium definiuiſſe modum

dum liberor.& reliquit libertatem facultatum augendarum. Sed dices: Plato putauit illam multitudinem poſſe compenſari. Nam etſi quis VIII. habeat liberos, alius forſitan erit, qui nullos habebit, & ille poterit adoptare nonnullos ex illis VIII. Deinde quod in aliis ciuitatibus non ita ſit definitus numerus liberorum. Sed Reſp. poteſt, fortaſſe fieri, vt poſt multos elapſos annos iterum quilibet accipiat illos agros, quos habebant 5000. ciuium: Sed quid interea fiet, multæ ſeditiones mouebuntur.

Quod autem alias Reſpublicas attinet, quod ibi etiam non definiatur numerus ciuium: Reſpond. verum quidem eſſe, ſed nec numerum facultatum ibi præſcribi, neq; maiori tantum filio bona relinqui, vt cæteri egere cogantur. Ideoq; non parem eſſe rationen. Propterea etiam neceſſe eſt, vt aut nimia paucitas fiat, aut nimia multitudo, quod vtrumq; eſt pernitioſum. Nam ſi nimis multi naſcantur ciues, ne notitia quidem, nedum amicitia inter illos erit, quod tamen vtrumq; maxime requiritur. Sic ſæpe Cic. teſtes exagitat, quod ignoti ſint. Quod ſi vero certus numerus definitus ſit, facile poteſt clade affici Reſpub. vt Spartæ accidit: Et ſi ſemel victi ſint bello, non poterunt ſe recolligere, aut cogentur ſeruos accipere pro militibus.

5. Peccatum Platonis: Ille vult imperantes antecellere debere iis, qui imperio parent, id eſt, aliæ virtutes debent eſſe eius, qui imperat, & aliæ eius, qui paret: Sed quare tamen, & quibus virtutibus debeat antecellere perſpicue non explicat, ſed tantum pro more ſuo per ſimile indicat, nimirum ta-

d lem

lem debere eſſe rationem, quæ inter ſtamen & ſubtegmen, vt imperantes ſint quaſi ſtamẽ, vt habeant aliquid firmum & ratum, id eſt, prudentiã: Wann ſie ſich nider ſetzẽ / ſo ſollen ſie zuuor den Bart wiſchen/ in iis vero qui parent, obedientia requiritur, ne ſint duræ ceruicis & ἀνθογνώμονες ſeu ἰδιογνώμονες, Solche Leut die kein Gleich im Hirn haben / id eſt, die jhnen den Kopff nicht bald biegen laſſen/ wie die Zaunſtecken.

6. Plato permittit vnicuique ſuas facultates amplificare vſq; ad quintuplum. Ergo dices, poterunt id habere reliqui filii. ℞. Sed vbi habitabunt, quia immobilia ſemper manent: Nemo poteſt habere pluſquam duas domus aut minus. Nullam autem huius quintupli Plato rationem reddit.

7. Reprehendit Ariſtoteles in Platone, quod cuiq; ciuium duas ædes in Repub. ſua aſcripſerit. Quia hoc & moleſtum eſt, & difficile. Nam res domeſtica non bene ſe habet, & facile facit detrimentũ, & neq; inſeruit diſciplinæ, neq; rei familiari. Sed põt occurri pro Platone, quod alteram domũ voluerit eſſe pro primogenito, ſi nimirũ is ducat vxorem, vt alteram inhabitet. Sunt enim perpetuæ rixæ & lites inter ſocrum & nurum. Itaque ad illa incõmoda euitãda, Plato duas voluit eſſe domus.

Ἡ δὲ σύνταξις ὅλη.] Iam de iis agit, quæ in forma Reipub. Platonis reprehendit. 1. autem, quod Ariſtoteles in Platone reprehendit, hoc eſt, quod Plato poſt optimam Reipub. formam, quam in libris de Iuſto deſcribit, optimam eſſe ſtatuit eam, quæ conſtat ex Tyrannide & populi poteſtate. Ea ratione, quia, vt Tacitus dicit, neque integram

ſeu

Digitized by Google

ſeu nimiam libertatē hominum ingenia poſſunt ferre. Degenerãt enim in licentiam: neque etiam nimiam ſeueritatem, Man läſt ſich auch nicht gern in ein Bockshorn treiben. At ſi Reſp. conſtet partim ex Tyrannide, partim ex Ochlocratia, neq; libertas nimia conceditur, neque nimia ſeruitus imponitur. At, inquit Ariſtoteles, eiuſmodi forma non eſt Reſp, nedum vt optima ſit forma Reipub. Imo non tantum non eſt Reſp. ſed eſt potius labes Reipub. Cum itaque ſit labes Reipub. hæc duo, Tyrannis nempe & ὀχλοκρατία, nō poſſunt efficere Rempub. ſi quis ita argumentaretur: Non bonum eſt in corpore humano nimia caliditas, neq; etiam nimia frigiditas, concilabo itaq; hydropem, qui frigidus eſt, & febrim, quæ calida eſt. At hydrops & febris non ſunt duæ ſanitates, ſed ſunt labes corporis. Sic Tyrannis & Ὀχλοκρατία, poſito; quod non ſint labes Reip. ad minimum tamen duæ ſunt deterrimæ Reipub. formæ. 2. Forma illa Reipub. Platonis non eſt conflata è Tyrannide & Democratia, ſed potius eſt media quædam inter Tyrannidem & Democratiam. Nam ſi inſpiciantur ſtatuta illius Reipub. efformata eſt potius ex Democratia & Olicharchia. At hæc quoque non eſt optima Reipub. forma. Aliæ enim ſunt meliores, partim, quæ magis ſunt mixtæ, partim quæ minus ſunt mixtæ, verbi gratia, Reſpub. illa Laconica è tribus formis mixta erat, è regia poteſtate, ex Ariſtocratia & è Democratia. Duo enim erant reges ex familia Herculis, qui duo Reges præ ſe ferebant tyrannidem. Deinde 28. erant ex ſenioribus, qui Ariſtocratiam. 3. Quinq; erant Ephori è plebe, qui Democratiam.

Deinde illæ meliores ſunt, quæ minus ſunt mixtæ, vt quę magis ſunt Ariſtocraticæ, & magis purę. Reſpub. Noribergenſis non eſt Ariſtocratia, ſed Ariſtocratica, id eſt, magis vergit ad Ariſtocratiam. Reſpub. Platonis magis inclinat ad Oligarchiam, pro hoc argumento, quia Magiſtratus ibi creantur è diuitibus, omnia ibi magis fauent diuitibus, & certi ordinis viris. Sed in Ariſtocratia fit votis & ſuffragiis. In Democratia ſorte eliguntur. Creatio magiſtratus, quæ ſorte fit, minus eſt inuidioſa, quam quæ fit ſuffragiis. Sors enim putatur à DEO gubernari. In ſuffragiis multum interdum poteſt gratia & odium. Electio ducis Veneti, die gehet wunderbarlich in einem Irrgarten herumb/ vt videre eſt apud Contarenum. Eſt prudentiſſimum inuentum, quisquis eam inuenerit ſeu excogitarit.

CAP V.

EXaminat Ariſtoteles Rempub. Phaleæ Chalcedonii. Phaleas Chalcedonius Philoſophus fuit, & homo priuatus, id eſt, non verſatus in Rep. gubernanda, vt nec Plato nec Ariſtoteles, ſcripſit tamen de optima Repub. id eſt, vt beata ſit & bene ſe habeat. Licet autem ſcripta huius Phaleæ ad nos nō peruenerint, egregium tamen ipſum fuiſſe Philoſophum, vel ex hoc patet, quia Ariſtoteles eius argumenta de Repub. examinare non dedignatus eſt. Nec enim Ariſtoteles Deos minorum gentium inſectatus eſt. Ille etiam omnia fere poſuit in bonis ciuium recte conſtituendis, ſicut magna ingenia hoc viderunt, quod propter meum & tuum

Digitized by Google

tuum magna in ciuitate mala naſcantur. Fuit autem eius inſtitutum, vt æquatio fieret bonorum immobillium, vt initio ſtatim æquis portionibus diſtribuerentur & retinerentur, & vt patrimonia non poſſent abalienari: Hoc enim modo futurum vt paupertas, vnde nil niſi maleficia in Republ. proueniunt, euitaretur. Mobilium vero bonorum nullum facit mentionem. Hæc autē Phaleæ Reſp. non multum differt à ſecunda Platonis Republ. In eo tamen differunt, quod Plato etiam de mobilibus intellexerit: Locutus eſt enim de immobilibus & mobilibus: hic tantum de immobilibus, vt ab initio æquarentur bona immobilia. Licet autem difficile ſit, eiuſmodi bonorum æquatione inſtituere in ciuitatibus iam conſtitutis: Facile tamen id effici poſſe Phaleas exiſtimat, nimirum hac lege, vt diuites elocando filias ſuas dotem darent, pauperes vero non darent, ſed acciperent dotem, & hoc modo etiam ditarentur. Atque ita pauperum filiæ ſolummodo virtuti, pudicitiæ, caſtitati ac formæ ſtudebunt. Sed Ariſtoteles æquationem bonorum in elocandis filiis non poſſe fieri docet. Diſtrahuntur enim nobilium familiæ, & filiæ elocatæ pauperibus multa de ſuis clamabunt diuitiis, & non parebunt viris. Nam qui dotem accipit, is libertatem vendit. Contra hanc Phaleæ Remp. Ariſtoteles plurima obiicit. 1. nihil prodeſt æquatio bonorum, ſi non etiam ſimul definiatur numerus ciuium & filiorum, quam definitionem Phaleas omiſit. Lex enim aut ſemetipſum tollit, aut paupertas erit in ciuitate.

Dicet quis: Ergo tu nihil commodi putas inde

accedere? Imo non negat hoc Ariſtoteles,ſed non ſatis eſt, niſi alia multa accedant inſtituta. Sola æquatio bonorum ſine aliis inſtitutis videntur magis nocere quam prodeſſe. Qui educati ſunt in diuitiis, ſi ad paupertatem redigãtur,fieri vix poteſt, quin priorum commodorum memores, res nouas moliantur. Es gibt gemeinlich Catilinas.

Aequatio bonorum ad conſeruandam Remp. prodeſt,ſed ita,ſi modus ſit preſcriptus diuitiarum & paupertatis.Summe diuites ſunt oneri Reipub. multos habent clientes, & facile Oſtraciſmum mouere poſſent ac Rempub. occupare.

Non conſultum eſt, multos in Repub. habere Fuggeros. Intereſt etiam Reip. ne quis ſua bona pro lubitu prodigat,& ita ad paupertatem redigatur.

2. Non præfinis neque addis, quantum ciues debeant habere bonorum, ne vel labrioſe & miſere; vel luxurioſe, & delicate viuant. Bona ſunt definienda ad vſus ciuiles, vt videlicet ciues non ſolum poſſint viuere temperanter, ſed etiam liberaliter, cum in pauperibus ſubleuandis, tum in liberaliter amicis tractandis.

3. Tu nihil dixiſti, quomodo velis ciues tuos ab ineunte ætate educari & aſſuefieri. Atque per hoc temperantur ipſorum cupiditates,id eſt, cupiditates ſiue radices illæ, cum plus cupimus poſſidere, coercentur. Vt Spartani nunquam fuerunt auari, quia ab initio ita fuerũt educati: ſed ambitio ſemper apud illos fuit, vt nec Romani, qui contempſerunt vaſa illa aurea,& auri pondera Samnitum bonam educationem.

4. Præter-

4. Prætermiſiſti rationem honores diſtribuendi, quorum tamen ingenium hominis natura eſt cupidiſſimum. Plures naſcuntur ſeditiones ex ambitione ſeu nimio honorum ſtudio, quam ex auaritia. Nobiles viri proportione Geometrica volunt diſtribui honores, vulgus vero arithmetica ęqualitate, ꝙ non poteſt ferre generoſa natura. Illi ſemper damnāt proportionem Arithmeticam, ſed in honoribus minime. Itaque in honoribus diſtribuendis habenda eſt dignitas perſonæ, & proportio obſeruanda eſt Geometrica: Arithmetica vero in cōmerciis & contractibus, vbi videlicet res cum re æſtimatur.

5. Alia etiam ſunt prætermiſſa. Iſtud tuum quod affers poteſt quidem ſedare leuiores iniurias & aliquas ſeditiunculas, grauiores vero non tollit. Triplex eſt genus iniuriarum, & triplex etiam earum cauſa. Interdum enim fit iniuria propter indigentiam, ſi quis videlicet non habeat tantum, quantum ſatis eſt ad depellendam famem. Et huic malo occurrere poteſt ęquatione bonorum. Interdum fit iniuria ex peruerſitate ingenii & peruerſa educatione: Vt ſi quis habeat quiden vnde vitam ſuſtentet, ſed cupiat viuere delicate, poſtquam eiuſmodi farinæ homines abligurierunt ſua bona, ſo gibts Catilinas. Huic malo non eſt remedium bonorum æquatio. Tertium iniuriæ genus non eſt naturalis, ſed inanis quædam cupiditas, quando videlicet quis deſiderat obrui & circūfluere voluptatibus, & habere omnia ad nutum, omniaque cupit poſſidere. Et hinc fiunt tyranni & homines iniurioſiſſimi, in quibus omnis iniuſtitiæ idea quę-

dam relucet. Primo malo mederi poteſt æquatione bonorum; altero temperantia & bona educatione; tertio vero non niſi Philoſophia, quæ ſuperditat αὐτάρκειαν & vacationem à doloribus, ac voluptates ſinceriſſimas, quas Tyranni deſiderant.

6. Prætermiſſum eſt, quod Phaleas in bonis definiẽdis omiſit illũ reſpectum, qui eſt 1. ad externa pericula, id eſt, hoſtes. Modus enim eſt adhibendus, vt Reſpub. tantum poſſideat, quantum ſatis eſt. Nec enim ciues in Repub. tam tenuium debẽt eſſe facultatũ, vt ad pares vindicandos exercitum alere nequeant, nec committendum etiam, vt nimiæ in vrbe ſint diuitiæ, quæ potentiores ad opprimendam eam incitent, Wans vber die Nürnberger gehen ſolte / da würde mancher ſein Pferdt ſatlen. Niſi etiam definiuiſti de æquitatu, peditatu, claſſibus, propugnaculis, mœnibus. Deinde nihil dixiſti, quomodo ciuitas ſe gerere debeat erga amicos externos, cũ quibus ei ſunt cõmercia. Hęc duo ſunt, quæ conſiderari debent in Rep. nempe amici & inimici, quæ abs te prætermiſſa ſunt.

Ἐστὶ μὲν οὖν τι τῶν,] Iam in fine cap. ſunt duæ aliæ argumentationes, 1. De honoribus, quod non habuit vllam rationem honorum ab ingenio hominum politiorum, & ab improbo ſtudio hominum plebeiorum, in quibus cupiditas augeſcit ſemper; Vnde iniuriæ & ambitio naſcitur. Eſt enim infinitũ quid ambitio, 2. de ſeruis publicis, quos voluit eſſe mancipia publicia, bello capta ſiue empta. Tunc enim ſi ſerui ſe incipiant numerare, væ vobis, vti Seneca ait, pręſertim ſi ſint notati certis ſignis & certis veſtibus induti. Nam ſi maior ſit numerus

Digitized by Google

merus ſeruorum quàm ciuium, facile poteſt Reſp. opprimi à peſſimis illis nebolonius. Leges ſunt accommodandæ Reipub. non Reſpubl. legibus. Si quis inſtituere velit Democratiã, leges ferre debet Democraticas, non Ariſtocraticas. Si quis ex eo, qui bilioſus eſt, reddere velit magis ſanguineum, eiuſmodi cibos ipſi præbeat neceſſe eſt, qui faciunt nõ ad bilis, ſed ad ſanguinis generationem. Cupiditates ſunt principia & cauſæ actionum. Vitruuius de ſeipſo dicit: Ego id habeo quod aliis præſtatur à ſummis diuitiis, id eſt, ἀπέρκεια eſt in me, habeo quod volo. Sic Diogenes in forum aliquando prodiens, cum plurimos plurima cum ementes tum vendentes videret, exclamabat: Deus bone, quam multis non indigeo! Dom. Hotomannus. p. m. libris inſcribere haud raro ſolebat: Beatus eſt non qui habet quæ vult, ſed qui quæ non habet, non vult. Gymnaſtica recta puerorum inſtitutio noſtro tempore prorſus eſt abolita. Plebeii homines maximè viuunt ex cupiditatibus.

Idiota] Interdum ſignificat priuatum, & qui non gerit Magiſtratum, interdum hominem humilem, viliorem; interdum ſignificat indoctum, prout exponitur huic vel illi.

CAP. VI.

EXaminat Ariſtoteles Remp. Hippodami. Hippodamus Mileſ. Philoſophus fuit vir ingenio clariſſimus, ſed nõ exercitatus in Repub. fuit ſummus Architectus. Hic inuenit vrbium ædificationem & diſtinctionem. Multum enim refert vrbem aliquam diſpoſite eſſe ædificatam, vt videlicet domus in ea æqualiter ſint exædificatæ, & omnes pla-

teæ inter ſe faciles & expeditæ, ita vt vbique fere quadriuium ſit, vt in Germania videmus Vratiſlauiam, in Italia Florentinam ædificatam. Ariſtoteles autem hic poſt elegantem Hippodami deſcriptionem tria eius inſtituta oppugnat, licet decem recenſeat. 1. vult eſſe in ciuitate 10000. ciues, ſi numerus ciuium in vrbe nimis auctus ſit, fit vt ipſi ſe inuicem non norint: ſi ſe inuicem non norint, quæ pôt eſſe inter ipſos amicitia. Numerus tamen non nimis paruus quoq; eſſe debet, alioquin hoſtibus non poterunt reſiſtere. Hoc non impugnat Ariſt.

2. Diuidit ciues in opifices, agricolas & propugnatores ſiue milites. Hos putauit omnes ciues. Sed vere ciuis eſt penes quem τὸ κύριον eſt in Repub. id eſt, qui compos ſeu particeps eſt publicæ poteſtatis, ſi non re & actu, ſaltem poteſtate. Cæteri, qui publicę poteſtatis non ſunt compotes, ſuplementum potius ciuitatis & indigenæ quam ciues ſunt. Et licet ciues vocentur, hoc tamen fit magis ἀπάτης χάριν, zum ſchein. Eſt ſophiſma politicum, Ein Speckſlein durchs Maul gezogen.

3. Omnem agrum in tres partes ſecauit, in ſacrum, publicum, & priuatum. Sacra pars agri fuit, vnde ſacerdotes alerentur. In omni enim Repub. videas religionem coli: Hîc Plutarchus ait: Terra ſeu ſolum non æquè eſt fundamentum vrbis, ac religio Reipub. Publica pars agri alebat propugnatores, priuata, agricolas & opifices.

4. Exiſtimabat tantum tria legum genera debere eſſe, quia tria ſunt genera iniuriarum. Am Leib / Ehr vnd Gut / etc. Enumerat leges iudiciales, vbi quæſtio de mutatione legum. Leges illæ erant tantum de contumelia, damno, iniuria & morte.

5. Hæ

5 Hæ leges erant penes ſummum iudicium, quod conſtabat ex ſenibus. Senes vſu rerum valent, & cupiditates in ipſis iam deferbuerunt.

6. Voluit vota colligi per tabellas, quibus quis ſcriberet, in quantum reus condemnandus eſſet, aut ſi abſoluendus eſſet inanem tabellam relinqueret, ne iudex cogatur peierare, eodem modo & Romani habuerunt tabellas, quibus, ſi reum abſoluendum iudicarent, A. ſcriberent; ſi condemnandum C. ſi cauſa nõ ſatis liqueret N. L. Hodie apud veteres ſunt vrnæ, Wie ein Beutel der drey Fächer hat/ ꝛc. quarum hæc abſol. eſt, illa condem. &c.

7. Introduxit, remunerationem benemeritorum, vt qui aliquid Reip. vtile inueniſſent, publico honore afficerentur.

8. Inſtitutum, vt liberi, quorum parentes pro patria mortui erant, publice alerentur. Hoc fuit valde bonum inſtitutum ad animandos in pugna milites. Et habemus exemplum notabile Heluetij alicuius. Cum non ita pridem ab hoſtibus premerentur Heluetij, vnus ex ipſis magna vi haſtarum correpta in hoſtem irruit, & totam aciem fregit, hac ſpe, vt ſui alerentur publice. Hodie cum nulla præmia ſint propoſita rem bene gerentibns, peſſime res noſtræ adminiſtrantur. Apud Romanos pœnæ erant propoſitæ ignauis militibus, vt illis ſanguis publice mitteretur cum magno dedecore, quem potuiſſent cum honore profundere.

9. Vt comitia ex his decem millibus fierent, magiſtratus eligerentur.

Ex his conſtitutis tria oppugnat: Et primum quidem ita: Hac ratione vna tantum erit pars ciuitatis,

uitatis, præpugnatores ſcilicet, cum hi tantum arma tractent. Illi enim, qui non habent, erunt in horum poteſtate. Illi autem cum ſe videbunt negligi, Rempub. non amabunt, niſi aliud commodum mitiget illos. Illa autem Reſp. diu non durat, in qua non omnes ordines amant præſentem ſtatum.

Muretus reprehendit hîc Ariſtotelem, dicens: parum bona fide eum in ſcriptis veterum adducẽdis, cum apud Stobæum, qui fragmenta collegit, dicatur, Hippodamus Remp. ſuam diuiſiſſe in Gubernatores, Bellatores, & eos, qui neceſſarias artes exerunt. Putat vir, aliàs amantiſſimus Ariſtotelis, eum cuſtodes Reip. ideo omiſiſſe (qui tamen ſunt animus Reip.) vt haberet quod exagitaret prauo ſtudio in Hippodami Rep.

Victorius reſpondet: loqui Ariſtotelem hîc de Hippodamo Mileſio, Stobæum de alio quodam Hippodamo Ionico, quem iterum irridet Muretus. Sed nihil hiſce opus eſt. Breuiter vt dicam: Ariſtoteles nõ dicit omiſſos gubernatores, alias ſeipſum refutaret, cum mentionem faciat fori, iudicum, ſenum, ad quos appellatur.

Non obiicit hoc Hippodamo, quę Muretus dicit. Quare igitur dicas, plura Hippod. fecit genera ciuium Reſpond. ἀξιόλογα tantum adfert Ariſtoteles. Nam aliud eſt agere de partibus ciuitatis, & aliud de partibus Reip. Illius partes ſunt hominum multitudo, quæ inter ſe conuenit vtilitatum comunicandarum cauſa. Reſp. vero eſt conſtituta in parendo & imperando. Hic igitur reprehendit Ariſtotelis diuiſionem ciuitatis, alibi, vt ap. Stobæum, eſt

diuiſio

Digitized by Google

diuiſio Reip. verbi gratia, diuido hominem in cor, epar, &c. alibi in partes ſimilares, organicos. Hæc diuiſio eſt materialis, alibi formatio. Ita multi alij hodie præcipites ſunt in reprehendendo Ariſt. vt Matonius in 2. poſt. cap. de cauſis, vbi Ariſtoteles in Mathematico exemplo demonſtrat per Mathematica, cum Mathematica omnia abſtrahat à materia. Cui alias ſatis r eſpondemus. Refutat ſecundo Areſtoteles Hippad. quod arbitri & iudicis officia confuderit, cum ſint diuerſa. Iudex non confert cum alio ſententias, ſed ex animi ſenſu iudicat. Arbiter, qui ex compromiſſo conſtituitur, cum altero ſententias confert.

Tertium quæ refutat| valde εὐπαθέστατον eſt, de benemeritor. in Rep. remuneratione. Habet hæc res maximas calumnias: ita enim inter nos comparatum eſt, vt quotiescunque res nobis proſpere ſuccedunt, odia, ſeditiones, quæ ſunt peſtes Reip. naſcantur. Cæterum hîc alia implicita eſt quæſtio: An leges patriæ facile debeant mutari, & præmia proponi mutantibus illas? Ariſtotel. pro more primum affirmat, poſtea negat, demum concludit.

Probat igitur mutandas 4. argumentis. 1. A genere eſt & pari: In aliis enim ſciētiis prodeſt. Quod in Rep. vel hac ſcientia ſunt leges, hoc in alijs ſunt præcepta. At res paulatim creſcunt, & incrementum ſumunt.

Ita & leges: Ita videmus Noribergenſes leges de pupillis à Venetis accepiſſe, mutatis ſuis.

Τὰς γὰρ ἀρχαίους.] 2. ab euentu: Leges enim antiquas ſimplices eſſe & Barbaricas. Veteres enim non fuerunt homines ita aſtuti, verſuti ac multiplices, vt ho-

vt hodie: ita ẽt inſtituta ipſorum plena fuerũt mu-coris & ſtoliditatis. Barbarum inſtitutum hîc vocat Ariſt. tempore pacis arma vel gladios geſtare, quod recte mutarunt omnium primi Athenienſes. Videntur enim illi, qui in procinctu ſunt, confundere tempora pacis & belli.

3. A ſummo fine ſeu ſcopo legum, vt Reip. ſalutem includant. Quæritur enim, quid conducat ſtatim, quid vtile ſit, non quid patrium, &c. quid antiquum.

Magnum & floridum corpus raro conſiſtit cum ſapientia. Plato: Septentrionales homines ſunt robuſti, Auſtrales parui & ingenioſi. Videntur tamen Rom. cum ſapientia robur habuiſſe coniunctum, Afros vicerunt robore, Celtas & Germanos viribus ſapientiæ.

Primi homines omnium fuerunt deformiſſimi. Reſpondit quidam Italus, idque hoc pacto comprobauit: Cum Deus initio formare cœpiſſet homines, non ſtatim perfectiſſimos formare potuit, ſed tyrocinia artis poſuit in deformibus.

4. Argumentum eſt à materia legum, quæ ſunt actiones hominum, quæ ſane infinite variant. Eſt enim in finibus cricumſtãtiarum acceſſus & receſſus. Multa in fraudem legum excogitantur, & ſemper à malitioſis hominibus rimulæ aliquæ inueniuntur, quæ ſunt obſtruendæ.

Exemplo ſint leges ſumptuariæ in conuiuiis nuptialibus, quoties per malitiam hominum mutari debeant. At res proprie ſic dictæ verſantur in ſingularibus, in vſu ſcilicet, non vero in præceptis. Sunt enim hæc vniuerſalia. Doceo enim vniuerſe

ita

ita vel ita eſt curanda febris. Ita etiam leges in actionibus vt ſingularibus verſantur, cum tamen ipſæ ſint vniuerſales. Et hæc Dialectice quidem diſputat Ariſtoteles.

Ἄλλον δ᾽ τρόπον,] In alteram partem diſputat Ariſtotiles, non eſſe mutandas leges, & quidem argumento firmiſſimo, & ex principiis, natura ſcilicet legis, deducto.

Nota hîc Cum Ariſtoteles vnum tantum argumentum pro veriori ſententia adferat, deteriorem cauſam ſæpe verboſiorem eſſe, contra bonam parcam & paucis contentam. Si patriæ leges mutentur, aſſueſcunt ciues non parere. Lex autem nihil eſt, niſi ipſi pareatur. Quædam tamen peracta ferenda ſunt in Repub. quia non (vt cum Cicerone loquar) viuitur cum perfectis hominibus. In ſumma: Omnino mutari non debent niſi magna & oculis conſpicua vtilitas appareat.

Hinc Plato, niſi totus populus conſentiat, vel niſi oracula omnia ſciſcitentur, leges mutari non deberi. Quin commoda inde oriantur, videmus in corporibus eorum nutrimentis & inſtitutis, quæ ſi mutentur, vt moriantur. Exemplo ſit Paulus 4. & Sixtus 6. Pontifices. Cæterum ſi mutandæ ſint leges, paulatim id fieri oportet.

Quemadmodum, vt Cicero dicit, orbis ſine ſonitu domitus eſt, ita etiam leges ſine ſonitu mutandæ, non, vt ille apud Dion. loquitur, amputandæ ſunt. Et hoc conſuetudine aſſequimur. Homines vere militares facilius poſſunt aſſuefieri legibus. Eſt enim militiæ diſciplina rigidior & ſeuerior.

Et hæc de Repub. Hippodami.

CAP.

CAP. VII.

HAbuimus hactenus Reſpub. quæ doctorum virorum cogitatione conſtitutæ ſunt. Iam venimus ad eos, quæ reuera exſtabant, florentiſſimas quatuor. Fuit autem tum in ore omnium Reſpub. Spartana. Igitur illam 1. ſumit Ariſtoteles examinandam. Deinde fuit Cretenſium, quæ fuit antiquior. Nam Lycurgus pleraque ſumpſerat à Cretenſi Repub. Poſtea Carthaginenſium, quæ erat maximo in flore. Romana nondum erat, ſed creſcebat. Denique Athenienſium Reſp. Spartana tota militaris & ſic inſtituta, vt ibi optimi eſſent milites.

Examinat autem non vt ab initio fuit inſtituta, neque vt poſtea à Lycurgo correcta, ſed vt ſeſe habebat tempore Ariſtotelis. Nam Reſpub. ſemper labuntur. Poſt Lycurgum illa Reſpub. valde fuit mutata. Nam Reges ſunt mutati ex familia Herculis: illorum poteſtas valde fuit imminuta, cum iam facti eſſent immoderati. Poſtea quinque Ephori ex plebe etiam electi, Meiſter Hans/ Meiſter Mats. Igitur examinat etiam, quomodo erat ſuo tempore. Tempore Lycurgi nondum erant Ephori.

In omni Repub. duo ſunt conſideranda, 1. An ſit optima? 2. Si non eſt optima, an media illa, id eſt, leges & inſtituta ſint apta ad illam formam, quam quis reſpectiue optimam eſſe putat? Perinde ac ſi volo inſtituere Academiam, primum laboro, vt ſit optima, quod ſi illa fieri non poteſt, volo vt hoc vel hoc modo ſit optima, verbi gratia, vt doceatur Græca & Latina lingua. Iam videndum, an omnia media recte ſeſe habeant cum ſuo fine. Sic in examinanda virtute alicuius dogmatis vel analytice exami-

examinamus, an ſit illud dogma verum per ſe; vel examinamus vtrum illæ argumentationes, quibus quis vtitur, ad id dogma probandum inter ſe conueniant, nec cum concluſione pugnent.

Euidens ratio eſt conuincendi aduerſarium, ſi ad contradicentia deducatur: Ita Plutarchus Stoicos conuicturus, dicit, quod ipſi ſecum pugnent: Et ſcripſit librum de pugnantia Stoicor. Reſpub. Spartana, quia militaris fuit, non fuit optima. Beatitudo enim ex omnibus virtutibus effloreſcit non ex fortitudine ſolummodo.

Primum ergo Ariſtoteles examinat quædam; quæ ad materiam pertinent. Materia Reipub. eſt domus, in qua hæ quatuor partes ſunt conſiderandæ: Dominus & ſeruus, maritus & vxor, pater & filius, ac denique res familiaris. Poſtea ad formam deſcendit, nempe Magiſtratus, Reges, Ephoros & vigintiocto ſenatores. 1. Quod attinet ad herum & ſeruum, inter omnes conuenit, nempe eum, qui Rempub. inſtituit, curare debere, vt ciues, qui debent eſſe compotes Reipub vacent ab operibus ſordidis, vt agricultura, &c. Debent enim qui Reip. inſeruiunt, toto animo dediti eſſe honeſto: ſed opifices & alii magis intenti ſunt vtili. Et honeſtum & vtile bonum quoddam eſt, ſed hoc expetendum eſt propter aliud, illud vero per ſe & propter ſe. Hinc etiam fit, quod in illis ciuitatibus, vbi eſt Democratia, eliguntur plerunque, qui ſunt aliquantum ditiores, ne in ſenatu cogitent, Wie ſie wöllen ein par Schuch verkauffen. Et hac in re laudatur Lycurgus, quod interdixit ſuis ciuibus omni arte quæſtuaria, ne impedirentur ab exercitiis mili-

taribus. Et hoc omnis legislator curare debet, ne egeant Magiſtratus & Sacerdotes. Toto animo oportet mens humana incumbat in vnam rem, quam agat, vnde nulla eſt Philoſophia in Germania quia nulla habet ſtipendia. Noſtri quidem putant, ſe artem militarem facile poſſe diſcere. Militem eſſe eſt ars æque difficilis ac quælibet alia ars. Hinc cũ ſocii Lacedæmoniorum conquererentur, quod tam pauci ſumerentur ex Lacedemoniis milites, Ageſilaus in maximo campo omnes iuſſit conſidere: Deinde præconem iuſſit clamare, ſurgant figuli, poſtea ſurgant ſutores, piſtores, &c. nullus Spartanorum ſurrexit: Ad extremum ſurgant milites, & ſurrexeruntSpartani. Ergo etiam oportet habere vacationẽ operum, vt poſſis diſcere hanc artem. Sed hoc improbat Ariſtoteles, quia debet Legislator etiam aliquid docere, quod agant, in pace, alias bellis ciuilibus ſeipſos conficient. Habuerunt quidem Ilotas. Erãt autem οἱ εἵλωτες deuieti à Lacedæmoniis, & illi erant proprii ſerui, qui duriſſime tractabantur, ſordidiſſimas artes omnes cogebantur facere, erãt buſtrigoſi. ſed hoc non bene fuit inſtitutum. Nam illi ſerui quantum potuerunt aduerſis caſibus Lacedæmoniorum inſidiati ſunt, memores priſtinæ libertatis: excitarunt bella ciuilia, aggregarunt ſe ad hoſtem. In pace ẽt hoc multum intereſt, quomodo tractẽtur ſerui: Nam ſi nimis duriter, infideles, ſi nimis leuiter, inſolentes fiunt. Igitur obſeruandum ne mancipia ſumamus eiuſdem nationis. Illi enim facilime conſpirant, qui eiuſdem ſunt linguæ, poſtea etiam eiuſdem animi fiunt, qui ſe inuicem norunt.

Digitized by Google

runt. Cretenſibus autem quod nihil tale accidit, cauſa eſt, quia fuit Inſula, & quælibet Reſpub. habet ſuos ſeruos.

11. Quod ad virum & vxorem: Spartæ fuit ἄνεσις in mulieres, quarũ maxima & immoderata fuit licentia, fuit γυναικοκρατία, Die Männer haben alle ſie Mann geheiſſen / quæ res fecit vt eſſent intemperantes, libidinoſæ & delicatæ, &c.

2. Fuerunt quidam Spartani bellicoſi, ſed fœminæ fuerunt dominatrices, Es hat geheiſſen/ Hans bücke dich heruber/ laß dir ein Produckt geben.

3. Erant audaciſſimæ, ſpirabant Martem volebant eſſe militares. Præterea etiam fuerunt pulcherrimæ, adeo vt in prouerbium abierit, Equus Theſſalicus, fœmina Spartana.

Ex his omnibus tandem ſequuta fuit Auaritia in ciuitate. Nam etſi Lycurgus hoc prohibuerit, tamen licentia fœminarum illud effecit, vt viri auaritiæ ſtuderent. Fit etiam plerumque, vt homines bellicoſi ſint obnoxii fœminis: Hinc illa Martis & Veneris coniunctio apud Poëtas.

Contra hanc licentiam hoc loco diſputat Ariſtoteles, & Plato etiam vehementer perſtringit, cum diſputat contra Bachanalia. Facilime ait excuſari Bachanalia Athenienſium, ſi modo ſpectes Rempubl. Spartanam, in qua quotidie talia celebrantur Bachanalia. Et Ariſtoteles docet, omnes bellicoſas nationes hoc habere, vt quanto bellicoſiores ſint, tanto magis ſint obnoxiæ fœminis. Debuiſſet & fœminis ſuas leges ponere, non ſolum viris. Debet eſſe εὐνομία. Tunc autẽ eſt εὐνομία, quando omnibus ordinibus leges ſunt cõſtitutæ,

 & eiuſ-

& eiuſmodi quidē leges, quæ ſint à cuiuſuis ingēnio & moribus deſumptæ: Aliæ enim leges ferendæ ſunt viris, aliæ mulieribus, aliæ iuuenibus, aliæ ſeruis.

In quibus Rebuſp. ea, quæ ad mulieres pertinent, male conſtituta ſunt, iis dimidia beatitudinis pars deeſt. Fœmina ebria ſtatim proſtituit ſuum pudorem, qui pudor tanquam frenum quoddam à natura ipſis datus eſt. Inſtrumentum voluptatis eſt peccunia. Fœminæ Spartanę omnes erāt Iunones: Aſt ego quæ diuum incedo Regina, &c. fœmina, quatenus fœmina, eā partem animi, qua cōſultamus, τὸ βουλευτικὸν, habet infirmam, & affectibus dedicata eſt, τὸ παθητικὸν, ideo ad gubernationem minus apta eſt. Thebani viuo Epaminonda floruerunt, illo mortuo defloruerunt, ante ipſum vero non floruerunt.

Audacia nuſpiam vtilis eſt. Audacia in bello ſi eſt vtilis, id fit ex euentu; Lycurgus legislator Spartanis nō niſi ferream concedebat pecuniam, vt hac ratione & auaritiam illis adimeret, & voluptates, quarum inſtrumentū eſt pecunia. Scopus conſtitutionis Reipubl. Lycurgicæ erat 1. continentia 2. Laborum Tolerantia 3. Fortitudo 4. imperii propagatio. Fuit enim Reſpub. Lacedemoniorum militaris. Continentia ſeu temperantia via eſt ad laborum tolerantiam. Laborum tolerantia via eſt ad fortitudinem. Fortitudo via eſt ad imperii propagationem. Spartani tantum erāt homines vxorii, die jhren Weibern mit vrlaub ins Geſäß ſchloſſen. Fœminæ Spartanę veſtitu vtebantur laſciuo, Sie waren bloß biß an die Knie. Erant

ἀνδρο-

ἀνδρομανεῖς, id eſt, libidinis furorem viris accendebant. Spartana Reſp. floruit, non tã quod Reges bene poſſent imperare, quam quod ciues bene poſſent parere, vnde Xenephon: Si obedientia vſpiam requiritur, in bello requiritur. Eſt enim in bello genus viuendi abſciſſum, Es heiſt ſtracks: henck auff. Militaris multas continet virtutis partes, id eſt, præparationes ad virtutem, continentiam, tolerantiam laborum. Plato fœminam dicit eſſe animal quoddam medium inter virum & beſtiam: eſt animal ſemirationale. Fœmina enim habet τὸ βουλευτικὸν ἄκυρον.

Mala iſta fœminarum dedeorant per ſe Remp. & nocent etiam. Ex auaritia ſecuta eſt ſumma illa inæqualitas poſſeſſionum per fœminas, inde etiam exilium Reipubl.

Fœminarum iſta intemperantia fecit, vt viri fierent auari: ex illa auaritia poſtea ſecuta eſt paupertas: ex paupertate ſeditiones inter ciues ipſos. Et cum cæderentur ab Epaminõda, non potuerunt ſe poſtea amplius recolligere, Sie ſind abgebüſſt worden propter male conſtitutam Remp. Nam ciues nimis fuerunt pauci. Reſp. Romana etiamſi grauiſſimas acceperit clades, vt verbi gratia, Cannenſem, ſemper tamen ſe recollegit. Sic Veneti, cum accepiſſent cladem à Rege Galliarum, vix ſe potuerunt recolligere. Reſp. Veneta non eſt militaris, ſed ſtudioſa pacis. Si bellum ipſis infertur, militem aſciſſcunt & conducunt peregrinum, ſtipendiarium, & aliunde euocatum. Romani rebus aduerſis erant animoſiſſimi.

III. Ariſtoteles circa patrimoniorum & poſſeſſionum diſtributionem reprehendit in Lycurgo

Digitized by Google

inæqualitatem bonorum, quod aliqui nimis multos, aliqui autem nullos aut admodum paucos haberent agros. Etiamſi enim Lycurgus initio agros ciuitatis æqualiter inter ciues ſuos diſtribuiſſet; & vt iſta æqualitas ſeruaretur, lege prohibuiſſet, ne cui liceret agros ſuos vendere, aut ab aliis agros emere, nullam tamen dedit legem de donationibus & exhæreditatibus. Poſt Lycurgum vnus vir iraſcitur ſuo filio, qui erat homo auſterus, non erat placabilis: itaque legem tulit ad populum, quæ minime videbatur aduerſari Legibus Lycurgi, de donationibus. Spartani, qui auari erant, facile propter fœminas conſenſerunt, quod peſſimo exemplo factum eſt: nam hac ratione vna familia exhauſta eſt, altera ſupra modum locupletata. Indè factum vt Reſpub. paucos haberet ciues, qui poterant obire munera vel in bello, vel in pace. Illi enim cogebantur aliquid contribuere; qui non poterat, nō erat princeps vllorum munerum Reipub. Multi autem non potuerunt, & inde paucitas ciuium.

IV. Reprehendit aliquid in procreatione liberorum. Legislator Spartæ inuitauit ciues præmiis propoſitis ad procreationem liberorum. Qui enim tres procreauerat filios, à muneribus ciuilibus erat immunis, Ward Steuwer vnnd Wachtfrey / qui quatuor, omnium munerum vacationem habebat. Hoc quidem recte factum eſt, & hac re potuiſſet occurri paucitati ciuium, ſed ab altera parte aduerſatur æquatio bonorum.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ.] Iam ſequuntur ea, quæ ad Formam pertinent. Ephori non fuerunt tempore Lycurgi

curgi, ſed poſtea erant creati. Quod Romæ erant Tribuni plebis, id Spartæ fere erant Ephori, qui creabantur & à populo & è populo, non à Regib. aut ſenatoribus. Plebs enim habebat vim ſuffragii.

In Ephoris reprehendit Ariſtoteles quinque I. Quo ad ipſorum perſonas: ſæpe enim eligebant homines admodum viles & pauperes: neque mirum, quia eligebantur & à populo & è populo, populusque ſuis fauet. Et ob id erant eæ venales & muneribus corrumpebantur, qui accepta pecunia prodiderunt Rempub. Argenteis haſtis pugna, & omnia vinces. Pauperes corrumpuntur partim propter egeſtatem, partim etiam propter auaritiam: Deinde diuites liberaliter ſunt educati, poſſent facilius contemnere talia. Ephororum Magiſtratus erat annuus.

II. Quod ad ipſum Magiſtratum, id eſt, quod ad ipſam ἐφορείαν, erat enim Ephorum nimis immanis & tyrãnica poteſtas. Poterãt imperare ipſis Regibus, & vigintiocto ſenioribus, poterant imperare, vt Reges ducerentur in carcerem, & capitali pœna afficerentur. Habebant poteſtatem de omnibus rebus etiam grauiſſimis ſtatuendi. Hinc ſequuta eſt adulatio. Nam & Reges, & 28. ſeniores, & omnes denique ciues cogebantur ipſis adulari. Nihil autem ſeruilius eſt adulatione, & nihil magis dedecet generoſum ſpiritum, eundemque atterit. Adulari fuit ſane turpe, præſertim in Rep. militari. Ex iſto Ephorum Magiſtratu oriebatur euerſio ſeu conuerſio & mutatio Reip. Primum enim forma Reip. Spartanæ erat Ariſtocratica, & Magiſtratus ille 28. ſeniorum, quem γερουσίαν vocabant, præmium erat vitæ bene actæ. Iſta Reſpubl.

Digitized by Google

Ariſtocratica, inducto Magiſtratu Ephororũ, conuerſa fuit in Democratiam. Et plerumq; homines decipiuntur per τὸ παρὰ μικρὸν. Et vt homines paruum paruo addentes diteſcunt: ſic paruum indices de magnis abſumentes, depauperantur.

III. Reprehendit puerilem rationem eligendi Ephoros. Omnis populus cõuocabatur in vnũ aliquẽ locum: huic loco adiuncta erat domus aliqua clauſa, in qua erãt ſcribæ & auditores. In locũ illũ, vbi populus erat congregatus, introibant ij, qui honorẽ illum ἐφορείας petebant: quãdo itaq; aliquis eorum introibat, populus acclamabat, & adplaudebat, id eſt, vel pauciores vel plures vel omnes. Hunc applauſum audiebant illi ſcribæ & auditores in illa domo coniuncta, qui neſciebant, quinam eſſet ingreſſus, & ſic hac quidem in parte nulla era προσωποληψία, & ſcribebant: maximum applauſum habuit, verbi gratia, primus, maiorem adhuc quintus, minorem tertius, &c. Et poſtea quinque illi, qui maiorem præ cæteris habebant applauſum, Ephori creabantur.

IV. Ephori hi quinque maximam habebant poteſtatem exercendorum iudiciorum, cum tamen eſſent homines plebeii. Iudicabant de fortunis, de fama, de capite ciuium. Poterant iudicare ex ſua mente (non erant aſtricti legibus) quæ ſæpe erat corrupta vel ſpe, vel metu, vel odio, vel amore, vel improbitate, præterquam quod erant homines imprudentes & iuris imperiti.

V. Diſſolutam ipſorum viuendi rationem, quæ plane pugnabat cum inſtituto Lycurgi. Non ſolum omnis Luxuria per ſe mala eſt, & eos corrumpit,

rumpit, qui luxuriantur, ſed etiam exemplo nocet aliis.

Forma Reip. Spartanorum erat in tribus illis Magiſtratibus, nempe in duobus Regibus, quinque Ephoris, & vigintiocto ſenioribus. Vide de his Cic. lib. de ſeneĉt. vbi inquit. Apud Lacedæmonios quidem ij, qui ampliſſimum magiſtratum gerunt, vt ſunt Ephori, etiam nominãtur ſenes. Et hoc ſenum conſilium vocabatur γερουσία. Ephori poſt Lycurgum creati fuerunt, vt erant vicarii Regum: ſed paulatim viam ſibi munierunt ad regiam poteſtatem, & ſenſim in ea irrepſerunt. Vulgus ſemper amare ſolet Arithmeticam æqualitatem. Grauior eſt & intolerabilior pecuniæ largitio ſeu corruptela in egentioribus, quam in diuitibus. In his enim corruptionis cauſa eſt ſola auaritia: in illis cum auaritia tum etiam egeſtas. Homines enim egeni propter egeſtatem vendibiles ſunt & corruptibiles. Ein junger Menſch kennet die Welt noch nicht/non nouit ad huc mirabiles & reconditos hominum affectus; hoc enim longo vſu diſcitur. Imperii ſeptemviri, quos Ephoros Imperii nonnulli vocant, ideo conſtituti ſunt, vt nimiam imperatoris poteſtatem refrenent & cohibeant. Atque hæc 1. de Ephoris.

Ἔχει δὲ καὶ τὰ.] Nunc ſecundo loco examinat collegium ſenum, quod dicebatur γερουσία. Die 28. alte Herren. In hunc Magiſtratũ eligebantur ii, qui per totam vitam ſe bene geſſerant. Erat præmium virtutis & vitę bene actæ in bello. 2 qui erant tenaces inſtitutor. Lacedæmonum. Inſtituit ipſe Lycurgus hunc Magiſtratum ad refrenandos Reges, qui non

Digitized by Google

niſi ex Herculis proſapia creabantur. Ariſt. in illis quatuor deſiderat, quorũ quædam ad finem, quædam ad principia pertinent. 1. eſt quod iſte Magiſtratus eſſet perpetuus. In Gallia iudices Parlamenti perpetuo, id eſt, per omnem ſuam vitam hoc munere funguntur. Quæritur in Polit. vtrum ſit ex vſu Reip. vt Magiſtratus aliquis alicui perpetuetur? Ariſtoteles hoc non concedit. Primo enim ſi omnes illi, qui coaptantur in illud collegium, eſſent viri probi & prudentes, periti rerum, eſſet aliquo modo tolorabile, vt per totam vitam gererent Magiſtratum, ſed non ſemper ſunt boni viri, prudentes & periti in hoc genere Magiſtratus. Nam reperti ſunt qui muneribus, gratia, odio, amore, ſpe, metu, improbitate corrupti, multa etiam fecerunt contra Rempub. Nec etiam omnes ſunt prudentes, ita vt facile nauem poſſint euertere. Es iſt nicht gnug daß es einer gut meine / neceſſe eſt vt etiam prudens ſit, non ſolummodo vir bonus. Hinc Cic. Cum Pompeius aliquem ad officium imperatoris contendentem commendaret à probitate, reſpondit: Quare igitur non facis tutorem tuorum liberorum, ſignificans: in bello non tantum requiri probitatem, ſed & prudentiam.

2. Quia ἡ διάνοια, acies animi, vna cũ ętate hebeſcit, in aliis magis, in aliis minus: hinc illud: Bis pueri ſenes. Inter duces Venetos vnus erat Georgius de Ponte, in quo prudentia per ætatem non erat collapſa. Erat enim 96. annorum. Et legatos ipſemet ſemper audiuit, iiſque reſpondit, nec acies animi in illo erat facta hebes, niſi ſemeſtri ſpatio ante obitum.

3. Quia

Digitized by Google

3. Quia ſi Magiſtratus vni perpetuetur, reliqui qui & ipſi ad hunc magiſtratum eſſent idonei, non poſſunt fieri participes, & hoc parit odium inter ciues & ſemina inuidię & odii in aliorum animis ſeruntur.

4. Ne illis detur poteſtas improbe aliquid machinandi aut moliendi. Si quis ſeditionem vel cōſpirationem mouere velit, longo tempore ad hoc perficiendum indiget. Hinc Auguſtus proconſulatum noluit eſſe diuturniorem quinquennio. Nam mēs humana aſſueſcit imperio, & poſtea quis inuitus deſcendit. Hoc vidimus in Pompeio, cui prorogatus eſt Magiſtratus ad tempus 5. annorum. Hodie in Galliis perpetui ſunt iudices Parlament. in quibus tamen nō adhibetur talis proba. Et Magiſtratus omnes fere ſunt venales, ideoque iterum etiam vendunt. Nam ſi iure emuntur, iure etiam venduntur rurſus, quod certe nō approbaret Ariſtoteles, ſi viueret. Sed dices: Vſus rerum homines fecit peritos: igitur non ſæpe ſunt mutandi magiſtratus: Nam peritia res gubernandi hominibus innaſcitur. Reſpond. Verum quidem eſt, ſed ſciendum, in rebus politicis nihil poſſe tam certi conſtitui, quod non habeat difficultatem & incommoda quædam coniuncta. Sic quoque hoc caſu non ſolum eſt hoc commodum, ſed ſunt præterea etiam alia commoda. Itaque non poſſumus diluere omni ex parte, ſed illam amplectimur partem, quæ minora habet incommoda. Cic. ait: Nihil poteſt conſtitui, quod non incurrat in difficultates. Sic ſæpe in phyſicis diſputatur de rebus difficilimis, & ſi vtraq; ſententia per probabilia probatur

tur arguměta, tunc etiam ſententiam admittimus, quæ probabilioribus confirmatur. In Theoreticis illam amplectimur ſententiam, quæ minus habet abſurdi, in politicis, quæ minus habet incommodi.

11. Ariſtoteles in Magiſtratu ſenum id improbat, quod fuerint iſti ſenes ἀνεύθυνοι, id eſt, nõ cogebantur rationes reddere vllarum rerũ, in Magiſtratu ſuo geſtarum. Non cogebantur rationes reddere in pecunia ſolummodo, ſed prorſus in nulla re. Sed magnum eſt homines continere in officio, quod fit ſi cogaris finito magiſtratu rationẽ rei geſtæ reddere. Et in adipiſcendo & in gerendo Magiſtratu homini iniectus eſſe debet aliquis metus. Apud Romanos erant iudicia repetundarum. Sic apud Venetos poſt ſedecim ſeptimanas finito magiſtratu cuiq; licet accuſare Magiſtratus. Hoc non erat apud Spartanos.

Dices: Imo iſti vigintiocto ſenes corrigebantur ab Ephoris? Reſpond. Ariſtoteles. Nos quærimus ciuilem, non violentam & militarem corrigendi rationem,

In bello ſunt morbi acuti. In accutiſſimis autem morbis ſubitanea opus eſt medicina. Igitur omnes accuſabuntur & cogentur rationem reddere. Reſpond. Omnes illi, qui poſſunt corrumpi muneribus gratia, odiis, &c. Princeps non præſumitur odiis, gratia vel muneribus corrumpi, licet interdum principes ſoleant vendere munera.

Apud Romanos erat illa poteſtas data vt liceret accuſare, etiam nobiliſſimum & ampliſſimum ciuem, qua in re ſolebant iuuenes exercere ſuam eloquen-

loquentiam, quod reprehendit Halycarn. ſed neminem licere accuſare hoc non eſt vſui.

III Reprehendit ineptum modum creandi, de quo ſupra dictum eſt. vide Plutarch.

IV. Coacti ſunt omnes petere & ambire illum Magiſtratum: nec enim is vlli, niſi petenti, dabatur. Hoc reprehenditur. Nam in Repub. viri probi & prudentes plerunque hoc habent, vt quanto magis quis dignior ſit & prudentior, tanto magis eum pudeat petere pecuniam, honores, dignitatem. Plin. Bona ingenia debilitat verecundia. Plerunq; impudentes ſunt illi, qui petunt honores & dignitates, In magiſtratibus emendandis, dignis res eſt committenda, ſiue petant ii, ſiue non petant.

Digni aũt ſunt, non quia ſunt diuites, non quia in aliis de Rep. bene ſunt meriti: ſed quilibet magiſtratus requirit certas quasdã animi dotes, nẽpe in magiſtratu hæc tria requiruntur; probitas, prudẽtia, & naturalis aptitudo, vt ſint idonei. Romæ quidem, petebant Magiſtratum, ſed tamen dabantur etiã iis, qui non petebant, imo inuito interdum & abſentib. Admiratione diuitiarũ Romanor. mores paulatim fuerunt corrupti. Nam labente Rep. in campo Martio publicas habebant menſas ad emendos & vendendos Magiſtratus, quod dicebatur prenſare.

Hæc autem res alit ambitionem. Quæritur, an ambitio ſit ex vſu Reipubl. ℞. Ambitio multa præclara efficit, verbi gratia, vt aliquis fiat celebris. Das ſein Nam auch auff die Buchläden komme/ præclaros edit libros. Lycurgus in ſua Repub. ambitionem ſeuit, vt hac ratione ciues ſuſciperent atque

Digitized by Google

que ederent facinora egregia. Quæritur, inquam, an ambitio, id eſt, immoderatũ honoris ſtudium, è re ſit Rerumpublicarum? Polybius hac de re diſputat. Duæ ſunt potiſſimum Rerump. peſtes, Auaritia & Ambitio. Si quis iniuriã mihi faciat, adulterium committendo cum mea vxore, iſta iniuria ad me potiſſimum ſpectat, non ſpectat principaliter ad Rempub. Et ſi vxor mea ſit meretrix, Reſpub. propterea non euertitur. Quæritur itaque an vtile ſit aliquam Rempub. inſtitui ad ambitionem. Polybius ita diſtinquit: Si Reſpub. aliqua vult eſſe αὐτάρκης, id eſt, contenta ſua libertate & ſuis bonis, non opus eſt in ea ambitione. Sed ſi Reſpub. à Legislatore ad hoc inſtituitur, vt fiat Domina rerum, in ea ſane ambitio requiritur. Reſpub. Romana & Spartana debuerunt eſſe ambitioſæ, Reſpub. Veneta & Noribergenſis ſunt αὐτάρκεις, ideoque in iis non eſt alenda ambitio.

Verum hæc Polybii reſponſio adhuc diſtinctione indiget, hoc modo: Studium honoris vel eſt veri honoris, qui è virtute floret, & virtutem vt vmbra corpus ſequitur: imo hic honor etiam fugientes ſequitur: ad hunc honorem omnis Reſpublica debet adſpirare, qui honor, vt modo dixi, eos ſequitur, qui ſtudio amoris flagrant. Vel eſt eiuſmodi honoris, qui ſequitur non virtutem ſed poteſtatem, ſi ciues aſſuefiant ad talem honorem, pernitioſum eſt Reipub. Immoderata enim eiuſmodi honoris appetitio gignit ſeditiones. Nam quilibet vult eſſe ſuperior. Pompeius parem, Cęſar non ferre priorem poterat. Auaritia & ambitio ſunt duo perennes fontes omnium malorum in rebus humanis.

Digitized by Google

manis. Sunt quidem alia vitia, ſed hæc ſunt iniuriæ priuatæ, non Reſpub. euertitur. Ergo totius ciuitatis ambitione naſcitur Reipub. vel conuerſio ſeu mutatio vel euerſio. Igitur non excuſatur Lycurgus, quod ambitionem inſeuerit Reipub. Moderatum honoris ſtudium in Repub. prodeſt; ſed ſi ſuos excedit limites, vehementer nocet. At homines vix poſſunt modum tenere. Quapropter etiamſi ambitio ſit vtilis ad profligãdum hoſtem, ad propagandum imperium, &c. Ceſſantibus tamen poſtea bellis externis, parum prodeſt ad artes pacis alendas, & ad domeſticam diſciplinam conſeruandam: ſed ciues capita inuicem collidunt. Magnitudine imperii & ambitione ciuium labebatur Reſpub. Romana. Nihil fere in rebus humanis poſſunt conſtitui, quod non incurrat in difficultates. Propoſitiones Mathematicæ ſunt omni exceptione maiores, verbi gratia, lineæ à cẽtro ad circumferentiam ductæ inter ſe ſunt æquales. Hæc propoſitio procedit in omni circulo. Diß iſt war geweſen vor 1000. jahren / iſt noch war / vnd wirdt allezeit war bleiben / ꝛc. Propoſitionum politicarum eſt alia ratio. In politicis eam ſententiam debemus amplecti, quæ minus vrgetur malis ſeu incommodis: in ſcientiis theoreticis è probabilibus propoſitionibus eam amplecti debemus, quæ minus abſurdi ſecum trahit. Ariſtotel. Oportet eum, qui dignus eſt Magiſtratu, ſiue velit ſiue nolit, Magiſtratum gerere. Hanc ſententiam, vtpote præclaram, Walſerus in rebus ſuis Vindelicis allegat.

περὶ ἢ βασιλείας.] Tertius Magiſtratus fuit regnum, ex duo-

ex duobus Regibus. Herculis familia ſeu prc ſapia biſida fuit,& ex illa in Rep. Spartana duo eligebātur Reges, & quidem primogeniti. Hi habebant exiguam poteſtatē in pace , ſed maximam in bello. Et quia illis diffidebat Lycurgus, noluit hoc committere vni,ſed duos conſtituit.Etſi enim ſciebat ex optima eſſe familia natos,& bene educatos: tamen etiam ſciebat, familias ſæpe degenerare. Nam quędam arbores ſunt,quæ ſingulis annis fructum ferunt, quædam ſunt , quæ non ſingulis annis fructum ferunt: ſic familiæ interdum φορὰν habent præſtātium virorum, poſtea euenit, vt ignaui & monſtroſi ex eo prodeāt homines, das ein familia auff die Neige gehet: Interdum rurſus effloreſcit. Iccirco,inquam noluit vni poteſtatem hanc Regiam committere. Et ne hi duo abuterentur ſuâ poteſtate, adiunxit illis 28. viros.

Quæritur vtrū vtile ſit ciuitates & ſacerdotes humanas parere alicui? De hac quæſtione dicemus in lib. 3. Tacitus, inquit, Diſcordantis patriæ nullum aliunde remedium, niſi vt vnus aliquis gubernet: In bello ſatius eſt,vni adminiſtrationem eſſe commiſſam, quia præcipites ſunt occaſiones in bello: & ibi ille Hom. verſus valet:

Οὐκ ἀγαθὴ πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

In pace interdum, pro populi videlicet ingenio, ſatius eſt plures Rempub. adminiſtrare, quia res ibi admittit deliberationem, nec ita ſunt præcipites. Poſito quod conſultius ſit habere Regem ſeu Principem ſeu Monarcham (non enim iam; controuertimus de vocabulis) quæritur iam an is ſit eligendus, an vero ſpectandus ſit ex natalibus, vt ſit he-

ſit hæreditarium regnum? Ariſtoteles dicit, præſtare ſemper eligi potius. At contra Bodinus valde exagitat Ariſtotelem ob hanc rem in gratiam ſui Regis,& exiſtimat; commodius eſſe Regnum hæreditarium, vt eſt Gallicum,quã electiuum(Bodinus vir fuit multę lectionis,ſed aliquo modo iudicium ei defuit) Ariſtoteles dicit,ex ſuis factis,& vita, quemlibet eſſe eligendum.Pro Ariſtotele facit, quod nulla familia tam præſtans ſit, quæ non aliquando degeneret. At pro huius quæſtionis diſcuſſione hic præſciendum eſt: Aliud eſſe rem ſpectare in ſe & abſolute, id eſt, ſine conſideratione circumſtantiarum;aliud rem conſiderare vnà cum ſuis circumſtantiis. Abſolute: vt quæritur,an debeat fieri Regis electio? Cum circumſtantiis, vt quæritur, an debeat fieri Regis electio à tali populo, hoc tempore? &c. Aliud itaque eſt, vt modo dixi, rem conſiderare volitantem in nubibus & Mahematice, id eſt, abſtracte; aliud concrete, id eſt, cũ ſuis circumſtantiis. Illud igenii potius eſt & acuminis; hoc vero graue iudicium requirit. Si abſolute hanc quæſtionem conſideremus, dicendum, præſtare electionem; quam vt regnum ſit hæreditarium. Electio enim ſemper eligit virum, non puerum; præſtantem virtute, non ignauum. Et ſic loquitur Ariſtoteles in ſpecie de Spartana Repub. non in genere, quia apud Spartanos nullus erat vſus pecuniæ, erant frugales omnes ciues: At ſi is eſt populus; vt largitionibus ſe corrũpi patiatur,præſtat ſucceſſio hæreditaria: itẽ vbi periculum eſt in mora, itidem hæreditaria ſucceſſio potius eſt amplectenda quam electio, quæ multum

requirit temporis. Maximil. Imperator, fæliciſſimæ memoriæ, 28. tonnas auri effudit in eam rem, vt ſuffragiis poſſet eligi Rex Poloniæ, ſed Batorius ipſi erat prælatus. Oportet igitur non cõnſiderare circumſtãtias, hic populus eſt monticula, piſcatorius. &c. Sic Carolus v. cum Hiſpani conquererentur de ebrioſitate Germanorum, qui in iiſdem caſtris erant, & vt legem de illa poneret, inſtarent, reſpondit: Si inhiberem potationes Germanis, idem eſſet ac ſi vobis furta & rapinas.

Καλῶς δ' οὐδέ.] Lycurgus conſtituit concœnationes, vt omnes eodem modo commederent, partim ad deuinctionem hominum, & vt notitia atq; familiaritates inter eos conciliarẽtur (vnde φιδίτια quaſi φιλιτία dicta ſunt) partim ad frugalitatem comparandam, ad quæ quilibet tantum vini & frumẽti, &c. contribuebat, quantum à Legislatore præfinitum erat. Et qui non poterat contribuere, non fiebat capax Magiſtratus. Fiebat autem, vt qui pauper vel multos habebat liberos, nõ tantũ poſſent contribuere, aut ſi vellet fieri particeps Reip. vt maximo cum detrimento rei familiaris contribueret, inde exacerbationes & odia naſcebantur inter ciues. Populus enim in participando è Rep. vrget proportionem Arithmeticam, dem Armen wie dem Reichen/dem Reichen wie dem Armen. at in contribuendo proportionem deſiderat Geometricam. Contra diuites in honoribus proportionem vrgent Geometricam; in oneribus vero Arithmericam. Der Arm ſol eben ſo wol 2. Pfen. von der Maß Vmbgelt geben/als der Reiche. Et ita ſemper in vna ciuitate duæ ſunt ciuitates. Ariſtot. autem

Digitized by Google

tem vult in Repub. ex publico fieri tales contributiones, quæ colligebantur ex decimis.

Καὶ οὐδ' ἦ] Spartæ adhuc commoramur diutius forſitan, quam pro opinione veſtra, diutius ſane quam pro mea opinione. Pulcherrima Reipub. inſtitutio me tam diu Spartæ detinuit, vos fortaſſe mulieres & virgines, quæ ibi erant pulcherrimæ. Sed vt in textu pergamus: Leges debent ciues inſtituere & aſſuefacere. Virtutes enim Ethicæ ſunt virtutes aſſuefactionis, ſed leges de omnibus virtutibus debent eſſe; debent aſſuefacere ad temperantiam, clementiam, &c, vt Lycurgus tantum ad militarem fortitudinem eos auefecit, forte ſplendore huius virtutis ductus, vt omnes leges eo referret, & omnia eo reducta ſunt, vt eſſent victores, curſu ſe exercere inſtituit, conglobare agmen, relaxare agmen, &c. vt Romę quotidie ſeſe exercebant in campo Martio, ita domi etiā ad temperantiam. Sed hæc virtus bellica non eſt tota virtus, oportet ciues ita inſtituere, vt ſint apti & ad tempora belli, & ad tempora pacis.

Tempora autem pacis diuiduntur in ocium & in negotium ciuile. Si igitur ciues ſint educati tantum ad artem militarem, florent dum bella gerunt, ſed dum domi viuunt, nullam virtutem norunt.

Igitur opera danda eſt, vt ciues & ocium honeſte ac beate poſſint traducere, & etiam negotia ciuilia honeſte ac beate tractare.

Bellum gerimus, vt pace fruamur. Ergo pax eſt præſtantior quam bellum, & per conſequens artes pacis præſtant artibus bellicis. Magis itaque ciues

f 2 inſti-

inſtituēdi ſunt ad artes pacis, quam ad artes bellicas. Finis ſemper eſt præſtantior quam id, quod ad finem dirigitur. Eſt, vt dixi, tempus pacis duplex, otium ſeu receſſus; & negotium, ſeu munerum publicorum adminiſtratio. Ciues alii ſunt ſplendidiore ingenio, alii ſunt plebeii. Romę, vt ciues plebeii potiſſimum bene otium traducerent, exhibebantur ipſis comœdiæ & tragœdiæ. Hinc ille comœdus: Bonum eſt Imperator populum circa nos diſtineri. Ciues præſtantiores tempore otii aliud tractabant, vel philoſophabantur, vel migrabant in villas. Iuniores præſertim eloquentiam vel δικαστικὴν exercebant. In aliis locis Muſicam exercebāt: nam & Muſices ſtudium honeſta eſt recreatio. Sic nobiles honeſte ocium tranſſigunt venationibus, quæ belli ſunt præmeditationes. Muret. ait: Qui hodie duces ſunt in bello, ne olim quidem locum potuiſſent tenere gregariorum militum: Ita qui eloquentes hodie ſe putant, olim vix fuiſſent tyrones. Nobiles Veneti ſuas habent ſcholas & diſcurſus, quibus ſe exercent. Summa, arduum eſt & magnum opus, quando ocij tempus honeſte & beate conſumimus. Hodie milites noſtri in Vngaria ocium ludendo conſumunt. Siuon Baſſa, cum occuparet Raab, inuenit aliquot vaſa plena chartarum luſoriarum, ſuper quæ maxime admiratus eſt. Spartani ſe non male exercuerunt ludis vel talibus, quia non habuerunt quod in otio gererent: omnes ciuitates bellicoſæ, quam diu bellum gerunt, felices ſunt, ſed potitæ victoria occidunt. Eodem modo res ſe habet, cum homines ad artes pacis inſtituuntur: nam ſi hoſtis adfuerit, oportet ciuitas

Digitized by Google

ciuitas ſe poſtea peregrino milite tueatur, quod valde periculoſum eſt. Melius pugnāt ciues quam milites peregrini: hi enim lucri cauſa, illi pro aris & focis, pro coniugibus & liberis, ac pro patria pugnant. Peregrinum militem lucri potiſſimum cauſa pugnare. Das hat Straßburg wol erfahren / ich meine man hat den Mäiſſenlockern damals den Pfennigs Thurn geleitert / ſie nemmen das Gelt / vnd wöllen das der Krieg lang wehre. Sic cum quidā vellet transfigere ducem belli in muris, prohibitus eſt maxime, fore alioquin, vt ſtatim bellum finiatur. Cæterum errauit etiam Lycurgus, quod ad alia bona ſeu virtutem retulit, nimirum vt poſſit bonis potiri aliorum. Sed hoc eſt turpe. Nam virtus honeſtate contenta eſt, & ſibi ipſi præmium eſt. Referre autem ad hæc bona fortunæ, eſt virtutem fortuna inferiorem facere, rectius quidem eſt vt fortitudine potius quam per vſuras & fœnus diteſcas, tñ virtutis finis ille non eſt. De illis bonis dimicamus, quæ non poſſunt communicari, niſi alteri aliquid decedat, vt ſunt bona fortuita. Sed aliud eſt de veris bonis, & bonis animi, quæ poſſunt communicari abſque imminutione alterius. Nam ſi quis doctus alterum doceat, non imminuitur alterius eruditio. Iam virtutem ad illa bona referre, quæ non niſi cum damno poſſunt communicari, nō decet. Fuit etiam lex; ne quis hic gereret Magiſtratum ſummum præfecti claſſis. Hoc laudat Ariſtoteles, ſed non fuit actum; ne etiam Regibus liceat. Nā Rex facillime poteſt opprimere Remp. cum omnia in manibus habeat. Cic. ad Attic. ait de Pompeio: Quidam ſuaſerunt, vt Pompeio dare-

in quinquennium procuratio rei frumentariæ, alii etiam totam Rempub. Poſtea ait : Mea lex videtur modeſta eſſe præ illorum inſania, qui Pompeio omnia tribuebant.

Deniq; non habuerunt ærarium, & tamen bella geſſerunt. Quum neceſſitas imminebat cogebantur conferre : ſed quia hoc perparce fiebat; iccirco ille finis, videlicet victoria, nō ita facile obtinebatur. Pecunia eſt neruus belli, Bruder Veit wil Gelt haben : vbi neruus deeſt, miles dilabitur, die Knecht lauffen darnon/oder meutiniren / der Krieg hat ein weiten Bauch.

Præterea hoc ipſum ingenerabat auaritia. Nam volebat Lycurgus ab auaritia eſſe ſuos ciues immunes, ſed nihil eſſe in ærerario facit ciues auaros.

1. Quia non habuerunt publ. agros. Quando autem quis habet rem familiarem, ſolet cupidus fieri rei ſuæ amplificandæ. Qui habet initium ſemper cupit amplificare.

2. Quia non poterant ſperare ex publico. Sic Simonides poëta interrogatus, quare ita eſſet auarus? reſpondit. Ego malo inimicis meis relinquere, quæ colligo (quod tum grauiſſimum eſt) quam ſubſidium expectare ab amicis, & illorum opem implorare. Es iſt ein ſchweres/wann ein Vatter ſol auff ſeiner Tochter Banck ſitzen. Eodem modo in Republ. quia nihil tale erat, non poterunt ſubſidium & opem exſpectare è Republ.

CAP. VIII.

DE REPVBLICA CRETENSIVM.

ERant tū multæ diſputationes, quippe quoniam inſtituta Cretenſium & Spartanorum in

multis

multis erant conſimilia, an Spartanus legislator mutuatus ſit à Cretenſibus, an Cretenſes à Spartanis? Ariſtoteles priorem putat Cretenſium. Nam Cretenſis legislator fuit Minos.

Lycurgus erat ex familia Regia, & erat tutor ſui nepotis ex fratre, & honeſtiſſime perfunctus eſt ſuo officio.

Poſtea ſeceſſit, ne ſi quid forte humanitus accideret Nepoti, ille argueretur, cum abiit in Cretam, & commoratus eſt apud Lyccios aliquandiu (qui erant coloni Spartanorum) & ibi vidit inſtituta Cretenſium. Reſpub. fuit Oligarchica. Creta eſt quaſi à natura facta ad imperium Græcorum. Cic. pro Muræna. Vno aduentu Romanorum tota Reſpub. Cretenſium deleta eſt.

Similitudo autem Reipub. Cretenſis & Spartanæ in 6. fuit. 1. In cultu agrorum, ita vt ciues etiam eſſent liberati ab opificiis & agricultura. Omnia opificia ſpectant tantum vtilitatem, non honeſtatem.

2. In concœnationibus quæ apud Spartanos φιλίδια, apud Cretēſes ἀνδρεία vocabantur, primum in Sparta etiam ἀνδρεία, vocabantur. Concœnationes tamen Cretenſium fiebant ex publ. & decimis.

3. In Magiſtratibus, vt enim apud Spartanos erant quinq; Ephori, ſic apud Cretenſes erant 10. Κόσμοι, & non niſi ex Illuſtriſſimis familiis. Coſmi apud Cretenſes fere erāt, vt hodie in Polonia ſunt Palatini. Ephori apud Spartanos creabantur & à populo & è populo: Coſmi creabantur ex antiquiſſimis certis tum familiis, etiamſi aliæ eſſent præſtātiores familiæ, quod non erat bonū: Nam &

plebs indignabatur, quod non poterant eſſe participes huius Magiſtratus, & alii etiam nobiles, qui forte eſſent præſtantiores, ideoque oderunt hunc ſtatum. Quem autem ſtatum multi non amant, & multi oderunt, non poteſt eſſe diuturnus.

4. Senatus ſeu βȣλὴ apud Cretenſes itidem, vt apud Lacedæmones conſtabat ex vigintiocto viris ſenioribus. Ad dignitatem tamen illam nemo poterat peruenire, niſi qui prius Coſmatum geſſiſſent. Fuit igitur Olig.

5. Cretenſes etiam habuerunt Regem, quem tamen poſtea eiecerunt, vt & multæ aliæ Reſpub. Romana, Athenienſis, &c.

Loco Regum facti ſunt Coſmi & ſenatus. Rex tantum erat quando bellum gerebatur, in pace noluerunt habere ducem. Sed quando habēt, habent tantum vt tutorem, nec plus ei quā duo vota tribuunt, vt hodie Veneti. Et ipſorum vxores non vocabantur Reginæ, Dann die Weiber ſeind ſtolz. & multa poſtea inceptant.

6. Non cogebantur rerum geſtarum rationem reddere. Scipio cum cogebatur rationem reddere de Africano, in ſenatu diſcerpſit libellum, quod tam multas res bene geſſiſſet. Sic cum accuſaretur à iuuene, publice dixit: hodie recordor, me tantum Reipub. victoriam peperiſſe. Eamus igitur in Capitolium, & diis agamus gratias: Et ita omnes cum ſequebantur cum hoc modo iuueni reſpondiſſet. Sed hoc intelligendum de maioribus Magiſtratibus. Illi enim non coguntur tam facile rationem reddere.

In Coſmis Cretenſibus Ariſtoteles id reprehendit,

dit. 1. Quod Coſmi crearent homines ſorte oblati, non quidē ex plebe, & ob id nō venales, vt Ephori Spartani, ſed ex nobilibus: ex nobilibus tantum certarum familiarum. Hinc ſępe creabantur homines ſorte oblati, id eſt, homines viles, degeneres ab optima familia, & nullius pretii. Medium inter amicum & inimicum, vt Ariſtoteles in Rhetoricis refert, eſt non amicus. Nobilitas eſt εὐγένεια, Vnde generoſus, qui eſt generoſæ ſtirpis. Der von gutem Stam̃ iſt. Nō poteſt quis maiori inſigniri titulo, quam ſi vocetur nobilis & generoſus. Poteſt quis eſſe nobilis, non tamen generoſus, id eſt, poteſt eſſe oriundus ex clara & illuſtri familia, cum ipſe tamen ſit degener & nullius pretii homo: & contra poteſt quis eſſe generoſus, non tamen nobilis, id eſt, homo obſcuris parentibus ortus. Nobilis & generoſus eſt, qui & claris parentibus ortus eſt, & ipſe quoque talis eſt, vt familiæ & ſtirpi ſuæ nobili ſit ornamento.

2. Apud Cretēſes nullus potuit fieri ſenator, niſi prius fuiſſet Coſmus, nec quis poterat fieri Coſmus, niſi è certis eſſet familiis. At hoc fuit Oligarchicum. Oligarchia enim eſt quando ex certis ordinibus homines in Magiſtratus eliguntur.

3. Quod Coſmi non tenerentur iudicio rationum referendarum.

4. Quod per totam vitam gererent Magiſtratum, & hac ratione occaſionem haberent ad moliendas res nouas & Reipub. calamitoſas.

Quod non imperarent ex iure præſcripto & legibus, ſed ex proprio arbitrio. At hominis voluntas eſt flexibilis & affectibus dedita.

Digitized by Google

Imperare] id eſt, iudicare, qua in re diſſenſio à doctis quibuſdam viris.

Dices: tam multa reprehendis in Cretenſi Republic. & facis eam proximam ruinæ. Quare igitur tam diu durauit? Reſpond. Ariſtoteles: Hoc non eſt argumentum bene conſtitutæ Reipub. ſed poteſt hoc accidere ex euētu, & per accidens. Sic poteſt quis male eſſe cōſtitutus è viſceribus internis, & poteſt diutius viuere, quam qui robuſto eſt corpore, quia fortaſſe ſummā gerit rationem victus, aeris, &c. Ita etiamſi longæua fuerit Reſpub. non tamen id ſignum eſt bene ordinatæ Reipub. ſed quia in inſula fuit, & ideo in dominio tota. Non habuerunt Κόσμοι vicinas vrbes, cum quibus aliquid molirentur. Erant mari diſiuncti, non poterant facile corrumpi. Iſtos Magiſtratus inuidemus, qui habent coniunctum quæſtum, hoc non erat Cretæ, quia Coſmi non poterant cum aliis inire ſocietatem. Sed hæc aliter ſe habebat Spartæ. Eodem modo in Rhodo, quæ ſe habet ad Aſiam, quemadmodum Creta ad Græciam.

Sed dices. Quare non etiam in Sicilia? Fortaſſe hæc cauſa eſt, quia Siculi erant valde diuites, propterea ad ſe vocabant gentes plurimas. Sæpiſſime enim illi à Græcis, Romanis & aliis oppugnabantur. Præterea Siculis hoc contigit, poſtquam Imperia maiora nata ſunt. Tempore Cretæ regna non erant tanta, erant tantum Reguli. Hæc fortaſſis etiam cauſa eſt, cur Venetiæ ſint tam longeuæ vitæ, cum quia Inſula eſt ea vrbs, tum quia bene ordinata eſt ea Reſpublica. Ita etiam Anglia.

Ariſtoteles ſæpe inculcat, vt Magiſtratus ſit tantum

tum honore contentus, nec quæſtui habeat Rempub. vel officium publicum, quo fungitur Sed hodie quãta rapacitas? quantæ ſordes. Porro Cretenſes remedium aliquod adhibebant ad Coſmos in officio retinendos. Male enim re geſta amouebantur ab officio, & quidem ſubito, quod reprehendit Ariſtoteles. Sic in Heluetia olim vſitatum fuit, vt ſi quando improbaretur Magiſtratus, lignea ſtatua poneretur, ꝙ ſiquis improbaret Magiſtratum illũ, is clauum infigeret. Hoc modo vnica die ſæpe tota completa eſt clauis. Et ita vocatus eſt officialis ille in iudicium. Sed hoc nimis violentum eſt: Nam poſſunt multi ex odio conſpirare in innocentes.

Cæterum non fuit vnio in Repub. Cretenſium. Nam Coſmi omnia obtinuerunt, & valde inter ſe diſſenſerunt, ex quo multæ factiones ortæ. Multi qui non poſſunt obtinere multa rebus tranquillis, obtinent rebus turbatis. Agathocles apud Plutar. Aurea meſſis Reipublicæ tractatio. Hodie nulla fere amplius inter Heluetios eſt vnio. Pontificiæ vrbes volunt extingui ceteras. Clariſſimus Herdeſianus Saxoniæ decor, dicere ſolebat: In Germania nullum eſſe vinculum, quo ea colligetur, niſi Spiram. Alias omnes Electores & Principes ſunt diſcordes, quilibet habet Religionem propriam, & Catechiſmum proprium. Reſpub. eſt tanquam ſtrues lignorum: ſi in inferiori loco omnia ſubtrahantur, facile dilabeſcit: Ita etiam, ſi nulla eſt vnio, periculo proxima eſt Reſpub. Communio eſt eſſentiale Reipub. Hoc ſemper faciunt hoſtes, vt ſeminent diſcordiam. Et Turcæ ſem-

ſemper in quotidiana precatione orant : Da diſcordias inter noſtros hoſtes.

CAP. IX.

DE REPVBLICA CARTHAGINENSIVM.

LEgiſlator Spartanorum fuit Lycurgus, Cretenſium Minos, Athenienſium Theſeus & Solon : at quis Carthaginenſium fuerit Legiſlator non eſt ſatis certum. Hæc erat vna ex celeberrimis Rebuſpub. quam tandem deleuerunt Romani, hanc ab initio laudat, ſed poſtea reprehendit Ariſtoteles Legislatorem.

Laudat 1. Quia in ea populus erat particeps publicarum deliberationum. Oportet enim in omni Repub. obiicere aliquid populo, quo ſit contentus, vt amet Rempub, ne odio eam habeat (Noribergæ fiunt die Genanten.) Quicquid igitur Senatores deliberarunt, illud populus aut ratum, aut irritum habebat. Præterea ſi non erat relatum ad populum, illi deliberabant & decernebant. Sed hoc plurimum eſt. Eſt axioma politicum:

Vbicunque populus eſt particeps publicarum conſultationum, ita vt poſſit eas ratas, vel irritas facere, ibi ſeditiones oriuntur. Nam ibi omnes ſimul & ſemel conueniunt, hinc fieri non poteſt, vt tot capita vnius ſint ſententiæ.

Atqui hoc non fiebat in Repub. Carthaginenſi.

Igitur laudabilis certe fuit & optime conſtituta.

Hoc eſt magnum quidem peccatum, ſed tamen nulla

nulla ſeditio aut tyrannis eſt orta. Idem eſt, ac ſi quis ſtrenue ſemper cogitur bibere, & tamen bene ſanus eſt. Ille quidem peccat, ſed tamen conuincit.

Sed dices: Ariſtoteles ſæpe dixit, debere etiam populum eſſe participem Magiſtratûs, & hic Carthaginenſes reprehendit propterea, quod populum participem fecerint publicarum deliberationum: Item quomodo hæc inter ſe congruunt? Populus ſi habeat Magiſtratum, quieſcit, & tamen rurſum inde oriri ſeditiones dicit? Reſp. Aliud eſt participem fieri Magiſtratus, & aliud publicarum deliberationum participẽ fieri. Magiſtratus debet eſſe particeps populus, non autem publicarum delibetionum. Nam in publicis deliberationibus varie diſſentiunt, in Magiſtratibus non item.

Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα.] Iam adfert, quæ deſiderari poſſunt in hac Republica. Et primo videbimus, quam viam Legiſlator ingreſſus eſt, an ab ea nunquam declinauerit. Certum quidem eſt, eum optimam viam eſſe ingreſſum: Fuit enim ipſius inſtitutum optimam facere Rempublicam. Putauit autem eam optimam eſſe, quæ eſt ex Ariſtocratia & Domocrata conflata. Sed accidit ei, quod ſolet accidere in omnibus. Cum volo eſſe grauis, incido in aſperitatem & morum triſtitiam, ſum potius βαρὺς quam σεμνός. Item volo eſſe humanus, & fortaſſis incido in contemtum, vt nimis ſim dulcis & remiſſus. Sic Ariſtocratia finitimam habet Oligarchiã: Democratiæ, quæ eſt ſub legibus, finitimum eſt nimium populi Imperium. Hoc accidit legiſtatori huic. Nam dum voluit conflare Rempublicam ex Ariſtocra-

ſtocratia & Democratia bona ſeu legitima, prolapſus eſt nunc ad Oligarchiam, nunc ad Democratiam.

Demonicum enim fuit plebem dominam facere publicarum deliberationum. In multis autem rebus ad Oligarchiam eſt prolapſus.

1. Magiſtratus erat Carthagine, qui vocabatur quinqueuiratus, der kleiner oder geheimer Raht. Illi quinque viri ipſimet ſe mutuo eligebant. Et hæc eſt Oligarchicum.

2. Quinque viri iſti poterant eligere centumviratum, den gröſſern Raht. Erant in iſto ſenatu viri 104. Vocabatur tamen centumuiratus. At veriſimile eſt, eos non niſi ſuos eligere amicos & propinquos, & ſic iſte Magiſtratus ſemper rediit per orbem ad eoſdem.

3. Quia antequam iſti quinque viri inibant Magiſtratum, iam fungebantur illo Magiſtratu, & poſtquam perfuncti erant Magiſtratu, adhuc tamen eo fungebantur, vt ita dicam. Sicut Sol & ante & poſt occaſum lucere ſolitus eſt.

4. Vnus erat ordo iudicum, in quo omnes cauſæ diiudicabantur, & cauſæ damni, & cauſæ contumeliæ, & cauſæ cædis ſeu capitis. Liuius: Ea tempeſtate Carthagine dominabatur ordo iudicum, qui vnum ex iis habebat aduerſum, omnes habebat aduerſos, res, fama, caput cuiuſque ciuis in illorum erat poteſtate; non deerat accuſator apud infenſos iudices. Et hi iudices erãt perpetui.

5. Quod totũ eſt Oligarchicum & peſſimũ, ſummi magiſtratus non creabantur ex ſola virtute, ſed ſimul etiam ex diuitiis. Huius rei cauſa erat opinio quæ-

quædam populi inueterata, & quæ in animis hominum inſederat, non poſſe videlicet aliquem, licet bonum virum, pauperem tamen, toto animi ſtudio incumbere in ſuum Magiſtratum, ſed illum potius bonam curarum partem deriuare ad rem familiarem. Cogi enim eum aut quæſtum facere, Er muß ein Händelein darneben treiben / oder die Bauwern ſchinden / aut eum captare munera. Et hæc opinio eſt ſane probabilis. Hæc etiam forſan fuit opinio apud Pontificios, cur clerici matrimonio interdicerentur, ne videlicet curis ſolicitarentur domeſticis. At, inquit Ariſtoteles, in bene conſtituta Repub. proſpicitur bonis viris ne egeunt, ſi non omnino, ſaltem ne egeant dum Magiſtratum gerunt.

Romani hac in re fuerunt prudentes: ſumpſerunt quidem dictatores pauperes homines, ſed ſtatim illi maximis deuitiis & honoribus circumfluxerunt.

Quæ vero mala ex iſtis Oligarchicis exorta ſũt? 1. Si Magiſtratus non niſi diuitibus mandantur, ciues ſtatim fiunt auari. Quod enim in quaque Republ. in pretio eſt, & honoratur, illud colitur. Quibus ſtudiis deditus eſt princeps, iiſdem ſtudiis etiam ciues eſſloreſcunt. Princeps Magiſtratus, lex vim habet finis, non ſolum eſt vt cauſa efficiens, ſed vt finalis, quiſque ſe componit ad illius imitationem. Regis enim ad exemplum totus componitur orbis. Hinc Synes in libello de regno: Princeps hanc habet autoritatem, vt etiam opiniones nouas inſtillet in animos hominum. Si, verbi gratia, Princeps delectatur poeſi, ſtatim, exoritur examen

Digitized by Google

men poetarum. Es gibt ein gantzen Schwarm Poeten. Ariſtoteles 5. Metaphyſicor. τὸ ἡγεμονικὸν ὡς τέλος. Et eò Ariſtoteles deuenit, vt Deum ſtatueret finalem cauſam huius mundi. Hinc cum Deus ſit æternus, etiam creaturas moliri æternitatem, cum non poſſint in indiuiduo, ſaltem in ſpecie. Adoleſcentes ſeſe ad pulchram aliquam puellam componũt, Sie hoffiern jr zu nachts für dem Hauß / ꝛc. non vt ad cauſam efficientem, Sie heiſts nicht hergehen / ſua ſponte veniunt, ſed vt ad cauſam finalem, vt poſſint ea potiri.

2. Malum eſt, quod in hac ciuitate pluris fiant diuitiæ, quam virtutes, quod plane contrarium eſt Ariſtocratię. Hinc in mercatoriis vrbibus, quia maximæ fiunt ibi diuitiæ, Ariſtocratia eſſe non poteſt.

3. Quod Magiſtratus ſunt venales. Qui enim Magiſtratum aliquem emit, eum rurſus vendit, id eſt, Magiſtratum quæſtui habet: Emerat ille prius, vendere immo poteſt. Tacit. Corrumpere & corrumpi ſeculum hodie vocatur. Es iſt alſo der Gebrauch / ſich voll ſauffen / vnd ſpeien / ſeculũ hodie eſt.

An homo improbus magis abſtinebit, ne capiat lucrum ex Magiſtratu, quam vir probus, qui ex actionibus probus factus eſt, quæ actiones non ita facile ex animo ipſius poſſunt amoueri.

4. Omnes hoc pulchrum putabant, vnum & eundem plures gerere Magiſtratus. At hoc non eſt politicum. Qui plures gerit Magiſtratus, is neq; ſatis celeriter, neq; ſatis bene ſuo fungitur officio. Homo quærit laxamentum, & ita producuntur cauſæ. Secundo, quia hoc pacto non poteſt Reſp. communicari cum pluribus, & ita Reſpubl. non

ama-

amatur à multis. Si plures poſſunt fungi honoribus publ. Rempubl. eam ob cauſam amant. Sic natura partes corporis inſtituit ad vnum officium; pedes ad eundum, oculos ad videndum, aures ad audiendum, ſtomachum ad concoquendum, &c. Et ſi interdum natura abutatur, ſeu παρέργως vtatur aliqua corporis parte ad duo officia. Dentes à natura primario dati ſunt ad incidẽdos & molendos cibos: ſecũdario ad explanandam vocẽ ſeu loquelam. In naui nauclerus imperat ſolũmodo, nec cuiq; eſt ſubiectus, infimi in naui, q ſentinã exhauriũt, ſolũmodo parent, nulli imperant: Intermedii partim parent, partim imperant, inferiores parent ſuperioribus, ſuperiores imperant inferioribus. In militia ſummus dux imperat ſolummodo, lixæ & calones, der Troſt/ obediunt ſolummodo, nec vlli imperant, intermedii, vt duces, centuriones, tribuni, decuriones. Profoß/ Weibel/ ꝛc. partim obediunt, partim imperant.

Cum Carthagineſes tot modis ſint prolapſi ad Democratiam, quo remedio vſi ſunt, ne peſſum ierit ipſorum Reſpublica. In Democratia populus facile ſolet excitare ſeditiones, aut tyrannum aliquem euocare, qui potentiores è nido eiiciat. Hoc remedio vſi ſunt, quando videlicet aliquid occuparunt, ſolidi fuerunt partem populi ferociorem mittere in coloniam. Populus per ſe eſt immotus, tanquam mare: At ſunt Accoli quidam, qui hoc mare cõmouent. At hoc Carthaginenſium remedium improbat Ariſtoteles. Quid enim ſi aliquando non vincant, ſed cladem accipiant? Quia ſitum eſt in poteſtate illius heræ, fortunæ ſcilicet. Ad e-

tādas autem in Republ.ſeditiones, qui morbi ſunt valde acuti, oportet adhibere remedium certum & neceſſarium.

Laudat hoc in Repub. illa Carthaginenſ. quod Magiſtratus fuerint creati, non ſortitione, welchem die Lauß zum erſten in Bart kreücht/ſed ſuffragiis: vel gratuito gerebāt Magiſtratus, non mercede (Mercede, ſo offt einer in Raht gehet/ ſo hat er 6. Creutzer/ kompt er zu ſpat / ſo hat er nichts) vt enim poteſt decerni aſinos eſſe equos: ſic quoque decerni non poteſt, homines diuites; ignauos tamen, eſſe idoneos ad Rempub. gerendam.

Ociari] ociari heiſt da nicht auff dem Herrn Marck hin vnd wieder ſpatzieren/ vnd die Hand auff den Rück legen / das wäre balt gelernet / ſed honeſte ocium traducere, ne cogantur artes exercere quæſtuarias, ſed vt abſtineant ab opere quæſtuario.

CAP X.

ITer hactenus fecimus Carthagine Athenas, quod ſane ſatis difficile nobis fuit, quia in eo morbus nos oppreſſit, è quo vix emergentes, videbimus iam quid Athenis agatur. Diſtinguit Ariſtoteles (quod ſumme eſt notandum) inter legum ſcriptores, quales fuerunt 10. viri apud Rom. & inter eos, qui Reſpub. condiderunt. Aliud eſt leges ſcribere, & aliud Reſpub, condere. Lex interdum accipitur proprie & ſtricte pro omnibus iis regulis ac præceptis, quæ dirigunt actiones ciuium priuatas: interdum latius pro quouis Reipub. inſtituto. Et in hac ſignificatione vſurpat Ariſtoteles, dum inquit: In legibus ſita eſt ſalus Reip. Differrent inter Reipubl. inſtituta, & inter leges proprie dictas

ſeu

Digitized by Google

ſeu preſſe & anguſte acceptas, hæc eſt, quod hæ dirigunt priuatas ciuium actiones, quibus propoſita ſunt, vel præmia, vel pœnæ, & ſecundum eas iudicatur in foro iudiciali. Inſtituta vero Reipub. ſunt ante forum iudiciale & fiunt, dum Reſpub. conditur, & coſtituuntur de conſiliis publicis, de Magiſtratibus, non de actionibus ciuium priuatis, quibus præſtitutæ ſunt vel pœnæ, vel præmia. An, verbi gratia, in hac vel illa Repub. debeat populus eligere Magiſtratum, non pertinet ad forum iudiciale, ſed ad publicum conſilium. Inſtituta Reip. ſuſtentantur non foro iudiciali, ſed publicis deliberationibus totius ciuitatis. Ex hoc apparet differentia inter iuris prudentiam & politicam ſcientiam. Iuris prudentia verſatur in legibus proprie ſic dicendo, ſiue eæ ſint de pecunia, ſiue de vita, ſiue de priuatis controuerſiis, ſiue de criminibus hominum priuatis. Politica ſcientia non pertinet eo, ſed ad leges illas Reipub. fundamentales, id eſt, ad inſtituta Reipub. Quicunque condit Remp. ille neceſſario leges aliquas condit: non contra, qui leges aliquas condit, ille etiam Rempub. condit. Decemviri condiderunt quidem leges, non autem Rempub. propterea Romanam condiderunt. Si nouæ feruntur leges, non propterea Reip. ſtatus ſeu facies & forma mutatur, quæ eſt non in legibus ſed in inſtititis. Homo aliquis eſt calidus & ſiccus, hæc, inquam ipſius eſt complexio ſeu corporis ſtatus, ſi homo ille victum aliquãtulum mutet, non propterea etiam temperatũ eius mutatur ſed nihilominus manet calidus & ſiccus. Aliud eſt δικαιοσύνη δικαστική, id eſt, iuſtitia iudiciaria, aliud σύνεσις

πολιτικὴ, id eſt, intelligentia ciuilis, aliud eſt τῇ δικαιοσύνῃ δικαστικῇ aliud τῇ συνέσει πολιτικῇ eſſe præditum. Status Reipub. Athenienſis 1. Erat Monarchia, poſt Reges (quorum vltimus fuit Codrus) vſi ſunt Democratia, bona tamen & iuſta ſeu æquabili. Cum Reſpub. ita eſſet mixta, & diuites etiam ac Nobiles, ſeu patricii ſuam poteſtatem haberent (nam & Areopagiticus & maior ſenatus, der jnner oder gröſſe Raht/ ex iis eligebatur) paulatim magis magiſque facta eſt Oligarchica, & populo omnis fere poteſtas adempta, res omnis tādem in manus ditior. redacta: populus autē ſeruiebat nobilius & patriciis, qui maxima ex parte erant impotētis animi. Cum autem populus non amplius poſſet ferre iſtam inſolentiam, Solon ad Rempub. aliter inſtituendam vocabatur, & ipſius inſtitutis tota Reſp. committebatur. Ille vir pudentiſſimus cogitabat Rempub. reſtituere in priorem gradum, in quo fuerat poſt Codrum Hoc modo itaque Rempub. temperauit, vt patriciis reliquerit duo illa firmamenta, vt videlicet & Areopagiticus & maior ſenatus eſſet è patriciis. Deinde vt populo priſtina reſtitueretur libertas, eiuſmodi ferebat inſtitutū, vt forum iudiciale conſtitueretur ſortitione ex omni populo (connumeratis ſcilicet etiam patriciis) & hoc erat Democraticum. Dum vt illi iudices haberent poteſtatem repoſcendi à patriciis rationes geſti Magiſtratus (iudicium τῶν εὐθυνῶν) & hoc modo populus rediit ad aliquam libertatem. Sed, vt res humanæ ſunt fragiles, Piſiſtratus, adhuc viuente Solone, tyrannidem inuaſit, non tamen diu regnauit. ſed Harmodius & Ariſtogiton Athenas tyran-

tyrannide iterũ liberarunt, & in priſtinam libertatẽ vindicarunt. Inciderunt poſtea grauia bella cum Regibus Perſarum, ſeu Medor. Dario & Xerxi.

Reportauit autem populus Athenienſis tres illuſtriſſimas victorias: v[illegible]am duce Milciade in pugna Maratonia; alteram duce Themiſtocle in pugna Salaminia; tertiam duce Ariſtide. Atque hoc modo liberati ſunt dominatu Lacedæmon. & facti ſunt domini maris. Secundis iſtis præliis populus Athenienſis factus eſt inſolentior, & ſpiritus ipſi creuerunt: da iſt jhnen daß Hertz gewachſen/ vnd der Narr auffgeſtigen. Sic Heluerii populus eſt inſolens & ſuperbus ob victorias, quas Maiores ipſorum olim reportarunt. At Rom. in rebus ſecundis ſemetipſos potuerunt coercere. Cum itaque vt modo dictum, populus Athenienſ. factus eſſet inſolentior, cœperunt patriciis adimere poteſtatem, quãtum fieri potuit. In primis Demagogi illi (qualis fuit Demades & alii) adimebant patriciis omnem auctoritatem, & populo omnia magis magiſque attribuebant, atque ita populus belua illa multorũ capitũ cœpit inſanire, id eſt, nullo bono auctore atq; conſiliario amplius vti, ſed Demagogis illis ſolummodo, qui ipſis demulcebant aures Sie haben jhnen die Ohren gefeget / & cupiditates potius ipſorum titillarunt, quam vtilia ſuaſerunt. Hinc Ariſtides, Thucides & alii viri primarii Oſtraciſmo fuerunt pulſi, & in exilium eiecti. Atque ita Reſpub. paulatim delapſa eſt ad Ochlocratiam. Hinc ſtatus, vt pote omnium malorum theſaurus, ab omnibus fuit deploratus & omnibus maledictis exſecratus. Hinc diuerſa enata fuerunt

Digitized by Google

iudicia de correctione illa Solonis; alii enim Solonem fuiſſe in cauſa exiſtimabant. Ariſtoteles autem & alii Solonem maxime laudabant, quum videlicet bene temperarit Oligrachiam cum Democratia, & quod illa m[illegible]a in Repul. Athenienſi orta ſint, cum ob victorias reportatas, tum ob malos illos Demagogos. Eſt hæc communiſſima errandi ratio, quod id, quod rem antecedit, cauſa rei eſſe putetur.

Cauſa efficiens antecedit quidem rem, non tamen omne id, quod rem antecedit, eſt cauſa rei. Non ſequitur: Solonis illa correctio fuit ante illam Ochlocratiam. Ergo illa correctio Solonis eſt cauſa illius Ochlocratiæ. Iſte mortuus eſt accepto prius cliſtere. Ergo cliſter eſt cauſa mortis. Poſt Demoſthenis gubernationem Reſpubl. incidit in peſſimum ſtatum. Ergo Demoſthenis gubernatio fuit cauſa illius peſſimi ſtatus.

Qui Solonis illam correctionem ſtatus illius deplorati cauſam eſſe putabant, eam tripliciter accuſabant, 1. Quod Solon Patriciis ademiſſet autoritatem, & iudicibus, qui ſortitione è populo conſtituebantur, id tribuiſſet, vt poſſent rationes geſti magiſtratus à patriciis repoſcere. Animaduerſio capitalis in homines priuatos ſecundario pertinet ad Rempub. at inquiſitio de geſto magiſtratu primario ad Remp. ſpectat, & pars eſt Reipub, haud ſane exigua. 2. Quod populo nimium tribuiſſet. 3. Quod mixtio non ſatis æqualiter ſit facta.

Contra ex altera parte, qui à partibus Solonis ſtabant, ex his ipſis tribus capitibus eum laudabant 1. Quod effrenatam patriciorum licentiam coercuiſſet.

cuiſſet. 2. Quod recte populo priſtinam reſtituiſſet libertatem. 3. Quod mixtio illa bene eſſet facta, & quod non Solon, ſed victoriæ potius luculentæ, & inprimis peſſimi illi populi ductores, ſeu Demagogi, qui ipſi ſint adulati & gratificati, deplorandi illius ſtatus cauſa ſint vera & adæquata. Reprehendit quidem & Plutarchus illud Solonis inſtitutũ, quod plebei ſuffragia in foro habuerint, & primo quidem leue, quid hoc apparuiſſe, ſed poſtea tractu temporis apparuiſſe maximum. Leue apparuit initio: licet enim plebeii adhibiti fuerint in iudices, tamen ſortitione hic honor ipſis obueniebat. Ariſtoteles in Elen. hanc fallaciam vocat τὸ παρὰ μικρὸν. Sic in itinere faciendo, ſi aberrem à recta via, primum vnum tantũmodo paſſum aberro, & hoc eſt leue quid; at ſi ita pergam, tandem longiſſime à recta via deflecto. Omnis error ab initio paruus, ſed tractu temporis maximus tandem apparet, & maxima parit incommoda. Vrbs Athena ſita fuit in ſolo maximè arenoſo. Quia itaque ager Athenis malignus fuit ac ſterilis, non ſufficiebat ad tantam hominum multitudinem alendam, quare legem tulerat Solon, vt quicunq; non edoctus eſſet à ſuis parentibus aliquam artem, non teneretur parentes in ſenectute alere. Alioquin enim liberi tenentur parentes ſenio confectos alere, & beneficia hoc modo ipſis rependere.

Finis libri ſecundi.

LIBER III. POLITICORVM ARISTOTELIS.

HOc libro Ariſtoteles accedit ad ipſam ſcientiam ciuilem, ſiue ipſam domum Politicam ingreditur vſque ad finem lib. 6. Hic autem continet & explicat quaſi elemēta (das A.B.C.) Politicæ, id eſt, formales partes Reip. nimirum 1. Quid ſit ciuis, & quomodo inter ſe differant ciuis bonus, & vir bonus? 2. Agit de Republ. quid ſit, & quæ ſint eius ſummæ ſpecies ſeu formæ? 3. Fundamendū quoddam ponit, ſuper quod exſtructa eſt hæc domus Politica, videlicet quodnam ſit ius principatus & dominatus in Repub. Quo iure hi, vel illi ſibi dominatum vendicent. Nam perpetuo homines inter ſe dimicant de iure imperandi. 4. Denique de optima Repub. agit, quæ potius poteſt optari quam ſperari. Hæc proponitur ad diiudicandam aliarum formarum perfectionem, aut imperfectionem.

CAP. I.

Δῆλον ὅτι πρότερον ὁ πολίτης ζητητέος.] Ariſt. primum acturus de ciue rationem reddit, ne videatur temere agere.

Ratio autem hæc eſt, quia qui conſideraturus eſt de Republ. illum oportet agat de ciuitate. Ciuitas enim & Reſp. vel ſunt idem, vel inuicem poſita. Eſt autem cuiuſque ſcientiæ proprium, ea, quæ ſimilia inter ſunt & vicina, diſtinguere, ne impo-

imponunt hominibus. Qui itaq; vult agere de ciuitate, oportet prius agat de ciue, quia ciuitas nihil aliud eſt, quam multitudo quædam ciuium. Ciuitas eſt quippiam compoſitum, cuius principium ciuis. Res vero compoſitæ non intelliguntur, niſi ex euolutione partium & principiorum, ex quibus conſtant. Male igitur illi faciunt, qui de Rep. ſcribunt, quando non etiam de ciue ſcribunt, & explicant, quid ſit ciuis, quia Reſpublica eſt ordo quidam ciuium.

Deinde quia ſæpe ambigitur, an aliquid ſit factum à ciuitate, an à Repub. id eſt, magiſtratibus & dominis Ciuitatis, oportet ſcire, quod ſit ciuitas & quomodo differat à Repub.

Præterea etiam de ciue magna eſt difficultas, ſiue in hac Repub. quis ciuis dicitur, qui in alia fortaſſe non eſſet. Exemplum igitur; in Democratia poteſt quilibet ciuis fieri, & admittitur ad deliberationes publicas. Contra ſe habet in Oligarchia, ibi aut non ſunt ciues aut nõ pleniſſimo iure. Non põt quis intelligere definitionẽ, niſi quis intelligat ea quæ ingrediũtur definitionẽ. Ciuitas quid ſit? Nemo intelligere poteſt, niſi prius intelligat, quid ſit ciuis. Ciuis enim ingreditur definitionẽ ciuitatis. Relata alia ſunt ſecundum eſſe, alia ſecundũ dici; ita ciues vel ſunt veri vel nomine tantum, id eſt, quidam ſunt ciues ſecundum eſſe, quidam vero ſecundum dici. Ariſtoteles vult definire quod in ſuo genere eſt perfectiſſimum. (nam quando res habent gradus nobilitatis, & ignobilitatis, debemus proponere, quod in eo genere eſt ſummum) ideoq; amouet omnes eos, qui quodammodo ſaltem ſunt ciues,

ues, vel qui vulgo quidem ciues dicuntur, veri autem non ſunt. Et primo reiiciuntur ciues factitii, id eſt, ciuitate donati, qui non omnia priuilegia habent. Verbi gratia, qui poſſunt eſſe ſpectatores ludorum, intereſſe commeſſationibus publicis, mercaturam exercere, vxores ibi ducere. Illi quidem conſequuntur aliqua commoda, quæ veri ciues habent, ſed tñ propterea non habent ius ſuffragiorum, vt comitiis ſimul intereſſe poſſint, quæ priuilegia ſunt nobiliora. Tales non ſunt perfecti ciues, ideoq; illos ſtatim ab initio amouet.

2. Nec ii ſtatim ciues ſunt dicendi, qui eandem vrbem incolunt. Nam hac ratione quoque ſerui & inquilini ciues eſſent nominandi cohabitatio non facit ciuem die Hinderſäſſen.

3. Neque iſti qui ius habent aliquem in ius vocandi & comparēdi, quod interdum faciunt confederatæ ciuitates. Hæc communitas priuilegiorum, etſi non ſit cum omnibus ciuitatibus, tamen propterea illi non ſunt ciues.

4. Non etiam definit illos qui ſpe ſunt ciues, hoc eſt, futuri aliquando, vt pueri ciuium, ſed qui reipſa ſunt. Ita etiam cum Ariſtoteles cauſam definit, non definit eam, quæ poteſt fieri, ſed quæ eſt.

5. Excluduntur ii, qui ciues fuêre, ſed amplius reipſa non ſunt, vt ii, qui per ætatem non poſſunt muneribus publicis fungi. Non ſecus atque architectus, quando cauſat, dicitur cauſa, non quando cauſa fit. Ita etiam, quando fœminam definio, definio illā ab officio eius, quæ ſc. poſſit parere: puellam vel anum, non poſſum dicere fæminam: Propterea

pterea Bodinus ſe debuiſſet continere, qui aliam ciuis adfert definitionem.

Πολίτης δὲ ἁπλῶς.] Cum omnis Reſpub. conſtet imperio & obedientia, ſi definiretur per obedientiam ciuis, inquilini, & fœminæ eſſent ciues. Definitur igitur imperio [ἀρχῇ.]

Imperium vel Magiſtratus duplex eſt: Alter eſt definitus magiſtratus, quando certis perſonis, & ad certum tempus demandatur: Alter eſt indefinitus.

Tres ſunt partes ſumme eſſentiales Reip. 1. Iudices, qui de rebus præteritis agunt. 2. Conſiliarii, qui de rebus futuris. 3. Magiſtratus κατ᾽ ἐξοχὴν, dicti quæ de præſentibus.

Priores duo vocantur Magiſtratus indefiniti, quia non ita certis perſonis & ad certum tempus tribuuntur.

Imperium igitur reuocatur ad duo: Magiſtratum definitum, & indefinitum. Huius poſterioris participatione definitur ciuis, vt qui aut poſſit iudicare, aut creare Magiſtratus & deliberare, ſiue iam vtrumque habeat, ſiue alterutrum tantum, eſt ciuis. Quare non definit Ariſtoteles ciuem per Magiſtratum? Reſpond. Quia qui Magiſtratum gerit indefinitum eſt plus quam ciuis, eſt præfectus ciuium. Si definiret per participationem definiti Magiſtratus, conſtitueretur ſupra ciues, ſed Ariſtoteles voluit ciuem definire per ea, per quæ ciuis eſt. Breuiter, qui habet ius ſuffragiorum, non qui ius honorum, eſt ciuis. Qui autem hoc ius nō habent, ſunt ciues deceptione potius, quam reuera, ne videlicet moueant ſeditiones; ſunt nomine & ἀπάτης χάριν, non iure ciues.

Hæc

Hæc diſputatio de ciue videtur ſimilis illi medicorum de partibus corporis humani, an pili & vngues ſint partes corporis humani. Si conſideres hominem, vt quiddam totum partiale, omnia quæ ei cohærent, eius ſunt partes Sed ſi conſideres eum vt quoddam viuens, neceſſe eſt, vt eodem modo & partes conſideres. Itaque cum vngues & pili non viuant, non vitalem actionem in ſe includunt, non erunt partes hominis, ſcil. vt viuentis, ſed vt totius. Ita etiam, ſi conſideres Rempub. vt quoddam formale, vt aliquid capere de illo poſſis, illi tantum ſunt ciues, qui huius vitæ publicæ ſunt participes: ſed ſi cōſideres vt totū aliquod, omnes qui inhabitant, ſunt ciues, Ille tantummodo ciues ſunt dicendi, qui vitæ publicæ (vt ita dicam) ſunt participes, in quos Reſpub. ſuam ſpeciem non effundit, non ſunt ciues.

Bodinus definit ciuem qui iiſdem legibus eſt ſubiectus. Sed hoc eſt inquilinos facere ciues, item fæminam. Cæterum ciuis non reſpectu legum, vel obedientiæ dicitur ciuis, ſed reſpectu Reipub. ſiue imperii. Reſpub. autem eſt ordo ciuitatis. Qui igitur illius ordinis eſt particeps, ciuis eſt.

Ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς.] Iudicare interdum latiſſime accipitur apud Ariſtotelem, & non tantū tribuitur iis, qui proprie dicuntur Magiſtratus, verum etiam omnibus Reipub. partibus, quæ dicuntur iudicare. Hoc loco iudicatus accipitur de duabus partibus. 1. De iure ſuffragiorum, hoc eſt, creandis Magiſtratibus. 2. de ſententia dicenda, ſiue foro iudiciali.

Μετέχειν] In quibuſdam Rebuſp. vel ſtatim fiunt

parti-

Digitized by Google

participes, ſimulatque inſcripti ſunt in numerum ciuium, vel ſi primum fuerint Magiſtratus, verbi gratia, oportet te primum fieri conſulem, ædilem &c. antequam poſſis intereſſe commitiis.

Porro cum in definitione dicatur ciuis, qui poteſt fieri particeps, &c. notandum, hoc poſſe duobus modis debere accipi. Nam poſſe dicitur 1. Qui iã reipſa, quod poteſt, facit, verbi gratia, quãdo inambulas, dico te poſſe ambulare. Et hoc poſſe impoprie dicitur. 2. Dicitur pro eo, qui actu aliquid non facit, ſed poteſt tamen facere. Ita hic in definitione ciuis eſt, qui poteſt eſſe particeps. In Democratia reipſa eſt particeps, in aliis poteſt eſſe particeps, per intermedios Magiſtratus, ſi illos aſſequatur.

Quæras: Cur Ariſt. definit ciuem ſuum per duo tantum munera, cum tres ſint partes Reipub. vel tria ſumma munera, nempe iudicare, deliberare & leges ferre? Aut cur non potius per Magiſtratum? Reſpond. dupliciter, 1. Qui Magiſtratum dedit, ille plus eſt, quam ciuis, eſt præfectus ciuium. Definit ergo per duo munera, per quæ eſt ciuis, 2 Dico: Fortaſſis ipſum (Ariſtotelem) non excludere Magiſtratum, in iis nimirum formis, in quibus non peruenitur ad reliqua duo munera, niſi per Magiſtratum proprie dictum. Vt Noribergæ & aliis quoque in locis, nemo admittitur ad deliberationes, niſi etiam ſit Senator vel Magiſtratus. Sed prior reſponſio melior videtur, quia Ariſtoteles infra vocat Magiſtratum προεστῶτιν, ideoque plus eſt, quam ciuis.

Τάχα μὲν οὖν ἂν φαίνηται.] Diluit hîc Ariſtoteles obiectionem

ctionem talem. Hæc definitio nõ in omnibus formis Rerumpubl. locum habet. Reſpond. non eſt mirum, cum non poſſit vniuerſaliter definiri. Nam nõ eſt vocabulum συνώνυμον, ſed ὁμώνυμον, vel vt vocant, vocabulum ab vno. Vera genera ſignificant naturam quandã diuerſam ſupra ſpecies poſitam, eaque natura definitione poteſt explicari: Sed quædam ſunt non vera genera, & non eſt natura communis, vt eſt ENS, quod dicitur de ſubſtantia & accidente. Verum primo competit ſubſtantiæ, ſecundario accidenti, ideo non poteſt eo modo dici de ſubſtantia, quo de accidente. Et hæc ſunt vocabula ab vno, quale etiam eſt nomen ciuis; quia non datur definitio, quæ ſit accommodata omni ciui. Ciuis refertur ad Rempub. At Reſpub. eſt vocabulum ab vno, quia in formis Rerump. eſt prius & poſterius. Nam rectæ formæ ſunt priores iis, quæ digreſſæ ſunt, & aberrarunt ab iis. Omne enim rectum prius eſt obliquo. Regnum eſt prius tyrannide Democratia vero Ochlocratia. Quemadmodum ſanitas prior eſt morbo (nam morbus ex ſanitate tanquam menſura cognoſcitur) ita & hic rectæ formæ priores ſunt obliquis. Vbi autem datur prius & poſterius, ibi non eſt communis natura.

His itaque poſitis: ſi nimirum ille eſt ciuis, qui poteſt eſſe particeps Magiſtratus, ii, qui in tyrannide viuunt, non erunt ciues. Ibi enim omnia geruntur nutu tyranni, & plerunque Magiſtratus mandantur peregrinis, qui magis ſunt ciues, quam ipſimet incolæ. Dum nec peregrini ſunt veri ciues, quia habent omnia non ſuo iure, ſed arbitratu tyranni.

In ob-

Digitized by Google

In Oligarchia etiam pauci ſunt ciues, quia maxima pars eorum, qui habitant in ciuitate, non fiunt participes Magiſtratus, non participes fiūt horum munerum, ſed ſunt nominetenus duntaxat ciues.

In Democratiis vitioſis vnuſquiſque ruſticus, opifex, cæmentarius, ſalſamentarius, &c. ſtatim poteſtatem habet iſtorum munerum, omnes ſunt ciues, imo in quibuſdam & inquilini & perigrini admittuntur.

In Ariſtocratica nemo excluditur, niſi qui ſeipſum excludit. Nam hîc habetur ratio virtutis. Si igitur eſt vir bonus, eſt particeps Reipub.

Ὁρίζονται δή.] Alias duas obiectiones Ariſtoteles adfert. 1. Alii, inquit, aliter definiunt ciuem, qui ſpectant communem vſum ciuitatum multarum, vt ſcilicet ciuis ſit, qui ex patre & matre ciuibus eſt natus. Et vlterius. qui ex auo, abauo, proauo, atauo. Als der Amptmeiſter zu Straßburg / muß von vier Anherren her ein Bauwer ſeyn. Illi ciuem definierunt, vt hodie fere nobilem. Eum enim nobilem dicunt, der von ſeinen vier Anherren einer vom Adel iſt.

℞. Ariſtoteles. Non eſſe veram definitionem. Sic enim rem in infinitum abituram ait. Nam oportet tandem illum definire, qui non natus ſit ex ciuibus. 2. Gorgias Leontinus Sophiſta (Ein Quattvogel) ita reſpondit: Illos quidem non eſſe ciues, ſed opifices ciuium. 3. Inde hoc abſurdi ſequetur, quod primi ciuitatis illius conditores non ſint dicendi ciues, quia non ſunt ciues nati. Quare autem non eſſent ciues? nonne omnia æque habuerunt,

iudicia de correctione illa Solonis; alii enim Solonem fuiſſe in cauſa exiſtimabant. Ariſtoteles autem & alii Solonem maxime laudabant, quum videlicet bene temperarit Oligrachiam cum Democratia, & quod illa m[illegible]a in Repul. Athenienſi orta ſint, cum ob victorias reportatas, tum ob malos illos Demagogos. Eſt hæc communiſſima errandi ratio, quod id, quod rem antecedit, cauſa rei eſſe putetur.

Cauſa efficiens antecedit quidem rem, non tamen omne id, quod rem antecedit, eſt cauſa rei. Non ſequitur: Solonis illa correctio fuit ante illam Ochlocratiam. Ergo illa correctio Solonis eſt cauſa illius Ochlocratiæ. Iſte mortuus eſt accepto prius cliſtere. Ergo cliſter eſt cauſa mortis. Poſt Demoſthenis gubernationem Reſpubl. incidit in peſſimum ſtatum. Ergo Demoſthenis gubernatio fuit cauſa illius peſſimi ſtatus.

Qui Solonis illam correctionem ſtatus illius deplorati cauſam eſſe putabant, eam tripliciter accuſabant, 1. Quod Solon Patriciis ademiſſet autoritatem, & iudicibus, qui ſortitione è populo conſtituebantur, id tribuiſſet, vt poſſent rationes geſti magiſtratus à patriciis repoſcere. Animaduerſio capitalis in homines priuatos ſecundario pertinet ad Rempub. at inquiſitio de geſto magiſtratu primario ad Remp. ſpectat, & pars eſt Reipub, haud ſane exigua. 2. Quod populo nimium tribuiſſet. 3. Quod mixtio non ſatis æqualiter ſit facta.

Contra ex altera parte, qui à partibus Solonis ſtabant, ex his ipſis tribus capitibus eum laudabant 1. Quod effrenatam patriciorum licentiam coercuiſſet.

cuiſſet. 2. Quod recte populo priſtinam reſtituiſſet libertatem. 3. Quod mixtio illa bene eſſet facta, & quod non Solon, ſed victoriæ potius luculentæ, & inprimis peſſimi illi populi ductores, ſeu Demagogi, qui ipſi ſint adulati & gratificati, deplorandi illius ſtatus cauſa ſint vera & adæquata. Reprehendit quidem & Plutarchus illud Solonis inſtitutũ, quod plebei ſuffragia in foro habuerint, & primo quidem leue, quid hoc apparuiſſe, ſed poſtea tractu temporis apparuiſſe maximum. Leue apparuit initio: licet enim plebeii adhibiti fuerint in iudices, tamen ſortitione hic honor ipſis obueniebat. Ariſtoteles in Elen. hanc fallaciam vocat τὸ παρὰ μηκρὸν. Sic in itinere faciendo, ſi aberrem à recta via, primum vnum tantũmodo paſſum aberro, & hoc eſt leue quid; at ſi ita pergam, tandem longiſſime à recta via deflecto. Omnis error ab initio paruus, ſed tractu temporis maximus tandem apparet, & maxima parit incommoda. Vrbs Athena ſita fuit in ſolo maximè arenoſo. Quia itaque ager Athenis malignus fuit ac ſterilis, non ſufficiebat ad tantam hominum multitudinem alendam, quare legem tulerat Solon, vt quicunq; non edoctus eſſet à ſuis parentibus aliquam artem, non teneretur parentes in ſenectute alere. Alioquin enim liberi tenentur parentes ſenio confectos alere, & beneficia hoc modo ipſis rependere.

Finis libri ſecundi.

LIBER III. POLITICORVM ARISTOTELIS.

HOc libro Ariſtoteles accedit ad ipſam ſcientiam ciuilem, ſiue ipſam domum Politicam ingreditur vſque ad finem lib. 6. Hic autem continet & explicat quaſi elemēta (das A.B.C.) Politicæ, id eſt, formales partes Reip. nimirum 1. Quid ſit ciuis, & quomodo inter ſe differant ciuis bonus, & vir bonus? 2. Agit de Republ. quid ſit, & quæ ſint eius ſummæ ſpecies ſeu formæ? 3. Fundamendū quoddam ponit, ſuper quod exſtructa eſt hæc domus Politica, videlicet quodnam ſit ius principatus & dominatus in Repub. Quo iure hi, vel illi ſibi dominatum vendicent. Nam perpetuo homines inter ſe dimicant de iure imperandi. 4. Denique de optima Repub. agit, quæ potius poteſt optari quam ſperari. Hæc proponitur ad diiudicandam aliarum formarum perfectionem, aut imperfectionem.

CAP. I.

ΔΗλον ὅτι πρότερον ὁ πολίτης ζητητέος.] Ariſt. primum acturus de ciue rationem reddit, ne videatur temere agere.

Ratio autem hæc eſt, quia qui conſideraturus eſt de Republ. illum oportet agat de ciuitate. Ciuitas enim & Reſp. vel ſunt idem, vel inuicem poſita. Eſt autem cuiuſque ſcientiæ proprium, ea, quæ ſimilia inter ſunt & vicina, diſtinguere, ne impo-

imponunt hominibus. Qui itaq; vult agere de ciuitate, oportet prius agat de ciue, quia ciuitas nihil aliud eſt, quam multitudo quædam ciuium. Ciuitas eſt quippiam compoſitum, cuius principium ciuis. Res vero compoſitæ non intelliguntur, niſi ex euolutione partium & principiorum, ex quibus conſtant. Male igitur illi faciunt, qui de Rep. ſcribunt, quando non etiam de ciue ſcribunt, & explicant, quid ſit ciuis, quia Reſpublica eſt ordo quidam ciuium.

Deinde quia ſæpe ambigitur, an aliquid ſit factum à ciuitate, an à Repub. id eſt, magiſtratibus & dominis Ciuitatis, oportet ſcire, quod ſit ciuitas & quomodo differat à Repub.

Præterea etiam de ciue magna eſt difficultas, ſiue in hac Repub. quis ciuis dicitur, qui in alia fortaſſe non eſſet. Exemplum igitur; in Democratia poteſt quilibet ciuis fieri, & admittitur ad deliberationes publicas. Contra ſe habet in Oligarchia, ibi aut non ſunt ciues aut nō pleniſſimo iure. Non pōt quis intelligere definitionē, niſi quis intelligat ea quæ ingrediũtur definitionē. Ciuitas quid ſit? Nemo intelligere poteſt, niſi prius intelligat, quid ſit ciuis. Ciuis enim ingreditur definitionē ciuitatis. Relata alia ſunt ſecundum eſſe, alia ſecundũ dici; ita ciues vel ſunt veri vel nomine tantum, id eſt, quidam ſunt ciues ſecundum eſſe, quidam vero ſecundum dici. Ariſtoteles vult definire quod in ſuo genere eſt perfectiſſimum. (nam quando res habent gradus nobilitatis, & ignobilitatis, debemus proponere, quod in eo genere eſt ſummum) ideoq; amouet omnes eos, qui quodammodo ſaltem ſunt ci-

ues, vel qui vulgo quidem ciues dicuntur, veri autem non ſunt. Et primo reiiciuntur ciues factitii, id eſt, ciuitate donati, qui non omnia priuilegia habent. Verbi gratia, qui poſſunt eſſe ſpectatores ludorum, intereſſe commeſſationibus publicis, mercaturam exercere, vxores ibi ducere. Illi quidem conſequuntur aliqua commoda, quæ veri ciues habent, ſed tñ propterea non habent ius ſuffragiorum, vt comitiis ſimul intereſſe poſſint, quæ priuilegia ſunt nobiliora. Tales non ſunt perfecti ciues, ideoq; illos ſtatim ab initio amouet.

2. Nec ii ſtatim ciues ſunt dicendi, qui eandem vrbem incolunt. Nam hac ratione quoque ſerui & inquilini ciues eſſent nominandi cohabitatio non facit ciuem die Hinderſäſſen.

3. Neque iſti qui ius habent aliquem in ius vocandi & compar̃edi, quod interdum faciunt confederatæ ciuitates. Hæc communitas priuilegiorum, etſi non ſit cum omnibus ciuitatibus, tamen propterea illi non ſunt ciues.

4. Non etiam definit illos qui ſpe ſunt ciues, hoc eſt, futuri aliquando, vt pueri ciuium, ſed qui reipſa ſunt. Ita etiam cum Ariſtoteles cauſam definit, non definit eam, quæ poteſt fieri, ſed quæ eſt.

5. Excluduntur ii, qui ciues fuêre, ſed amplius reipſa non ſunt, vt ii, qui per ætatem non poſſunt muneribus publicis fungi. Non ſecus atque architectus, quando cauſat, dicitur cauſa, non quando cauſa fit. Ita etiam, quando fœminam definio, definio illã ab officio eius, quæ ſc. poſſit parere: puellam vel anum, non poſſum dicere fæminam: Propterea

pterea Bodinus ſe debuiſſet continere, qui aliam ciuis adfert definitionem.

Πολίτης δὲ ἁπλῶς.] Cum omnis Reſpub. conſtet imperio & obedientia, ſi definiretur per obedientiam ciuis, inquilini, & fœminæ eſſent ciues. Definitur igitur imperio [ἀρχῇ.]

Imperium vel Magiſtratus duplex eſt: Alter eſt definitus magiſtratus, quando certis perſonis, & ad certum tempus demandatur: Alter eſt indefinitus.

Tres ſunt partes ſumme eſſentiales Reip. 1. Iudices, qui de rebus præteritis agunt. 2. Conſiliarii, qui de rebus futuris. 3. Magiſtratus κατ' ἐξοχὴν, dicti quæ de præſentibus.

Priores duo vocantur Magiſtratus indefiniti, quia non ita certis perſonis & ad certum tempus tribuuntur.

Imperium igitur reuocatur ad duo: Magiſtratum definitum, & indefinitum. Huius poſterioris participatione definitur ciuis, vt qui aut poſſit iudicare, aut creare Magiſtratus & deliberare, ſiue iam vtrumque habeat, ſiue alterutrum tantum, eſt ciuis. Quare non definit Ariſtoteles ciuem per Magiſtratum? Reſpond. Quia qui Magiſtratum gerit indefinitum eſt plus quam ciuis, eſt præfectus ciuium. Si definiret per participationem definiti Magiſtratus, conſtitueretur ſupra ciues, ſed Ariſtoteles voluit ciuem definire per ea, per quæ ciuis eſt. Breuiter, qui habet ius ſuffragiorum, non qui ius honorum, eſt ciuis. Qui autem hoc ius nō habent, ſunt ciues deceptione potius, quam reuera, ne videlicet moueant ſeditiones; ſunt nomine & ἀπάτης χάριν, non iure ciues.

Hæc

Hæc diſputatio de ciue videtur ſimilis illi medicorum de partibus corporis humani, an pili & vngues ſint partes corporis humani. Si conſideres hominem, vt quiddam totum partiale, omnia quæ ei cohærent, eius ſunt partes Sed ſi conſideres eum vt quoddam viuens, neceſſe eſt, vt eodem modo & partes conſideres. Itaque cum vngues & pili non viuant, non vitalem actionem in ſe includunt, non erunt partes hominis, ſcil. vt viuentis, ſed vt totius. Ita etiam, ſi conſideres Rempub. vt quoddam formale, vt aliquid capere de illo poſſis, illi tantum ſunt ciues, qui huius vitæ publicæ ſunt participes: ſed ſi cōſideres vt totū aliquod, omnes qui inhabitant, ſunt ciues, Ille tantummodo ciues ſunt dicendi, qui vitæ publicæ (vt ita dicam) ſunt participes, in quos Reſpub. ſuam ſpeciem non effundit, non ſunt ciues.

Bodinus definit ciuem qui iiſdem legibus eſt ſubiectus. Sed hoc eſt inquilinos facere ciues, item fœminam. Cæterum ciuis non reſpectu legum, vel obedientiæ dicitur ciuis, ſed reſpectu Reipub. ſiue imperii. Reſpub. autem eſt ordo ciuitatis. Qui igitur illius ordinis eſt particeps, ciuis eſt.

Ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς.] Iudicare interdum latiſſime accipitur apud Ariſtotelem, & non tantū tribuitur iis, qui proprie dicuntur Magiſtratus, verum etiam omnibus Reipub. partibus, quæ dicuntur iudicare. Hoc loco iudicatus accipitur de duabus partibus. 1. De iure ſuffragiorum, hoc eſt, creandis Magiſtratibus. 2. de ſententia dicenda, ſiue foro iudiciali.

Μετέχειν] In quibuſdam Rebuſp. vel ſtatim fiunt parti-

participes, ſimulatque inſcripti ſunt in numerum ciuium, vel ſi primum fuerint Magiſtratus, verbi gratia, oportet te primum fieri conſulem, ædilem &c. antequam poſſis intereſſe commitiis.

Porro cum in definitione dicatur ciuis, qui poteſt fieri particeps, &c. notandum, hoc poſſe duobus modis debere accipi. Nam poſſe dicitur 1. Qui iã reipſa, quod poteſt, facit, verbi gratia, quãdo inambulas, dico te poſſe ambulare. Et hoc poſſe impoprie dicitur. 2. Dicitur pro eo, qui actu aliquid non facit, ſed poteſt tamen facere. Ita hic in definitione ciuis eſt, qui poteſt eſſe particeps. In Democratia reipſa eſt particeps, in aliis poteſt eſſe particeps, per intermedios Magiſtratus, ſi illos aſſequatur.

Quæras: Cur Ariſt. definit ciuem ſuum per duo tantum munera, cum tres ſint partes Reipub. vel tria ſumma munera, nempe iudicare, deliberare & leges ferre? Aut cur non potius per Magiſtratum? Reſpond. dupliciter, 1. Qui Magiſtratum dedit, ille plus eſt, quam ciuis, eſt præfectus ciuium. Definit ergo per duo munera, per quæ eſt ciuis, 2 Dico: Fortaſſis ipſum (Ariſtotelem) non excludere Magiſtratum, in iis nimirum formis, in quibus non peruenitur ad reliqua duo munera, niſi per Magiſtratum proprie dictum. Vt Noribergæ & aliis quoque in locis, nemo admittitur ad deliberationes, niſi etiam ſit Senator vel Magiſtratus. Sed prior reſponſio melior videtur, quia Ariſtoteles infra vocat Magiſtratum προστάτην, ideoque plus eſt, quam ciuis.

Τάχα μὲν οὖν ἂν φαίη τις.] Diluit hîc Ariſtoteles obie-

ctionem

In Oligarchia etiam pauci ſunt ciues, quia maxima pars eorum, qui habitant in ciuitate, non fiunt participes Magiſtratus, non participes fiũt horum munerum, ſed ſunt nominetenus duntaxat ciues.

In Democratiis vitioſis vnuſquiſque ruſticus, opifex, cæmentarius, ſalſamentarius, &c. ſtatim poteſtatem habet iſtorum munerum, omnes ſunt ciues, imo in quibuſdam & inquilini & perigrini admittuntur.

In Ariſtocratica nemo excluditur, niſi qui ſeipſum excludit. Nam hîc habetur ratio virtutis. Si igitur eſt vir bonus, eſt particeps Reipub.

Ὁρίζονται δή.] Alias duas obiectiones Ariſtoteles adfert. 1. Alii, inquit, aliter definiunt ciuem, qui ſpectant communem vſum ciuitatum multarum, vt ſcilicet ciuis ſit, qui ex patre & matre ciuibus eſt natus. Et vlterius. qui ex auo. abauo, proauo, atauo. Als der Amptmeiſter zu Straßburg / muß von vier Anherren her ein Bauwer ſeyn. Iſti ciuem definierunt, vt hodie fere nobilem. Eum enim nobilem dicunt, der von ſeinen vier Anherren einer vom Adel iſt.

℞. Ariſtoteles. Non eſſe veram definitionem. Sic enim rem in infinitum abituram ait. Nam oportet tandem illum definire, qui non natus ſit ex ciuibus. 2. Gorgias Leontinus Sophiſta (Ein Quattvogel) ita reſpondit: Illos quidem non eſſe ciues, ſed opifices ciuium. 3. Inde hoc abſurdi ſequetur, quod primi ciuitatis illius conditores non ſint dicendi ciues, quia non ſunt ciues nati. Quare autem non eſſent ciues? nonne omnia æque habuerunt,

habuerunt, quæ ipſorum filii? Nonne habuerunt quoque participationem honorum? Eſt quidem hoc in multis, vt principia rerum non ſint etiam res quorum ſunt principia, vt punctum eſt principium quantitatis, ipſe tamen non eſt quantitas. Item forma & Materia ſunt ſubſtantiarum principia, non tamen ipſæ ſubſtantiæ, ſed ſubſtantialia, vt vocat Simplicius. Nomen ciuis eſt politicum, hominis vero politici vel eſt imperare vel obedire. Itaque ciuis definiri debet per participationem imperii, non originis.

Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνοι.] Altera obiectio eſt de peregrinis, ſeruis, inquilinis, qui in quibuſdam Rebuſp. mutata illorum forma, vel ſtatu, occaſione quadam facti ſunt ciues, & ius ſuffragiorum adepti, verbi gratia, opera Clyſthenis aſſcripti ſunt Athenis multi peregrini, ſerui, inquilini, & diſtributi in tribus; vbi ſuffragia fecerunt. Igitur illa definitio illis etiam competit, ſed hoc eſt factum iniuſte, ſi iniuſte, falſo fuerunt ciues (Quod enim in Theoreticis eſt falſum, in practicis ſiue politicis eſt injuſtum) ſi falſo, non erant ciues veri. Reſp. Ariſtoteles ex aliorum ſententia, omnino eſſe ciues, ſed hanc diſtinctionem eſſe adhibendam: Quando quidam habent alicuius rei, hoc vel illo modo faciendi, poteſtatem plenam, talem faciunt, qualem habent poteſtatem, licet illa poteſtas ſit iniuſta, nihilo minus tamen, quod ex illa poteſtate fluit, eſſe iuſtum. Sic quando ciuitas habet poteſtatem faciendi ciues, etiamſi iniuſta ſit illa poteſtas, tamen ciues facti iuſti ſunt ex hypotheſi.

Sic

Sic meretrix initio iniuſte facit, ſi fiat meretrix, ſed poſtquam facta eſt meretrix, iuſte accipit mercedem, & recte facit, ſi ſumat ea, quæ conueniunt meretricio ſtatui. Ita formæ Reipub. vitioſe ſunt malæ, ſed quod faciunt eſt iuſtum. Cæſar iniuſte occupauit Rempub. Rom. iuſte tamen imperauit. Iniuſta fuit eius poteſtas, igitur omnia eacta? Negatur, ſed ex hypotheſi.

Hoc pulcherrime docet Xenophon de Repub. Athenienſi: In illa multa nefaria, Xenophon dicebat, eos recte facere, ſed quia habēt poteſtatem.

Ἀποροῦσι γάρ τινες.] Sequuntur tres quæſtiones. 1. An acta Tyranni, &c. mutata Repub. ſint acta ciuitatis, id eſt, An adſcribenda ciuitati? Hæc quæſtio incidit occaſione horum ciuium, qui erant creati à tali Magiſtratu, mutato Reipub. ſtatu.

2. Quando ſit eadem ciuitas, quando non?

3. Quando pacta publico nomine inita ſint ſeruanda?

Quod ad primam attinet quæſtionem, adfert Ariſtoteles aliorum opinionem, & dicit: non eſſe acta illa ciuitati aſcribenda, quæ interuenerunt à tyranno, vel paucis oligarchicis, quia omnia ad ſuā vtilitatem conferunt. Quando igitur liberata eſt hæc ciuitas, acta non ſunt adſcribenda ciuitati. Ita Athenienſes reſpondent. ſed inſtat Ariſtoteles, eos ſaltem reſpicere duas formas Reipubl. vitioſas, alias omittere, quæ non minus vitioſæ ſunt. Sed hæc quæſtio non poteſt recte ſolui, niſi & altera ſciatur.

CAP. II.

SEcunda quæſtio: quando ſit eadem ciuitas, quando non? Hæc quæſtio à ſuperiori pendet.

Digitized by Google

Nam in ſuperiori Ariſtoteles dixit; ſi eadem eſt ciuitas, erunt ei adſcribenda, ſi non eadem, non erunt ei adſcribenda. Ergo hic quæritur: Quando ſit eadem ciuitas vulgus refert ad mœnia, ad muros & metitur inde rem & ciuitatem eandem. Inſtat Ariſtoteles, ſed Babylon, quæ cum vna parte capta eſſet ab hoſtibus, tertia demum die ab altera parte cognita fuit. Summa: Ad hanc quæſtionem aliter vulgus, aliter Philoſophus reſpondet. Vulgus ſolet reſpicere ad id, quod oculis & ſenſibus obiicitur. Tria ſunt in quaque ciuitate conſideranda 1. Locus ſeu vrbs ipſa. 2. populus. 3. Forma gubernandi, democratice, oligarchice, principaliter. Vulgus ad iſta materialia, populum nimirum & vrbem: ad formã reſpicit Philoſophus. Populus dicit eandem eſſe ciuitatem, quando eadem eſt vrbs, intuetur ſitum, locum, item populum, videlicet quando populus manet & vrbs, eandem eſſe ciuitatem (etiamſi naturali viciſſitudine oriantur & occidant) Philoſophus potius ad formam reſpicit, quando eadem manet forma, & multo magis idem populus, & maxime eadem vrbs.

Quia vnaquæque forma dat eſſe rei, & quando res habet formam, habet appellationem. Quando vuæ ſunt adhuc vuæ, non proprie dicuntur vinum, non muſtum factũ dicitur vinum, nondum enim ebuliit, nondum defecatum eſt; tunc autem quando formam vini habet, etiam appellationem vini nanciſcitur. Ita Philoſophus reſpicit formam & modũ. Sic ICti reſpondent in multis quæſtionibus, vt de naui Argonautarum mutata, nimirum vete-

veteribus aſſeribus omnibus fractis & paulatim nouis adnexis, da alles mutiert ward/ cum reuerterentur, quæritur, ſit ne eadem nauis? Forma eadem manet, ſed Materia mutata eſt. Alii reſpiciunt materiam; Alii formam. Sic quando grex mutatur, ſubſtitutis aliis ouibus, quæritur, ſitne idem grex nec ne? Item conſeſſus iudicum ſit ne idem nec ne? in aliorũ locum aliis iudicibus ſubſtitutis. Oportet hîc enim reſpicere non materiam, ſed formam. Interdum vero forma mutatur, verbi gratia, Filius à patre in longinquas regiones ablegatur, rediens iam eſt procerior quam ante & barbatus, nihilo minus tñ ſo iſt er der alte Hans/ er trinckt noch ſtäts gern Bier / vnd gehet gern auff die Löffeley. Ex hoc, inquam, loco Iuriſcõſulti ſumpſerunt ſuas diſtinctiones. Populariter quidem & ad vulgi captum eſt eadem, ſed accuratius iudicando pendet à forma, quæ non eſt eadem. Aqua quæ fluit ex hoc fonte, ſi venenoſa fiat, non eſt amplius eadem aqua, quia forma aquæ potabilis non eſt eadem. Acta igitur ciuitati non ſunt adſcribenda, quæ ſunt ex priori forma, quia non eſt eadem amplius. Forma eſt præcipuum indiuiduæ naturæ, Materia etiã, ſed minus principaliter. Neq; Philoſophus materiam reiicit, verũ ſecundario reſpicit. Ita reſpon. ab Ariſtotele de actis à ciuitate adſcribendis vel non.

Εἰ δὲ δίκαι τ' διαλύειν.] 3. Quæſtio. An acta publico nomine inita ſint ſeruanda nec ne? Ariſtotel. hanc quæſtionem non decidit, quia proprie ad δικαστικὴν. ſiue forum iudiciale, non ad politicum ſpectare videtur. Quando enim ſub hac natione quæritur,

 an ali-

an aliquid ſit iuſtum vel non: pertinet ad δικαστικὴν. Quando vero quæritur: An vtile ſit necne, ad forum politicum ſpectat. Reſpondent tamen interpretes ad hanc quæſtionem 1. adhibita nimirum hac diſtinctione: Aut manet eadem forma, & domini ciuitatis, qui pacta pepegerunt, habuerunt de eo plenum ius, debet id ciuitas præſtare. Si enim priuatus promiſſa debet ſeruare, multo magis ciuitas.

2. Interdum poteſt dubitari, an habuerint talem poteſtatem plenam, verbi gratia, totus populus legatos mittit, & legati pacta quædam ineunt, fortaſſis populo non conſentiente. Honeſtū quidē eſt ea ſeruare, ſed non ſemper eſt vtile. Ita fit interdum vt dux aliquis ad anguſtias redactus, cogatur pacta facere cum hoſtibus, etiamſi populo non ſint adiumento. Quidam Romani coacti ad anguſtias cum Samnitibus pacta inierunt. Populus noluit ſeruare, quia ſine conſenſu eius facta erant.

3. Poteſt fieri, vt aliquis plane nullam habeat poteſtatem; & tum omnino non ſunt ſeruanda.

Athenienſes cum eſſent oppreſſi à Lacedæmoniis, triginta tyranni illis ſunt impoſiti. Hi 30. tyranni haben viel Schulden gemacht/ quæ Athenienſes poſtea ab his tyrannis liberati ſoluerūt. Quæritur: An Athenienſes æs alienum horum tyrannorum debuerint ſoluere? Reſp. ſoluerunt quidem, quia honeſtum putarunt, ſed nō fuerunt coacti, neque etiā vtile ipſis fuit. Idcirco non recte ſemper cōfutare videtur Lipſius videtur diſſentire à Machiauello, quia aliud eſt quærere de principe, aliud

aliud de priuato. Principem enim id quærere, quod decet, quod ipſi vtile eſt, quod conducit: aliter in priuato, qui honeſtum maxime ſpectare videtur.

CAP. III.

ALia quæſtio de ciue: Qualis ſit ciuis virtus? Et vtrum boni ciuis & boni viri virtus eadem ſit, necne, id eſt, vtrum eadem res faciat, vt quis ſimul vir bonus & ciuis bonus dicatur? Non enim idem eſt bonus vir, & bonus poeta; bonus homo, & bonus pictor, ſutor, &c. Ideoque Cicero in quodam loco (epiſt. ad Attic.) coniungit, aiens: Gaudeo te & viri boni, & ciuis boni verbis eſſe delectatum. Ariſtotelis definitione ciuis in genere cognita, reliquum eſt, vt qualitatem eius cognoſcamus, id eſt, cum ſcientiæ ſoleant ea diſtinguere, quæ communia ſunt; virtus autem boni viri, & virtus boni ciuis valde ſimiles ſunt, videndum nunc eſt, quomodo differant, & vtrum differant? vtrum concurrant interdum, vel non concurrant?

Adfert autem Ariſtoteles ad explicationem huius quæſtionis tres diſtinctiones, primo inquit: Aut loqueris de ciue vniuerſe, aut non vniuerſe. Vniuerſe, vt qui ſit bonus ciuis, ſiue in bona & laudabili forma, ſiue in vitioſo Reipub. ſtatu, 2. aut non vniuerſe, & vel de ciue bono imperante, vel parente. 3. aut de ciue bono in bona Repub. Primo modo ciuis bonus in quauis forma Reipub. non eſt idem quod vir bonus. Nam primo vir bonus quoad virtutem in omni loco & tempore, &c. ſemper ſe habet eodem modo.

Ciuis autem bonus virtutem ſuam & actiones

omnes accõmodare debet ad vtilitatem eius ciuitatis & Reipub. in qua viuit. Atque multæ ſunt Reipp. vitioſæ, quæ leges habent non ductas ex virtutis fonte. Liceri autem ſtatum deprauatum, non eſt viri boni. Summa, bonus vir dicitur ex virtutibus moralibus, temperantia, fortitudine, &c. Bonus ciuis dicitur ex tuitione & defenſione ſtatus Reipub. eius, in qua viuit. Ergo vir bonus & ciuis bonus non ſunt idem. ibi: Τὸν δ' ἀγαθόν.

2. In Repub. bene conſtituta omnes ciues etiam debent eſſe boni ciues (alioquin non poterit dici tantum conſtituta) non autem neceſſe eſt, vt omnes ciues quoque ſint boni viri. Ergo ibi: οὐ μὴν ἀλλ' ὄν. 3. Boni ciuis virtus varia eſt, ſed boni viri vna. Ergo ibi. ἔτι ἐπεὶ ἐξ.

φαμὲν δὴ τὸν ἄρχοντα.] Secundo ſi loqueris de bono ciue imperante, rurſum non coincidunt. Imperantis enim eiuſmodi eſt prudentia, qua poteſt recte imperare ſubditis, quæ prudentia pro diuerſitate imperii etiam diuerſa in imperante requiritur. Qui igitur in vitioſo Reipub. ſtatu ex ea prudentia imperat, quæ ibi requiritur, bonus dicitur ciuis, quamuis non imperet ſecundũ virtutem. Non eſt eadẽ virtus imperantis &parentis,quia principũ filii aliter inſtituuntur,& ad diuerſas virtutes, quam ſubditorum. Principis laus eſt,eſſe iuſtum,prudentem,militarem:non eſt principis laus, quando dicitur, Wie kan der Fürſt ſo gut Verß machen / wie iſt er ſo ein guter Grammaticus / er ſtöſt nicht vmb ein Haar an callet varias linguas.

Καὶ Εὐριπίδης.]Probat hoc primo teſtimonio Euripidis

pidis, apud quē cuiuſdā filius principis poſtulabat à ſuo præceptore, vt in talibus ipſum præceptis inſtitueret, per quæ aliquando, ſi ad Magiſtratum perueniret, poſſet eſſe vtilis.

Καὶ διὰ τοῦτ'.] 2. A dicto Iaſonis, qui dicebat ſe eſurire, &c. ſi ergo eadem eſſet virtus, tunc ēt poſſet recte ſedare illam eſuriem parendo imperio.

Ἔστι γὰρ ἀρχὴ δεσποτική.] Diſtinguit Ariſtoteles inter imperia; & aliud herile, aliud ciuile eſſe ait. Imperium ciuile eſt inter eos, qui genere ſunt ſimiles & pares. Tyranni è ciuili imperio faciunt herile ſeu Dominium. Dicit autem Ariſtoteles, non aliter diſci, niſi parendo, id quod probat prima expoſitoria ratione: In arte Militari ſunt duo ſummi Magiſtratus, Dux exercitus, & equitum Magiſter: illi duo Magiſtratus non poſſunt recte addiſci, niſi parendo. Nam ſi vis dux fieri, oportet prius ſis miles gregarius 2. Centurio. 3. Tribunus militum, qui Magiſtratus etiam adhuc ſunt ſub imperio ſummi illius. 4. demum dux crearis. Et hi fuerunt mores veterum laudatiſſimi. Hodie ſecus fit, ſed peſſime. Quando quis ex illuſtriori natus eſt familia, ſtatim vult dux creari, etiamſi nunquam in militia fuerit.

Διὸ καὶ λέγεται.] 2. Probat ēt ex communi prouerbio, quod Plato etiam vſurpauit: Non poſſe videlicet quemquam bene imperare, qui non paruerit prius; loquitur autem de imperio ciuili, quod non niſi hoc modo diſcitur: Hoc communi dicto vtitur etiam Lipſius in ſuis libr. polit. & valde ſe torquet, quomodo ſuo principi id poſſit accommodari, ſed male. Principes enim hodierni ſemi

Digitized by Google

herili potius vtuntur imperio, non ciuili. Ibi enim ſemper eſt ſucceſſio.

Καὶ αὐτὸς δὴ ἀγαθȣ̃ ἄμφω.] concluſio Ariſtotelis. In ciuili imperio virtus ciuis imperantis, & virtus ciuis imperio parentis fundamento eſt eadem. Duo enim ſunt, virtus Ethica & prudentia, quæ eſt virtus dianoetica. Virtus Ethica in imperante & imperio parente modo differt, quia in eo qui adhuc paret imperio, & eſt priuatus, requiritur hæc διάθεσις, ſeu diſpoſitio virtutis moralis, vt pareat: in imperante & ſene virtus Ethica vt ætate ita etiam conſtantia eſt confirmata, & non eſt diſpoſitio, ſed habitus. Differt itaque virtus Ethica in imperante & imperio parente modo, id eſt, perfectione & imperfectione. In imperante eſt perfectior, in parente imperio eſt imperfectior, quia virtutes morales ſunt virtutes aſſuefactionis. Prudentia vero imperantis & imperio parentis non ſolum perfectione & modo, ſed ſubſtantia etiã differt. In imperante requiritur prudentia, id eſt, vt poſſit proſpicere de rebus futuris: in parente imperio non requiritur prudentia, ſed loco prudentiæ in ipſo requiritur recta opinio. Vt diſcentem credere oportet, ita etiam non oportet eum, qui imperio paret, in Magiſtratuum edicta inquirere, ſed hanc rectam opinionem habere, Rempublicam non poſſe conſtare niſi pareatur. Docentis eſt tenere & res tradendas, & modum tradendi, id eſt, vt ſit breuis, dilucidus, neruoſus in docendo: diſcentis eſt bonam habere opinionem de docente, & ea quæ docentur accipere. παιδεία non eſt diſcentis, ſed docentis: Eſt e-

nim

Digitized by Google

nim παιδεία prudentia quędam docendi, ſic eſt prudentia quædam imperandi.

Ἡ δὲ φρόνησις.] Hic perperam ex Ariſtot. Lipſius vertit, vnica eſt virtus imperantis prudentia. Falſum hoc eſt, nec Ariſtoteles hoc docet, ſed prudentiam ſolam eſſe virtutem, quæ diſtinguat imperantem à parente imperio. Imperans non ſolummodo prudentia, ſed etiam virtutibus Ethicis debet eſſe præditus, aliâs non erit prudentia, ſed aſtutia potius, & Machiaueliſtica quædam calliditas. Virtus Ethica perfecta ea dicitur, quæ aſſuefactionis eſt, & in ſolum hominem cadit.

περὶ δὲ τὸν.] Iam agit de variis ſpeciebus ſeu formis ciuium. Tria autem ſunt ciuium genera.

1. Eximium & præſtans, quando quis & definitione, & re ipſa eſt ciuis, vt quando eſt & prudens & Ethica virtute præditus, & Magiſtratuum particeps.

2. Species ciuium eſt, in quos quidem cadit definitio, ſed non virtus ciuis, id eſt, ſunt quidem participes Magiſtratuum, ſed non ſunt prudentes, neque boni viri (jhr Weißheit iſt erfroren) quales fere ſunt opifices, & magna ex parte mercatores; omnia enim ad vtilitatem referunt, non ad honeſtatem: Jhr virtus iſt nur wie ſie die Leut beſcheiſſen vnd betriegen können.

3. Qui plane ὁμωνύμως ſunt ciues, id eſt, neque virtutem ciuis habent, neque definitio ciuis in eos cadit, vt ſunt baiuli, vnd die Holzhacker.

CAP. IV.

DE REPVBLICA ARISTOTELIS.

IAm ſequitur alterum principium formale, nimirum de ipſa Reipub. conſtitutione & figura. In libro 3. & 4. Eſſentialia Reipub explicantur, id eſt, quidditas, & quæ ſint ſpecies Reipub. In 5. & 6. explicantur propriæ Reipub. affectiones, id eſt, quæ ſint ipſius propria accidentia. In fine libr. 4. principia Materialia Reipub. traduntur. Sunt autem 3. Reipub. partes, Magiſtratus, deliberationes & iudicia publica. Reſpubl. interdum valde late ſumitur, & comprehendit omnem ſtatum & Magiſtratuum, & legum, & cæterarum rerum, quæ ſunt communes. 2. In anguſtiori ſignificatione Reipub. vocabulum accipitur pro certa ratione Magiſtratuum inter ſe, & ad ſubditos, non ad reliquos ciues parentes, & ad alias res communes. 3. Anguſtiſſime pro ſummo tantum Magiſtratu, id eſt, pro eo ſeu pro iis hominibus, in quorũ manu ſumma eſt poteſtas & cæterorũ Magiſtratuum & legum. In 2. ſignificatione hoc loco vocabulum Reipubl. ſumitur. Quia Reſp. eſt nomen, quod ſignificat non ſolum nudam alicuius rei formam, ſed certæ rei inhærentem.

Ἐστὶ δ' πολιτεία.] Reſp. ab Ariſtotele ſic definitur: Reſpubl. eſt ordo ciuitatis cum aliorum Magiſtratuum, tum inprimis illius ſummi, in cuius poteſtate ſunt omnia. Ordo ſignificat formam principaliter: Reſpubl. eſt ordo; at non cuiuſuis rei, ſed ciuitatis. Acies etiam eſt ordo, ſed militum. Quid eſt pulchritudo? Pulchritudo eſt συμμετρία non cuiuſuis rei, ſed corporis humani.

Quia

Quia omnis materia per ſe & in ſe eſt fluxilis, incōſtans, & vt Græci loquuntur, ἀόριστος, id eſt, indigeſta & indefinita: Forma accedente illa inconſtantia & ἀοριστίᾳ cogitur in certā συμμετρίαν, id eſt, diſponitur, & in ordinem redigetur. Forma enim eſt ordo & diſtributio quædam cum aliorum Magiſtratuum, tum inprimis illius ſummi. Talis hæc eſt definitio: Pulchritudo eſt συμμετρία partium corporis humani cum aliarum, tum inprimis faciei. Temperamentum eſt primarium qualitatum adaptatio, ſed inprimis cordis. Hanc priorem partem Ariſtoteles probat, quia πολίτευμα regimen ſeu gubernaculum reſpicit iſtud ſummum (das oberſte Regiment) τῆς πολιτείας, ideoque illud etiam in definitione ſumendum. Sic Nauarchia eſt ordo nauis cum aliorum nautarum, tum inprimis naucleri: & mundus ſeu κόσμος eſt ordo corporum naturalium, grauium, leuium & neutrorum: grauium vt aquæ & terræ: Leuium quæ grauibus ſuperſtant, vt aeris & ignis: Neutrorum, vt corporum cœleſtium, quæ neque grauia ſunt, neque leuia. Bodinus ſua politica ſtatim à mendacio orditur & inquit: Quia neminem Rempub. definiuiſſe video, ipſe eam difiniam. An non Ariſtoteles Rempubl. definiuit? Immo accuratius quam Bodinus, licet enim Bodini definitio fere coincidat cum definitione Ariſtotelis, eo tamen vitio laborat, quod in ea formam in caſu obliquo; materiam vero in caſu recto, id eſt, Nominatiuo ponat: Cum tamen ſi philoſophice rem examinare velimus, in definitione forma in nominatiuo; Materia vero in obliquo caſu ſit ponenda. Bodinus eſt valde propenſus ad exagitandum alios.

ὑποθε-

Ὑποθετέον δ᾽.] Propoſita definitione Reip. Ariſtoteles ad diuiſionẽ progreditur, Hodie eſt ſeculum diuiſiuum, Man diuidiret biß gen Conſtantinopel hienein / da gibt es ein hauffen Dichotomias. Ein Analyſis vber die Epiſtel Pauli ad Rom. Cic ad Q. Frat. diuidit Remp. Ariſtotelis non temere, ſed duabus vtitur hypotheſibus tanquam fundamentis, ne ipſius diuiſio videatur eſſe ſuper arenam extructa.

Prima hypotheſis deſumitur ex fine ciuitatis, quæ triplex eſt, primus finis eſt præſtantiſſimus & aliis ſupercreſcit, vt ità dicam, eſtque beate viuere non philoſophiæ, qui non capax eſt eius beatitudinis, ſed commode. ibi μάλιστα μὲν.

2. Vt quis tuto viuat & inter homines & à beſtiis.

3. Vt viuat in ſocitate. Natura enim impellimur ad ſocietatem, ex hac hypotheſi iſta profluit diuiſio; Reſpub. alia ſpectat communem vtilitatem, alia priuatam.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς. Altera hypotheſis: Imperia duorum ſunt generum. In aliis imperantes ſpectant vtilitatem ſuam primario, vtilitatem vero eorum, quibus imperant ſecundario; ſeu ex euentu & per conſequentiam. In aliis imperantes primario ſpectant vtilitatem eorum quibus imperant; ſuam vero ſecundario: Et primũ tale eſt Imperium Domini natura, in ſeruum naturâ, id eſt, eius qui natura eſt proſpicax in eum, qui natura iudicio eſt imbecilli. Proſpicit Dominus ſeruo de cibo ſalutari, ſed hanc ob cauſam, ne moriatur, & ita dominatus ipſius cadat. Proſpicit equo de pabulo, ſed non prima-

primario ob equi vtilitatem, Er möchte wol lieber leiden/ daß das Pferdt gar nichts Freſſe, ſed vt poſſit ipſum portare, vel vt poſſit trahere plauſtrum.

Ἡ δὲ τέκνων. ſecundum genus, vbi vtilitas parentis primario ſpectatur. At quod eſt illud Imperium, in quo Imperantes ſecundario ſuam, primario autem eorum quibus imperant, vtilitatem ſpectant? Nam hoc fere incredibile aut plane abſurdum alicui videtur. Sed explicat hoc Ariſtoteles, & ita reſpondet: Pater imperat filio, & primario ſpectat vtilitatem filii, vt virtute præditus euadat, &c. ſecundario ſuam vtilitatem, vt aliquid vtilitatis è filio ad ſe aliquando redundet, vt aliquid ſolatii ipſi præſtet in ſenectute. Sic maritus vxoris: Medicus ægroti: pædotriba diſcipulorum: Nauta eorum quos vehit vtilitatem primario ſpectat. Olim cum ambitio in mẽtibus hominum non ita radices egiſſet magiſtratus gerebant ad publicam vtilitatem, & propterea libenter eoſdem tanquam onus aliquod deponebant: Hodie, vbi homines immoderata cum pecuniæ tum honorum cupiditate flagrant, Magiſtratus quæſtui habentur, & ob priuatam vtilitatem geruntur, ac propterea etiam difficilius deponuntur; ibi νῦν δὲ διὰ.

Φανερὸν τοίνυν.] Alia Reipub. diuiſio eſt: Quod Reſp. aliæ ſint rectæ, aliæ aberrantes & declinantes à recto. Quæ ſpectant publicam vtilitatem ſunt rectæ. Quæ priuatam ſunt vitioſæ Ariſtoteles vocat παρεκβάσεις Exerrationes Rerump. id eſt Reſpub. monſtroſas. Eſt enim παρέκβασις aberratio à rectitudine naturali. Hæc diuiſio eſt eſſentialis. Eſt enim deſumpta à fine ciuitatis, qui eſt vtilitas pub. Fluit

hæc

hæc diuiſio ex ipſo fonte, ex quo naſcuntur imperia. Male itaquæ Bodinus obiicit, hanc diuiſionem Ariſtotelis eſſe ſimilem, verbi gratia, diuiſionis, quę à robore ſumitur, vt ſi dicam: Qui Rempub. gubernant, alii ſunt validi. alii imbecilles: vel, alii ſunt diuites alii pauperes. Vel alii ſunt pulchri, alii deformes, &c. Non eſt ita (was ligt daran/ es habe der Burgermeiſter gleich ein ſchwartz oder roten Bart/ modo ſpectet vtilitatem publicam) ſed iſta ſunt accidentaria. Reſp. in qua publica. & Reſp. in qua priuata ſpectatur vtilitas, non tantum differunt ſpecie, ſed genere etiam, id eſt, tanta differentia differunt, quanta poſſunt differre. Quæ enim genere differunt, maxime differunt. Diuiſio hæc Ariſtotelis ſumitur à fine Reipub. Eſt autem finis aliquid maxime eſſentiale, quæ fine differunt, illa differunt pluſquam ſpecie; differunt genere, id eſt, maxime differunt.

Ad publ. vtilitatem vt procedatur, non ſatis eſt τὸ velle, ſed etiam τὸ poſſe requiritur. Volumus publicam procurare vtilitatem per virtutem Ethicam, poſſumus per prudentiam. Naturale ius requirit, vt qui natura Dominus eſt & natura ſeruus, ſuam ſpectant vtilitatem: qui vero genere ſunt ſimiles non ſuam ſed publicam vtilitatem primario ſpectant.

CAP. V.

TYrannis plus differt à regno, id eſt, Ariſtocratia quam ab Oligarchia & Democratia vitioſa. Ratio eſt, quia Tyrannis, Oligarchia & Democratia ſeu Ochlocratia cõueniunt in genere proximo: poteſt enim omnis παρεκβάσεις. At inquis, imo tyrannis

rannis & regnum plus inter ſe conuenire videntur, quam Tyrannis & Democratia vel Oligarchia. Ratio eſt: Quia vt in bono regno, ita & in Tyrannide vnus gubernat. ℞ Tyrannis & regnum differunt in ſumma hac parte, quia vna eſt vitioſa Reſpub. forma, altera vero eſt bona. Eadem ratio etiam eſt in virtutib. Ethicis. Maior videtur eſſe coniunctio inter hos duos habitus, prodigalitatem & auaritiam, quam inter prodigalitatem & liberalitatem. Ratio eſt, quia liberalitas eſt virtus, prodigalitas eſt vitium, differunt itaq; genere proximo.

Ἀνάγκη δὲ εἶναι ἢ ἕνα ἢ ὀλίγους.] Vtriuſq; generis Reip. tam bonæ quã vitioſæ tres ſunt ſpecies. Vel enim Reſp. gubernatur ab vno, vel à minore parte, vel à maiore parte; & hi omnes in bona Republ. omnia publica: in vitioſa vero Rep. ſua vtilitate metiuntur. Reſp. itaque aut eſt vnius dominatus, aut paucorum, aut multitudinis. Eſſentia Reip. ſeu apex & eminentiſſima Reipub. pars eſt, τὸ πολίτευμα, id eſt, ſummus magiſtratus, qui eſt vel vnus, vel pauci, vel multi. Eſt itaque hæc diuiſio ſumpta ex eſſentia & apice Reip. & eſt antiquiſſima vel frequens apud omnes hiſtoricos. Eſt enim ducta è vi primi principii, quod eſt vt vel vnus imperet, vel plures; ſi plures, aut minor pars, aut maior.

Ariſtocratiam ἢ διὰ τὸ] Ariſtocratiæ duas Etymologias Ariſtoteles enumerat 1. Quod ἄριστοι optimi, & virtute eminentes in ea imperent 2. Quod in ea τὸ ἄριστον, id eſt, Reipub. ſalus ſpectatur. Prior Etymologia magis eſt è rei virtute, poſterior etiam reliquis duabus bonis Reip. formis competit. Nam & in iis τὸ ἄριστον, id eſt, communis vtilitas ſpectatur.

Primam

Primam bonam Reip. formam Ariſtoteles vocat Regnum, ſecundam Ariſtocratiam, tertiam, quia nomen non habet, generico nomine Remp. vocat. At vbi tertia ſpecies Reip. reperitur, inquis? Rari quippe boni, & non incommode cum Diogene quis bonos, lumine accenſo, conquirat? ℞. Vna virtus ad minimum cadit in Rempub. ſeu bonam Democratiam, virtus nimirum militaris, vt Romæ & Spartæ. At inquis, illa non eſt tota virtus. Veriſſimum hoc eſt: Propterea Ariſtot. infra hoc velle videtur, Rempub. ſeu bonam Democr. illam proprie ſic dici, vbi maior pars dominatur eorum qui virtute bellica excellunt, id eſt, ſunt homines amantes virtutum, ehrliebende Leut. etiamſi non ſint eminente virtute præditi, ſed inchoata tantummodo, & ſic vulgi in foro virum bonum appellamus Rex conſtituitur per eminentiſſimam virtutem: vt enim potentia & viribus, ſic & virtute maxime præ omnibus eminere debet. Ariſtocratici debent eſſe eminentes virtute in poſitiuo gradu. Democratici debẽt habere inchoatam virtutem. Omnes bonæ Reſpub. debent quidem fundari virtute, vna tamen eſt perfectior, quam alia. Proponit in hoc cap. Ariſtoteles definitionem Ariſtocratiæ; cur ergo Bodine, eo nomine reprehendis ipſum, quod Ariſtocratiæ ſæpius mentionem faciat, eam tamen non definiat? Certæ, Domine Ioannes, fuiſti homo plane temerarius, ſcripſiſti quicquid in buccam tibi venit.

Δεῖ δ' μικρῶν.] Iam proponuntur meditationes de veris differentiis, quibus paucorum dominatus & popularis differunt. Diuitiæ ſunt fundamentum Oligarchiæ,

Oligarchiæ, paupertas vero Democratiæ. Tres ſunt, vt ſupra dictum, Reipub. ſpecies: Aut enim vnus imperat, aut pauci, aut multi. Conſimilis videtur eſſe hæc diuiſio apud Medicos. Febris alia eſt quotidiana, alia tertiana, alia quartana. Hæc diuiſio eſt communis & pro populo: è numero eſt deſumpta, id eſt, deſumpta ex accidente, ſed eiuſmodi eſt accidens, vt fere ſemper ſequatur, Accuratior febris diuiſio hæc eſt: Febris alia naſcitur à pituita, alia à bile, alia ex humore Melancholico. Cum autem fere perpetuum ſit, vt febris naſcens è pituita ſit quotidiana, naſcens è bile veniat altero die, naſcens ex humore Melancholico veniat quarto quoque die ideo ſuperior febris diuiſio è numero dierum deſumpta fuit, extructa ex hac poſteriori. Sic Ariſtot. dicit Oligarchia eſt vbi diuites: Democratia ſeu Reſpu. eſt vbi pauperes imperāt, quia hoc fere eſt perpetuū, vt pauciores numero ſint diuites, cōplures aūt pauperes. Diuitię itaq; & paupertas ſunt differentia accidētalis quid ē, ſed eiuſmodi tamen accidens, quod fere perpetuū eſt.

Nomine diuitum etiam nobiles intelliguntur, & nomine pauperum omnes plebei.

Philoſophari ſeu ſapientiæ ſtudere quid aliud eſt, quam ſe ex hominum fece eximere.

Argumenta ab Etymologia ſumpta plerumq; ſunt imbelliciora; quia populus fere imponit nomina, imponit autem vt intelligit: intelligit autem mediocriter & per accidentia. Secus eſt ſi nomina à ſapientibus imponantur. Populus cortice contentus eſt, non penetrat vſque ad medullam. Quando quis eſt doctior, eo minus cum populo conſentit, inde vulgus dicere ſolet. je gelehrter je verkehrter.

CAP VI.

IAM accedit ad ſecundam diſputationem de duobus iuſtis, vno oligarchiæ, nempe diuitiis aut nobilitate: altero ſtatus popularis, nempe libertate. Comparantur autem hæc duo iuſta cum iuſto probæ Reipub. quod eſt virtus & prudentia. Ex his bonis illi inter ſe litigant, de Reipub gubernatione ex ſuo quodam inchoato iuſto. Oligarchici enim ex ſuis diuitiis putant ſibi Reipub. gubernationem deberi: Democratici contra putant, propter libertatem ſibi deberi procurationem. Sed virtus perfecte & integre iuſtum eſt: Diuitiæ & libertas iuſta ſunt aliquatenus, ſeu ex quadam tantum parte.

Ληπτέον δὲ πρῶτον.] Sumendum hoc eſt 1. Explicandum. 2. Conferendum cum vero iuſto, & ita decidenda eſt quæſtio.

Ὅρους λέγουσι. [Terminos, limites, ſiue fundamenta, extra quem limitem non egrediuntur, verbi gratia, in Olig. vſque ad hunc limitem oportet te poſſidere diuitias, ſi vis peruenire ad Rempubl. Oligarchici ita argumentantur. In æqualibus inæqualia debētur. At vos plebeii homines eſtis nobis inæqualles: nos. n. in diuitiis, nobilitate, &c. præſtamus. Ergo etiam inæqualia vobis debentur, & non debetis è Repub. eoſdem capere honores, quos nos capimus. Contra Democratici hoc modo argumentantur: Aequalibus æqualia ſunt tribuenda: At nos ſumus vobis æquales, libertate nimirum. Ergo etiam æquales è Repub debemus capere honores. Hi, inquam, ſunt duo termini ſeu limites ac fundamenta. At, inquis, Cur Ariſtoteles

Digitized by Google

les duarum ſolummodo vitioſarum Rerumpubl. Oligarchiæ videlicet & Democratiæ, terminos explicat, cur non etiam Tyrannidis? Ratio duplex aſſignari poteſt 1. Quia Tyrannis reuera plane nullum habet iuſtum. Oligarchici & Democratici iuſtum habent, licet non perfectũ inchoatum, tamen & imperfectum. Tyrannis vero eſt iniuſtum quid omni ex parte. Hinc Plato inquit: Tyrannidem eſſe Idæam iniuſtitiæ. Secundo: quia (vt infra habebimus) Oligarchia & Democratia ſunt duæ quaſi præcipuæ vitioſæ Reip. ſpecies. Tyrannis autem videtur eſſe plane res priuata vnius hominis. Sic venti plures quidẽ ſunt, omnes autẽ reuocantur ad duos primarios, Auſtrum videlicet & Aquilonem.

Πάντες γὰρ ἅπτονται δικαίου τινός.] Iuſtum diſtributiuum, quando videlicet commoda vel incommoda ſunt diſtribuenda, in his duabus potiſſimum conſiſtit partibus. 1. vt inæqualib. inæqualia, & æqualibus æqualia diſtribuantur. 2. vt dignitas & conditio perſonarum ſpectetur, quod hoc alterum oligarchici non addunt. Recte quidem honores diſtribuunt, ſed de perſonis, quibus honores debentur, male iudicant.

Τὸ δ' αἴτιον.] Cauſam affert duplicem, quare male iudicent. 1. eſt ab effectu animi φιλαυτία. 2. Eſt incuria & incogitantia. 1. φιλαυτία vnumquemque occæcat & caliginem iudicio offundit. Intuemur bona noſtra tanquã ebrii res obiectas: bona enim noſtra duplo nobis maiora videntur, quam reuera ſunt. Hinc Plato inquit: omnis amans circa id, quod amat, occæcatur. Et Varro; omnes videmur

nobis lacertæ, cum ſimus ochleæ. Mancher wann man jhn ein wenig krum anſihet / ſo wil er daruon ziehen / & putat ſe Rempubl. magno effecturum incommodo O wie wird es ſo finſter werden / wann diß Liecht außläſche.

Τὸ δὲ κυριώτατον.] Sequitur verum fundamentum æqualitatis & inæqualitalis perſonarum ad publicorum munerum partcipationem ſumendarum. Illud autem verum fundamentum eſſe virtutem docet Ariſtoteles, reiectis omnibus aliis, & vtitur loco à fine præſtantiſſimo ciuitatum, qui finis eſt tanquam forma, & id quod conſtituit ciuitatem. Finis autem ille eſt beatitudo, vt ciues bene beateque viuant, id eſt ex virtute, & ex præſcripto virtutis. Hic finis eſt forma, quæ facit vt ciuitas ſit proprie ſic dicta ciuitas. Hoc inquam eſt fundamentum æqualitatis & diſtribuendorum honorum; hic finis, ſecundum quem diſtribuendi ſunt honores, reliquos fines, qui adferuntur ab aliis, Ariſtoteles omnes reiicit: Viuere vna, viuere vt quis diues poſſit euadere, viuere vt quis tutus eſſe poſſit, ſunt quidem fines, ſed imperfecti & ſubordinati: ſic communio locorum, communio cõiugiorum non ſunt fines Reipubl. ſed res neceſſaria in Repub. id eſt, res ſine qua non Athenis & Spartæ non licebat ducere peregrinam.

Εἰ μὲν γὰρ τῶν κτημάτων.] Diuitias non eſſe finem Reip. diſputat contra oligarchicos, ſi ciuitas eſſet ſocietas quædam mercatoria (vbi qui plus pecuniæ in ſocietatem contulit, plus etiam de lucro accipit) tunc homines oligarchici haberent iuſtam cauſam. At inquis: Quare Ariſtoteles non eodem

modo

Digitized by Google

modo diſputat contra libertatem, quo contra diuitias? R. Quia per ſe perſpicuum eſt? ciuitatem non eſſe conſtitutam libertatis cauſa. Imo in omni ciuitate libertas noſtra & licentia immodica coërcetur, hinc leges ſumptuariæ.

Νῦν δ' οὐκ ἐστί.] 2. Finis Reipub. non eſt vna viuendi cura. Hac enim ratione & formicarum & apum eſſet ciuitas.

Μήτε συμμαχίας ἕνεκεν.] 3. Non eſt etiam ciuitatis tuto viuere. Nam hac ratione & illorum, qui fœdera inuicem habent, licet diſiunctim habitent, eadem erit ciuitas. 4. Lex non eſt finis ciuitatis. Lex facit quidem bonos, ſed non eſt ipſa virtus, ſed medium & inſtrumentum ad virtutem. Lex ſine inſtitutione nihil proficit. Hiſpani ſunt temperantes ſeu ſobrii etiam ſine lege: contra Germani ſunt ebrii contra omnes leges; ſic Hiſpani furantur contra omnem legem. Die Tugent läſt ſich nit von ſtund an mit dem Mundt erſchnappen / oportet aſueſcere diu, diu, diu.

Φανερὸν τοίνυν.] 5. cõmunio loci nõ eſt finis ciuitatis. Si enim fieri poſſet vt vna ciuitas ferretur ad locum alterius ciuitatis, non eſſet dicenda vna ciuitas, ſed diuerſis vteretur inſtitutis. Qualem autem virtutem requirit Ariſtoteles, practicamne an dianoeticam? Reſp. Paracticam, id eſt, ciuilem: non dianoeticam, vt quis ſit bonus Aſtronomus, bonus Phyſicus, bonus Metaphyſicus. Prudentia eſt apex virtutum ciuilium. Plato dum inquit: Eam demũ Rempub. beatam fore, in qua vel Philoſophi gubernant, vel ij, qui gubernant Philoſophantur, per Philoſophos non intelligit Philoſo-

phos theoreticos, ſed practicos, id eſt, homines perfecta virtute ciuili præditos. Plato in appellationibus ſæpe receſſit à communi loquendi conſuetudine.

CAP. VII.

HOc capit. tractantur 3. quæſtio ſiue 3. diſputatio, de ſummo Imperio, ſeu de dominatu ciuitatis? In hac quæſtiõe fundata eſt quaſi tota ciuilis ſcientia, cui videlicet ex merito debeatur imperium ſeu ſumma autoritas. Et ab initio quidem hanc quæſtionem διαλεκτικῶς diſputat contra omnes formas etiam bonas, quia multos habet fautores in omnes partes. Nam in rebus ciuilibus nihil reipſa eſt tale, ſed omnia conſtant opinione quadam, nõ veritate. Quemadmodũ de pulchro (etſi omnib. honoribus innatus ſit ſenſus pulchritudinis.) mira eſt hic ſententiarũ diuerſitas. Nã in quibuſdam locis virgines mammoſæ anteponuntur denen / die geſchmeidige Brüſtlein haben. In quibuſdam virgines oblonga facie anteponuntur iis, die feine runde Köpfflein haben. In quibuſdam pallidiuſculæ iis, die ſchöne rote Bäcklein haben. In aliis locis aliter de pulchritudine iudicant. Ita etiã hic quoq; pro ea Reip. forma pugnat, in qua ipſe natus atque educatus fuit. Deinde analytice, & ex animi ſententia hanc quæſtionem tractat, & aperit cui πολίτευμα, id eſt, ſumma Reipublic. poteſtas debeatur?

Τί δεῖ.] Quid iuſtum ſit natura, quid congruens, quid honeſtum & ſimul ſalutare Reipub. oſtenditur. Sed vt melius intelligatur hic præmittenda ſunt quædam. Ariſtoteles dum Dialectice diſputat,

tat, non diſtinguit nomen multitudinis. Quia hoc non eſt Dialectici, diſtinguere nempe, ſed reſpondentis. Dialectici eſt confundere. Hæc omnia Ariſtotel. ſimul primo diſputat ex ore Athenienſium. Sunt igitur duo genera virtutum 1. enim aliæ ſunt mediæ & communes 2. aliæ perfectæ, vniuerſæ & (vt Stoici loquuntur) numeris omnibus abſolutæ. Virtutes perfectæ non cadunt in vllum hominem ſeparatim ſeu diuiſim: ſed ſi cadunt, cadunt in totũ genus hominũ. Imperfectæ vero virtutes ſiue mediæ cadunt. Nã quemadmodũ nemo hominum corpore eſt adeo infelix, qui non habeat partem aliquam bene efformatam: Sic etiam nemo adeo infelix eſt, qui non habeat aliquam particulam virtutis vel natura, vel educatione. Ex hac particula virtutis ſimul atq; compotes nominis euadimus, volumus dici viri boni, & quo magis quis incipit fieri ratione præditus, & magis vir bonus & dici & haberi deſiderat. Ratio autem principium virtutum: Wann einer auff ſein 14. oder 15. Jahr Kompt / vult dici vir bonus, ein Schelm der mich anderſt nennet. Habet autem hæc virtus multos gradus, verbi gratia, hic vnam tantum habet virtutem, hic duas, alius tres alius plures, &c.

Si vnam habet, vult appellari vir bonus: ſi plures, vir præſtans. Si nullam haberet virtutem eſſet beſtia, non homo. Vniuerſa autem virtus non cadit in hominem, ſed in homines diſperſim. Si talis reperiretur, in quo omnes virtutes perfectæ ineſſent, id eſt, qui eſſet præditus virtute heroica eminentiſſima, is non amplius eſſet homo, ſed

phos theoreticos, ſed practicos, id eſt, homines perfecta virtute ciuili præditos. Plato in appellationibus ſæpe receſſit à communi loquendi conſuetudine.

CAP. VII.

HOc capit. tractantur 3. quæſtio ſiue 3. diſputatio, de ſummo Imperio, ſeu de dominatu ciuitatis? In hac quæſtiōe fundata eſt quaſi tota ciuilis ſcientia, cui videlicet ex merito debeatur imperium ſeu ſumma autoritas. Et ab initio quidem hanc quæſtionem διαλεκτικῶς diſputat contra omnes formas etiam bonas, quia multos habet fautores in omnes partes. Nam in rebus ciuilibus nihil reipſa eſt tale, ſed omnia conſtant opinione quadam, nō veritate. Quemadmodū de pulchro (etſi omnib. honoribus innatus ſit ſenſus pulchritudinis.) mira eſt hic ſententiarū diuerſitas. Nā in quibuſdam locis virgines mammoſæ anteponuntur denen / die geſchmeidige Brüſtlein haben. In quibuſdam virgines oblonga facie anteponuntur iis, die ſeine runde Köpfflein haben. In quibuſdam pallidiuſculæ iis, die ſchöne rote Bäcklein haben. In aliis locis aliter de pulchritudine iudicant. Ita etiā hic quoq; pro ea Reip. forma pugnat, in qua ipſe natus atque educatus fuit. Deinde analytice, & ex animi ſententia hanc quæſtionem tractat, & aperit cui πολίτευμα, id eſt, ſumma Reipublic. poteſtas debeatur?

Τί δεῖ.] Quid iuſtum ſit natura, quid congruens, quid honeſtum & ſimul ſalutare Reipub. oſtenditur. Sed vt melius intelligatur hic præmittenda ſunt quædam. Ariſtoteles dum Dialectice diſputat,

tat, non diſtinguit nomen multitudinis. Quia hoc non eſt Dialectici, diſtinguere nempe, ſed reſpondentis. Dialectici eſt confundere. Hæc omnia Ariſtotel. ſimul primo diſputat ex ore Athenienſium. Sunt igitur duo genera virtutum 1. enim aliæ ſunt mediæ & communes 2. aliæ perfectæ, vniuerſæ & (vt Stoici loquuntur) numeris omnibus abſolutæ. Virtutes perfectæ non cadunt in vllum hominem ſeparatim ſeu diuiſim: ſed ſi cadunt, cadunt in totũ genus hominũ. Imperfectæ vero virtutes ſiue mediæ cadunt. Nã quemadmodũ nemo hominum corpore eſt adeo infelix, qui non habeat partem aliquam bene efformatam: Sic etiam nemo adeo infelix eſt, qui non habeat aliquam particulam virtutis vel natura, vel educatione. Ex hac particula virtutis ſimul atq; compotes nominis euadimus, volumus dici viri boni, & quo magis quis incipit fieri ratione præditus, & magis vir bonus & dici & haberi deſiderat. Ratio autem principium virtutum: Wann einer auff ſein 14. oder 15. Jahr Kompt / vult dici vir bonus, ein Schelm der mich anderſt nennet. Habet autem hæc virtus multos gradus, verbi gratia, hic vnam tantum habet virtutem, hic duas, alius tres alius plures, &c.

Si vnam habet, vult appellari vir bonus: ſi plures, vir præſtans. Si nullam haberet virtutem eſſet beſtia, non homo. Vniuerſa autem virtus non cadit in hominem, ſed in homines diſperſim. Si talis reperiretur, in quo omnes virtutes perfectæ ineſſent, id eſt, qui eſſet præditus virtute heroica eminentiſſima, is non amplius eſſet homo, ſed

 heros

heros, ſeu medius inter Deum & hominem, ac ſuperaret comunem hominum ſortem ſeu conditionem. Hæ virtutes ſunt inſtar pulchritudinis. Nemo enim eſt, qui tam ſit deformis, quod non habeat aliquam partem pulchritudinis, ſed nemo etiam eſt, qui omnes habeat pulchritudinis partes: Es ſey ein Junckfraw ſo ſchön als ſie immer wölle/ ſo hat ſie doch ein Fehl. Vnde Zeuxis, cum vellet depingere venerem, ſelegit quinque virgines omnium pulcherrimas, quia nulla illorum erat, quæ omnes pulchritudinis partes haberet, vnd von der einen hat er die Naſen abgemahlt / von der andern die Augen. Et ſic Venerem depinxit. Rotte Augen vnd ein grindiger Kopff/ſchwartze Leffzen vnd gelbe Zähn/ ſchwartze Haar vnnd weiſſe Nüß darinnen/ das ſteht wol/ das ſchickt ſich gewaltig wol zuſammen.

Ἔτι γὰρ αὖ οἱ πένητες.] Diſputat contra ochlocratiam. Illa iniuſta eſt: Quia pauperes ſolent inhiare fortunis diuitum, ideoq; diripiunt aut in iudicium vocant, vt poſſint fiſco attribuere, aut ſibi aſſciſcere. Sed hoc eſt iniuſtum. Cic in offic. ait. Non poteſt peſtis maior excogitari Reipub. quam ſi pauperes diuitum bona diripiant. Nam vt diuites bona ſua tueri poſſint, præſidia ſibi aliunde quærere coguntur.

Ἄδικον.] Iuſtum ſecundum Platonem eſt id, quod decretum eſt ab eo, qui ſummum in ciuitate habet.

οὐχ' ἡ γ' ἀρετὴ φθείρει.] Omnis virtus conſeruat id, cuius eſt virtus, eſt perfectio quædam ſicut forma id cōſeruat, cuius eſt forma. Igitur ſi hæc eſſet, iuſtitia non perderet ciuitatem. Sed hæc iuſtitia perderet

ret

ret ciuitatem, ſi iuſtum illud eſſet, quod decerneret multitudo.

Ochlocratia erat tum temporis Athenis, ideo Ariſtoteles tam vehementer exagitat. Bene eos premit, er nimpt ſie dapffer mit.

ἔτι καὶ.] 2. Quid aliud eſt ochlocratia quam tyrannis multorum capitum? vos improbatis Tyrānidem. Qui diripiunt bona ciuium, honores & vitam ipſam, iſta ſunt ſcelera tyrannorum; & perpetrant illa, qui potentiores ſunt. Idem hoc fit in ochlocratia, qui ideo hoc faciunt, quia pauciores ſunt diuites.

ἀλλ᾽ ἄρα.] 11. Diſputat contra oligarch. eadem argumentatione, qua contra ochlocratiam. Quod, inquit, poſſunt facere multi, id poteſt etiam fieri in oligarchia, vt pauci potentes expilent pauperes, ſed hoc eſt iniuſtum.

Ἀλλὰ τοὺς ἐπιεικεῖν]. Oppugnat bonas Reſpub. ſi, ait, probi debent habere & obtinere Rempub. reliqui erunt inhonorati, atque non ſolum ademptio bonorum & vtilitatis, ſed etiam neglectio & contemptus parit ſeditiones in Rep. Eſt enim quædam macula, non poſſe potiri honoribus, atque ignominia affici & negligi, facit ciues hoſtes Reipub. nec poſſunt illam amare. Nam vt omnes volumus boni viri appellari, ita etiam omnes honores mereri. Es iſt eben ein Ding / wan einer die ſchönſten Jungfrauwen zu gaſt bittet / ſo vertreuſt es die heßlichen / daß man ſie daheim leſt ſitzen. Dices: Ergo etiam vera Reſpub. & ciuile Imperium tollitur? ℞ Vera ſeu bona Reſpub. id eſt, Tertia illa ſpecies bonæ formæ Reipub. vbi ciues paulatim & gradatim

tim aſcendunt ad honores, locum habet, vbi populus eſt bene moratus & audiens rationis. Nam quidam populus fere eſt beluinus. Populi in mediis regionibus habitantes ſunt magis morati, vt Athenienſes, Hiſpani &c. At qui in 4. cardinibus mundi habitant nō ſunt ita morati, ſed ſæpius ſemibeſtiæ. In bona Republ. populus non inuidet, ſed admiratur potius virtutem, eamq; imitari conatur. Ἀλλ' ἐνα contra regium ſtatum diſputat. Hic poſſet reſponderi: Verus Rex etiamſi ſummum regimen teneat, reliquos tamen non negligit, ſed etiam promouet ad honores, qui virtute excellunt. Optimus enim ille eſt iudex ac æſtimator virtutum, quia optima virtute ipſe prędirus eſt. Non certat de gubernando ipſe, imo potius de non gubernando certat. Hinc Plato dixit: Nulla alia re boni viri adiguntur magis vt fiant Magiſtratus, niſi quod verentur ne deteriores fiant. Wann die Bernates einen zum Schultheiſſen machen/ ſo excuſiert er ſich zu vor / darnach ſpricht er: Nun wolan / weil mir dann meine Herꝛn diß Jahr die Witz wollen aufflegen / ſo will ich ſie halt annemmen.

Ἀλλ' ἴσως.] Dominatum legum reiicit. Quia peſſimi etiam homines poſſunt ferre leges, & perinde etiam ac ſi ipſi dominarentur. Et nullam habebimus Rempub. Atqui Cic. ait: Præſtare malam habere Remp. quam nullam. Non poteſt in quouis populo quæuis forma Reipub. quæ optima eſt, inſtitui. Non enim ex quouis ligno fit Mercurius. Ariſtoteles comparat inter ſe Remp. proprie dictam cum Ariſtocratia & ſtatu Regio. Bonarum tantum inter ſe comparationem inſtituit, cæteras

omnes

omnes comparationes inter vitioſas omittit.

Ὅτι δὲ δεῖ κύριον εἶναι.] Diſputat primo loco pro multitudine, & primo quidem confuſe pro omni multitudine. 2. diſtinguit & adfert 4. argumenta, & confuſe affert Athenienſium argumenta, ſtatus multitudinis debet potius dominari quam pauci aut vnus bonus. Populus vniuerſus non tantum plebem ſignificat, ſed etiam illos paucos bonos, aut vnum includit, ex altera parte ſunt tantum pauci illi boni.

οἷον τὰ συμφόρητα δεῖπνα.] argumentum ex ſimilitudine cœnarum. Sunt cœnæ collatitiæ, quæ oriuntur ex contributione multorum, ſunt ſplendidiores & lautiores quam quæ vnius ſunt (mann muß aber nicht machen als iener der eitel ſchöpſen Fleiſch brachte/ vnd der ander eitel Kelbern.) Eodem modo vniuerſus populus plus facit ad Rempub. gubernandam quam vnus. Sæpe n. in multitudine quis reperitur, qui aliquid ſciat quod reliqui neſciant.

πολλῶν γὰρ ὄντων.] à cauſa probitatis maioris. Nam vnus quiſque habet particulam aliquam virtutis, quæ ſi reliquis addatur, fiet virtus ſplendidior.

ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον.] A ſimilitudine cuiuſdã monſtri. Si homo eſſet, qui multos haberet oculos, manus, pedes, eſſet aptior ad videndum, ad prehendendum, currendum. Ita etiam dicitur talis Reſpub. corpus multorum membrorum/ was der nicht ſiehet/ das ſiehet der ander.

διὸ καὶ ἀρύνουσιν.] Multitudo ſæpe iudicat melius de operibus quarundam artium quàm opifices aut periti ipſius illius artis, vt de pictura, Muſica, & aliis artibus imitatricibus; melius iudicare poteſt mul-

multitudo. Ergo principatus multitudinis eſt anteponendus.

εἰ μὲν οὖν περὶ πάντα.]Quæſtionem iam decidit ex diſtinctione populi. Nam populus aut bene eſt moratus, vt in Græcia & Hiſpania, &c. aut malè moratus, vt in 4. cardinib. mundi, vbi ſunt ſemibeſtiæ. In populo benè morato valent illa argumenta ab Ariſtotele allata. Sed in populo beluino præſtat eſſe monocolum.

Quæſtio: cur Ariſtoteles hoc in loco anteponit Rempub. id eſt, ſtatum popularem Ariſtocratiæ & regno, cum tamen alibi ſemper regnum anteponit? Reſpond. Quia hic loquitur de communi, & quia nō datur verum regnum, aut vera ſeu perfectiſſima & optima ariſtocratia. Non prefert itaque Rempub. ſimpliciter regno & Ariſtocratiæ, id eſt, non præfert eam vero regno, aut veræ Ariſtocratiæ, quæ non datur, ſed votis potius exoptatur: Quia non poteſt dari homo vera & perfecta virtute præditus.

Διὸ καὶ τὴν προτέραν.]Comparauit hactenus Ariſtoteles dominatum multitudinis & paucorum, & diſtinctè concludit, quod in populo Barbaro principatus ſit anteponendus. Ergo hoc in loco quoq; docet, qui magiſtratus & honores populo ſint concedendi, & quatenus ſint concedendi? Populus enim eſt is, qui nullam habet dignitatem virtutis, ſed particulare tantummodo & ſemina virtutis. Oportet ergo aliquam offam ſeu aliquem bolū populo obiicere. (man muß jhnen das Maul mit Honig ſchmiren / vnd doch nicht gar zu lecken geben. Magiſtratus eximii, die ſind nicht für ſie / non debent creari conſules, quia ſunt iniuſti & impru-

den-

dentes. Quid ergo tribuendum populo? Poteſtas conſultandi, non tamen de omnibus rebus, vt de fœderib. pace, bello, &c. ſed ſolummodo in creatione magiſtratuum. Deinde poteſtas iudicandi non de omnibus rebus, ſed quando agitur de rationibus repoſcendis à magiſtratibus. Mit dem ziehet hin/jhr habt genug jhr Schuſter vnd Becker.

Διὸ περ καὶ Σόλων.] Hanc ſententiam Ariſtoteles cõfirmat auctoritate Solonis & aliorum legislatorum.

πάντες μὲν γὰρ ἔχουσι] Quærat quis: Quare populus poteſt creare magiſtratus, ipſe tamen eſſe non poteſt? Reſpond. populus coniunctus poteſt habere ἱκανὴν αἴσθησιν, id eſt, ſufficientem ſenſum, ſed non ſoli & ſinguli: deinde ſunt apti ad Rempub. gerẽdam. Etiamſi quis non ſit iuſtus vel prudens, tamen poteſt de iuſtis & prudentib. iudicare. Quod illuſtratur ſimili: verbi gratia, opus eſt tibi vnciis ſex panis ad tuum corpus alendum, ſi vnciæ tibi darentur meri ſimulaginei panis, non tam benè alet corpus, neque ſi meri hordeacii panis, dann es iſſet keiner gern ſchwartz Brodt. &c. Alter enim eſt purior, alter ad alendum corpus vtilior. Ita in Rempub. pauci boni ſunt inſtar ſimulaginei panis, multi inſtar hordeacii. Sed cur non etiam alia munera iis concedantur? Reſpond. 1. Si populo omnia munera darentur, facilè inſoleſceret. 2. Reuera reliqua munera forenſia & deliberationum publicarum melius perficiuntur per paucos quam per totum populum. Nam ſi ſemper vniuerſus populus conuocaretur, quænam voces exaudirentur? 3. Ne populus, qui cogitur ſeſe alere ſuo quæſtu, auocetur à ſuis operibus.

Ἔχει

Ἔχει δ' ἡ τάξις.] Contra hanc deciſionem rurſus Ariſtoteles diſputat. Nam hoc eſt fundamentum totius iuſtæ ciuitatis. Dicat enim quis: Tu concedis 1. eis, vt poſſint repoſcere rationes ab illis, qui Magiſtratũ geſſerunt: quomodo ergo teneor iis rationem reddere, qui huius magiſtratus ſunt imperiti? Perinde ac ſi quis Medicum vellet accuſare, quod non recte medicatus ſit huic vel illi ægroto? Quis debet iudicare? Certè non illi, qui artis medicæ imperiti ſunt, ſed medici debent iudicare. Eodem modo cum plebs à me rationem repoſcit, non reddo ei, ſed iis qui peritiam habent magiſtratus. Eadem ratione de altero munere, nempe creare magiſtratus. Quis enim debet eligere Geometram? Nonne ii qui periti ſunt Geometriæ, eamque intelligunt? Ergo vtrunque hoc non poteſt rectè tribui plebeiis hominibus, quiſque qui nullam habeant peritiam, neque ab ineunte ætate ad ea ſint educati.

Ἀλλ' ἴσως οὐ] Reſpondet Ariſtoteles. Ego hæc duo munera publica non tribuo ſoli plebi, ſed plebi permixtæ cum aliis. 2. Iudicare de rebus poſſunt non ſolum ſcientes, ſed etiam illi qui vtuntur rebus, etiamſi eas facere non poſſunt; verbi gratia, an domus rectè ſit ædificata non ſolum Architectus habet ſcientiam iudicandi, ſed etiam paterfamilias, qui vtitur, & tamen non ædificare poteſt. Sic etiam: Quia populus eſt vſus Magiſtratu poteſt benè iudicare de eo; vt cum hoc diu verſatus eſt populus, ſcit eum eſſe virum bonum, ideoque huic Magiſtratui committi volunt. Alium ſciunt malè Magiſtratum geſſiſſe, corruptum fuiſſe muneribus. Ergo reiiciunt. Citharœdus poteſt iudicare

care de cithara, etiamſi non poſſint facere. Sic coquus habet ſcientiam coquendi, conuiua autem de cibis poteſt iudicare, & quidem melius.

Ἡ δ' πρώτη.] Supra etiam fuit reiecta Reſpub. quæ legibus conſtat, ſed reuera ea non debet reiici. Summa enim poteſtas debet eſſe penes leges: quo autem leges pertingere non poſſunt, eò homines debent. Reſp. Quia leges ſunt ſine affectibus & appetitionibus, quibus homines laborant, qui mediocri virtute ſunt præditi. Infrà, vbi de Regno loquitur, dicit: principem eſſe debere ſolutum legibus. Quia princeps ſumma heroica virtute præditus, ipſe ſibi lex, reliqui debent habere leges ab eo. Reges autem alii, qui ſunt mediocribus virtutibus præditi, non debẽt eſſe ſoluti legibus. Quidquid etiam garriat Bodinus, & contendat: Regem Galliæ eſſe exemplum legibus, tollat enim leges, ſi poteſt? Sed princeps hodie ſiue reges plerunque perfringunt eas & perrumpunt, haud aliter quam muſcæ maiores aranearum telas. Illud igitur penes homines eſſe debet, quo lex pertingere nequit. Fit etiam ſæpe vt lex aut ſpeciem eximiam prætermittat, aut ambigua vel obſcura habeat, ibi opus eſt mutatione.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁμοίως.] Leges accommodari debet Reipub. ſpectãt n. eius incolumitatem. Vt igitur alia Reſpub. eſt recta, alia aberrans: ita etiam aliquæ ſunt bonæ, aliẹ vitioſẹ. Perinde vt alii ciues ſunt in bonis rebuspublicis, alii in vitioſis. Nam ciuis & lex accommodant ſe ad Rempub. Spectant enim vtraq; ad ſalutẽ & incolumitatẽ Reip. Et hãc diſputationẽ ideo tam prolixè tractauit Ariſtoteles, quia iuſtitia eſt Heſperus & Lucifer in ciuitate. At cui Magiſtratus tribuitur, eſt maxima pars iuſti-

Digitized by Google

tiæ. Ergo quoque maximè intereſt,& omnis quaſi eſſentia ciuitatis in illa re conſiſtit.

CAP. IIX.

SVpra attigit Ariſtoteles duo imperfecta iuſta Olig.& Democr. quæ iterum iam in manus ſumit, cum quæſtio eiuſmodi ſit, quæ non poſſit vna velitatione expediri. Quærit igitur; quinam debeant ad ſummum gubernaculum (πολίτευμα). admitti.

Ἐπεὶ δ' ἐν πάσαις.] præfatur, cur velit de hac quæſtione agere, quia cuiuſque ſcientiæ ſiue cognitionis humanæ finis eſt aliquod bonum. Non ergo ſcientias fruſtra excogitamus, ſed per eas quærimus, quid generi humano conducat. Hæc ſcientia ciuilis, quoniam eſt maximè omnium præſtantiſſima inter practicas, ſi non Theoret. oportet etiam ipſius finis ſeu bonũ, quod quærit, ſit maximũ. In medicina eſt finis ſanitas huius vel illius, ſed huius ſcientiæ finis eſt ſalus non Petri, Pauli, aut vnius, ſed totius Reipub. Bonum igitur eius eſt præſtantiſſimum. Illud autem bonum eſt tale, quod communiter omnibus & vbique conducit, non vni aut alteri, vel hoc loco, altero non. Hoc ſi benè excutias, nihil eſt aliud quã iuſtitia ciuitatis, ex qua fluit felicitas ciuitatis. Nã, ut in Ethiis dicitur, in iuſtitia omnis virtus eſt comprehenſa, eſt quaſi ἀλλότριον ἀγαθὸν aliorũ bonorũ. Cum igitur quæſtio de obtinendo iure Magiſtratus ſit maxima pars iuſtitiæ, & pertineat ad ſummum bonum. (nam rerum humanarum bona vnde, niſi ex bonis, iuſtis & prudentibus gubernatoribus?) Merito eam tam prolixè tractat. Seneca benè conſtitutam Rempub. comparat cœlo nitenti.

Sum-

Summa autem totius diſputationis hæc eſt: Non omnia bona eſſe ea, quæ nos reddunt dignos ad obtinendos ſummos magiſtratus (omne quidem bonum adfert aliquam dignitatem, ſed non in omnibus rebus. Sic pulchritudo, celeritas, fortitudo ſunt bona quædam, ſed non ad gerendam Rempub.) ſed duo tantum eſſe eorum genera. Vnum eorum bonorum, ſine quibus ciuitas eſſe nequit. Alterum eorum, ſine quibus bene viui in ciuitate non poteſt. Et hæc ſunt bona ciuilia. Primo genere comprehenduntur diuitiæ, libertas & nobilitas, item robur quoddam & vis fluens è multitudine hominum, das ſie die Hund könnē wegjagē/ es iſt nicht ſo ein Stat als die 9. Häuſer hat bey Walshut. Poſtea ſunt bona quædam, ſine quibus non poteſt bene viui, quæ ſunt ſecundi generis; vt iuſtitia eſt virtus. Nō poteſt viui ſine iuſtitia; ne latrones quidem ſine vmbra iuſtitię viuere poſſunt.

Propter illa bona, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt, aliquo modo tantum peti poteſt Magiſtratus, non omni ex parte & perfecte (vt aliquo modo tantum tribuuntur Magiſtratus propter diuitias, aliquo modo propter multitudinem populi, aliquo modo propter nobilitatem.) propter virtutem autem & peritiam; propter iuſtitiam & prudentiam perfecte. Illa autem virtus vel peritia gubernandi eſt duplex; vna bonarum Rerumpubl. in quibus ſola virtus ſpectatur; altera vitioſarum, in quibus eſt virtus alterius generis. Nam loco prudentiæ eſt calliditas & verſutia: loco virtutum moralium tantum ſimulatæ ſunt virtutes: reſpondent enim mutuo inter ſe; loco iuſtitiæ eſt

rigor aut περσωποληψία. Eadem fere eſt ratio, quẽ-adm.inter ſalubre ſimpliciter, & ſalubre alicui diſtingunt Medici: Sic Reipub. bene conſtitutæ, talia ſunt ſalubria ſimpliciter, malæ alia conuenilia ſunt ad tuendam ſalutem Reipub.

ἴσως γὰρ ἂν φαίνοις.] Diſputatio 1. Non eſſe ſummos Magiſtratus petendos aut tribuendos ex quouis bono. Omne bonum nonne adfert perfectionem & præſtantiam & dignitatem eius, in quo ineſt? Ita: Quiſque enim libenter iactitat & agnoſcit ſuum bonum, verbi gratia, coloris bonitas iſt gut/ das einen die Jungfrauwen lieben/ ꝛc. Sed non ad quamuis rem adfert dignitatem. Robur corporis, celeritas pedum eſt bonum. Ad quid? Das einer Schultheiß werde? Nõ: ſed robur corporis bonum eſt, vt ſe tueatur contra hoſtem: Reiicit ergo Ariſtoteles quædam bona, vt retineant tantum ciuilia bona.

Τῶν γὰρ ὁμοίων αὐλητῶν.] Inſtrumenta debentur ex opere, quibus quo quis melius poteſt vti, eo magis ei debentur; Magiſtratus ſunt inſtrumenta adminiſtrationis Reipub. Ergo qui bene poteſt adminiſtrare Rempubl. ei dandus eſt Magiſtratus. Exemplum ſit tale: poſſe auff der Lauden ſchlagen / eſt bonum. Sunt duo qui poſſunt, alter eſt nobilis, alter ignobilis, vnd ſind 2. Lauten ein gute vnd ein böſe. Wem ſol man die gut geben/ num nobili magis quam ignobili? Non. Neutri magis aut minus danda eſt teſtudo. Imo ſi ignobilis melius tenet pulſare, ei debetur. Nam non attenditur hic nobilitas.

Ἔτι κατὰ γε τὸ νῦν.] 2. Argumentum ex philoſophia. Non

Non omnia eſſe comparabilia, quæ inter ſe recte comparantur, debent eſſe eiuſdem generis, ſi ſint diuerſi, eſt iniqua comparatio, vt equus cum equo recte comparatur, ſed non recte cum domo aut fonte. Non enim poſſunt recte comparari, niſi indiuidua eiuſdem ſpeciei, τὰ συμβλητὰ Græci vocant. Si ex quouis bono liceret comparare, tunc quoduis bonũ eſſet comparabile, verbi gratia, diuitiæ cũ robore corporis eſſent comparabiles. Sed nõ poteſt quoduis bonum cum altero comparari: vt ei poſſit, &c.

Eodem modo hic, cum bonum prudentiæ faciat ad gubernationem ciuitatis, alia bona, vt robur, pulchritudo, &c. non poſſunt comparari, quia non faciunt ad gubernationem. Iſta bona, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt, poſſunt inter ſe contendere, ſed illa bona, ſine quibus bene viui non poteſt, habent longe fortius ius. Non omnia ergo bona debent contendere.

Ἀλλ' ἐξ ἧν πόλις.] Iam in vtramque partem & adfirmantem & negantem diſputat Ariſtoteles, vt ſolet in grauibus diſputationibus, quo animum ita excitet ad veritatem auidius inbibendam. 1. autem diſputat vniuerſe & in genere. 2. in ſpecie.

1. Vniuerſe, quoniam ad ciuitatem tam multa requiruntur, neceſſe eſt, vt qui Magiſtratum petit, plura etiam bona adferat.

Οἱ μὲν πλούσιοι.] Duas rationes ſpeciales pro omnibus iſtis bonis adfert, & primam pro diuitiis. Diuites, quia plus agri poſſident, idcirco multum etiam inferunt in Rempub. Alias ſi Reſpub. non habet fructus, videtur eſſe tantum Emporium, vt

Digitized by Google

Venetiæ & Noriberga videntur emporia, quia omnia importantur. 2. In contractibus magna parte ſunt fideliores? Fidem ſeruant quam promiſerunt, & fides eis habetur. Fides autem eſt fundamentum iuſtitiæ. Quoniam igitur diuitiæ afferunt fidem, certe maximum erunt bonum ciuitatis. Ey da ſolten die Reichen dem Ariſtoteli ein güldenen Becher verehrt haben / daß er ſie alſo lobet. Sed dicit magna ex parte, nicht alle.

Οἱ δὲ ἐλεύτεροι καὶ εὐγενῆς.] 2. Pro liberis & nobilibus diſputat. Liberi & nobiles ſunt, quos hodiè vocamus patricios, quorum maiores diutiſſimè fuerunt ciues, & numquam fuerunt opifices, patricii domi ſunt nobiles. Coniungit Ariſtoteles, die jungen Bürger & patricios, quia magis ciues ſunt nobiles, quam ignobiles. 1. argument. Apud omnes nationes nobilitas domi eſt honorata, etiam apud Barbaros, id eſt, quia Magiſtratus ſunt honores vtrique Magiſtratibus ornantur. 2. Meliores ſunt, qui ex melioribus ſunt nati. Nobiles ſunt nati ex bonis. Ergo etiam veriſimile videtur & ipſos eſſe bonos. Dann der Apffel fället nicht weit vom Baum. Ergo ipſis debet committi Magiſtratus. Intellige autem ita, non quod virtus iis communicetur, ſed virtutis ſemina. Hinc videmus in corpore, idem etiam in animi moribus accidit. Semen eſt in illis, ſi excolatur, multum facit, quia naturalem habet intentionem. Ita ſi quis vult habere generoſum equum, admittit coire cum equa generoſa. Hodie in Italia werden die Studereyen auß Macedonien gebracht. Idem etiam fit in canibus.

Εὐγέν-

Εὐγένεια,]id eſt, τοῦ γένους εὖ bonitas familiæ.

ὁμοίως δὴ φήσομεν.] Pro virtute argumentatur. iuſtitia cogit homines in vnum, iniuſtitia diſtrahit hominum ſocietatem. At talis virtus eſt magnum bonum in ciuitate. Ergo iuſtitiæ etiam habenda eſt ratio in Repub. Et hæ ſunt prohabiles rationes pro omnibus bonis ciuilibus.

Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ πλείους.] Iã controuerſiam hanc diuidit pro duplici ſtatu ciuitatis. Nam Reſpub. vel eſt informata in ſuo ſtatu, & hoc caſu quæſtio locum non habet, Als wann eine verheurat iſt / laß nur bleiben mit deiner Lauten vnd Geigen / du gilteſt doch nichts mehr. Aut populus vult redigi in ordinem, & tunc locum habet hæc quæſtio.

Ἆρ' οὖν εἰ πάντες.] Merito hic dubitatur, ſi in omni populo ſint pauci qui virtute præſtent, & plures ad Remp. adhibendi, vnde accerſendi cæteri? Et ſpeciales adfert rationes contra omnes. Si diuites & nobiles regnant erit Oligarchia, & tum qui omnium ditiſſimus vel nobiliſſimus erit, ſolus cupiet regnare, & ſic erit alia forma Reipub. Politeumate mutato, mutatur ipſa Reipub. forma, qua mutata, continuo etiam leges aliæ, ciueſque ſunt alii; & peritia gubernandi alia atque alia eſt. Quemadmodum lumine & opaco & mutato, colores etiam mutantur. Item humido & ſicco mutato, mutantur etiam ſapores, & ſic in multis aliis: ita & hic fit. Quoniam igitur adgreſſurus eſt Ariſtoteles varias Rerumpublicarum formas, tractauit hanc quæſtionem de Politeumate.

Διὸ καὶ πρὸς τὴν.] Iam decernit tandem ex qua dignitate & bono, id eſt, quodnam ſit fundamen-

tum æqualitatis & inæqualitatis perſonarum; ex quo poſſunt diſtribui honores vel munera gubernandi magiſtratus: & hic non confusè, ſed diſtinctè dicit ex virtute & peritia gubernandi, & nominatim in bona Repub. in qua gubernatione conſiſtit ſalus ciuium communis, eorumque bonum commune. Et hanc deciſionem illuſtrat ſimili, hoc eſt, adfert ſolutionem alterius quæſtionis de vero ſcopo boni legislatoris, eumque ſcopum eſſe ait communem omnium vtilitatum.

Ad legum autem ſcopum quod attinet, diſtinctio 1. adhibenda eſt inter populum beluinum & bene moratum. In beluino ſcopus eſſe debet, vt boni viri, qui in tali cœtu ſunt pauci, tuti ſint inter tales beſtias, beſtiæque illæ legibus debet conſtringi, man muß die Hund an die Ketten henckẽn. Quando vero populus eſt moratus, tunc legislator debet ſpectare communem vtilitatem, & hoc Plato diſputat, hoc Cic. debet lex in vniuerſum prodeſſe. Cato apud Liuium ait: Satis eſt, ſi in ſummā prodeſt, quãuis vni aut alteri nō proſit. Exemplum in prohibit. ne vendatur vinum aduſtum & ſericum. Hic ergo eſt ſcopus in Repu. legum recte ferendarum, & quia leges ſunt ſimiles magiſtratibus ſuis, debent iis demandari Magiſtratus, qui ex virtute ſua poſſunt gerere & peritiam habent recte adminiſtrandi, quæ alia atque alia eſt pro ratione rectarum formarum, & degenerantium. Dices: Cum ſit diſputatio de ciuitate ea, quæ eſt in formā informanda, & non itē informata, aut de ea, quæ abiecit ſuā formam, & vult aliter informari, cur non ab initio ſtatim bonam Reipubli-

publicæ formam introducis? R.populus eſt diuerſiſſimi generis, non patitur quamuis formam, id eſt, non quæuis forma etiā optima conueniens eſt cuiuis (das man einer / die ein hoger hatt ſolte ſo ein glattes Brüſtlein machen / das thuts nicht. Quidam populus eſt verſutior alio, quidam ſimplicior. Scalig. ſcribit: Nihil ſimplicius eſt Heluetio, ſie ſind Milchbengel / verſuti ſunt Afri, ſie haben verſchmitzte Köpfflin. Rurſus alius populus eſt amantior virtutis & honeſtatis, alius minus, non poteſt vna forma fieri: Item vnus populus haber multos vel paucos in ſe diuites, nobiles, &c. die haben andere Köpff / ein andere art. Iccirco forma non quæuis cuiuis eſt conueniens. In terris reuera omnes formæ ſunt mixtæ. Jener Schwab gab dē Schneider Schaffel / vnd begert / er ſolt jhm ein Hirſchen Kleid darauß machen. Non ex quouis ligno fit Mercurius. Sed quando Reſpub. eſt conſtituenda ſiue mutanda, ſpectandum 1. ne cum ingeniis hominum, neue cum conſuetudinibus innatis pugnemus. Eo enim modo fiunt homines contumatiores, ſi non potes introducere ſimplicem formam, introducas mixtam aliquo modo, ſemper tamen optimam ſpectes, id eſt, habeas rationem libertatis populi. Eodem modo, ſi forte qui virtute præſtant, ſint pauciores, oculum debes conuertere ad diuitias, ad honores, & ad libertatem. 3. ſemper in eo habeas rationem populi, vt aliquid habeat ne videatur illi ſeruire, habeant ex parte ius creandi Magiſtratus, & ita erit quietus populus, & ſuo quæſtui inſeruiet.

πολίτης.] Ariſtoteles diſtinguit ciuem in bona

Repub. à ciue in vitioſa. In bona Repub. ciuis eſt, qui ſcit imperare & parere. In deprauata Republ. quoniam deprauatum eſt principium, illius ciuis virtus non eſt vera virtus.

2. Differētia: In vitioſis Rebuſpub. aliquis aut eſt ciuis natus, aut nō natus, verbi gratia, in oligarchia, quando quis diues naſcitur, ſtatim ciuis quoque naſcitur. Sed in bona forma Reipub. non naſcimur ciues, quia non naſcimur ſtatim cum virtute, ſed omnes nudo vt corpore, ita nuda & anima naſcimur, oportet animum virtute veſtire vt fias ciuis,

CAP. IX.

IAM alia quæſtio inde ſuboritur. Dicit Ariſtoteles de ciuibus. Quod ciuium in legibus ferendis communis vtilitas ſit ſpectanda, leges autem ſolent ferri æqualibus, aut non valde inæqualibus. Quid igitur de iis ciuibus fiet, qui eminentiſſima virtute longe ſuper alios ciues eminent, ita vt vni virtus non ſit cum aliis omnibus comparanda? aut ſi quis, ſi non virtute heroica, opibus ciuilibus emineat, ita vt ſolus ille poſſit quod tota ciuitas non poſſit? (opum autem nomine intelligo non ſolum diuitias, ſed etiam aſſeclas, clientes, cognatos &c.) Primi illi qui ita virtute eminent, quomodo debent eſſe legibus ſubiecti, cum ipſi ſibi lex ſint? Et quomodo illi, qui opibus valent, legibus poterunt coerceri, cum omnes perrumpant? Quid ergo de talibus hominibus eſt faciendum? Ariſtoteles hac de re ſatis diu diſputat, & diſtinctè reſpondet de bonis Reip. formis, & de vitioſis: vitioſa

tioſa forma non fert ciuem aliquem adeò virtute eminentem, itaque ſi benè res cadit, mittitur oſtraciſmo in exilium, interdum & ipſa vita priuatur, vt in Tyrannide, quemadm. exempla teſtantur. Nam metuunt omnes virtutem eminētem, & præuident omnia inſtrumenta potentiæ. In Democr, da heiſts per oſtraciſmum fort / fort in exilium vel perpetuum, vel aliquot annorum. Hoc fit de iis, qui virtute eminent, multo magis autem, non minus in eos, qui opibus valent, nam metuunt ne occupent Tyrannidem. Sed in bonis Rebuſpub. eminentiam opum Legislator ab initio prouidet, ne nimis creſcat. Sic ſæpe Cic. de Cæſar. Nos ipſum aluimus, nos ipſum armauimus. Quod ſi tamen quomodocunque natæ ſunt opes, vt Romæ vires præcidendæ leniter, & ita agendum cum illis, vt videamur non noſtram vtilitatem quæſiuiſſe, ſed cōmunem omniū. Sed quid faciendum eſt cum iis, qui virtute eminent. Tales non ſolum nō ſunt exterminādi, ſed retinendi potius & ad illos imperium deferendum. Et ſic ſi vnus ſit, fiet regnum heroicum; ſi duo, tres vel plures, Ariſtocratia heroica, verum vt Quicciardinus de Leone X. ait, magnæ virtutes certarunt cū magnis vitiis, & Plato: αἱ μεγάλαι φύσεις μεγάλας ἐκφέρουσι κακίας. Itaque talis homo non poteſt fere ſperari.

Alia quæſtio: Debetne talis, qui ita eminet, parere ei, qui ipſo eſt inferior? In omnibus rebus, vbi pares ſunt imperans & parens, imperans præſtat: ſic homo beſtiis prę́ſtat, & genere differt ab illis. Vir igitur incomparabilis, quomodo ille alteri pareat? Ariſt. 1. Polit. paſſim dicit. Decedit autē

 ei

ei nihil, qui paret: ſed ſi ſecus fit, decedit. Nam ſi parere non poſſunt, non ſunt pro ciuibus habendi. Nam antequam imperent, parere quoque ad ipſos pertinet, & leges parendo addiſcuntur.

Διὸ καὶ τίθεκ).] Iam Ariſtoteles ſoluit quid faciendum ſit, 1. In vitioſis Rebuspup. 2. In rectis.

1. In vitioſis eiuſmodi eminentes non eſſe ferendos, & probat 1. ex communi conſenſu omnium Rerumpub.

Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον συμφέρει.] Reprehendit Ariſtoteles eos, qui hoc factum Thraſibuli ſolis Tyrannis aſſcribunt, & dicit; non tantum Tyrannis, ſed omnibus etiam vitioſis rebuspub. debere aſcribi, & hic eſt 1. error: 2. error. Non recte reprehenditur quod hoc ſimpliciter ſit iniuſtum. Quia hoc prodeſt: ſed hoc addi poteſt, eſſe aliquo modo iuſtum, qui modus eſt priuata vtilitas. Hîc locum habet illud: præſtat perire vnum, quam vnionem.

Verum ius ciuile reſidet in iuſtitia publ. Hæc eſt potius vtilitas priuata, iccirco aliquo modo tantum iuſte illa fiunt.

Dicat quis: priuatim potiſſimum hoc proſit Tyrannis, prodeſt etiam conſequenter publice. Id enim eſt accõmodatum huic ſtatui, eique congruit. Reſp. Tyrannis eſt ſtatus vitioſus: Quod ſtatum bonum conſeruat, illud eſt bonum publicum, ſi igitur prodeſt, prodeſt tantum aliquo modo. Quemadm. in arte medica, ſi quis aſſuefecerit ſe ad inebriationẽ, Er kan nicht Schlaffen / er ſey dann alle Nacht vol; Dormire eſt res ſalubris, quotidie vero ebrium eſſe per ſe ſimpliciter eſt inſalubre; ſed huic homini aliquo modo eſt ſalubre, alias enim

enim non poteſt dormire. Hoc modo poteſt aliquod eſſe ſimpliciter iniuſtum, & tamen alicui aliquo modo iuſtum, & hoc iuſtum vocatur.

Ἀλλὰ ἀρεὶ τὰς.] Neque in rectis Rebus pub. tales, qui opibus eminent, ferendos eſſe ait, ſed amouendos, verum mitiſſimo genere, qui autem virtute eminent pro regibus etiam habendi.

Δῆλον δὲ τοῦτο.] probat hoc Ariſtoteles tribus exemplis ab aliis artibus petitis. 1. à pictoria arte 2. à naui 3. à chori magiſtro.

βέλτιον μὲν οὖν τὸν νομοθέτην.] Legiſlator ab initio debet cauere, ne quis ciuilibus opibus creſcat, ſi tamen à legiſlatore aliquid peccatum ſit, eniti debemus, ne in horum remotione indulgeamus nimiis affectibus.

Deinde illa correctio debet ſpectare proportionem læſam videlicet eminentem. Homines non debemus odio proſequi, ſed vitium eminentiæ. Obſeruatur in hoc capite. Illos qui opibus ciuilibus eminent, mitiſſime eſſe remouendos, ne videatur illa remotio exilium, ſed ſeceſſio, perinde vt Thedogi noſtri, ſi tempore peſtis alio migrant & fugiunt, dicere ſolent: ſe non aufugere, ſed ſecedere.

CAP. X.

Vltima pars lib. 3. eſt de variis formis Regnorum.

In vltima autem diſputat. huius libri prodit in lucem verum Regnum Heroicum, & vera Ariſtocratia. Poſtquam enim Ariſtoteles 1. diuiſionem explicauit, iam harum formarum varios modos explicat, id eſt, quam bonæ illæ ſint aut prauæ, quàm

quam conducant, quam non. Non ſecus ac ſi dicerem: Tot ſunt vinorum genera, poſtea quærerem modos varios Rhenani, Francici &c. quomodo conducat hydropico, Colerico, &c. Sic ſaporum varia ſunt genera, & cuiuſque ſaporis varii modi, vt alia dulcedo eſt lactis, alia mellis, alia ſaccari, ac vltima hæc pars libri non amplius eſt de partibus ſed de modis Rerumpub.

Καὶ σκέψασθαι περὶ βασιλείας.] Primo proponitur Regnum, quia præſtantiſſimum eſt & optimum, ex quo cætera poſſumus diiudicare. Quæritur autem an vtile ſit? Et quidem in veris Rebuſpub. non differunt vtile & iuſtũ. Sed in vitioſis differunt. Summa diſputationis hæc eſt: Principatus Heroicus eſt ſimplex, verus, ſi ſpectes imperantem ipſum; Heroica virtute eſt præditus, ſi ſpectes parentes, illi libenter parent: Si ſpectes poteſtatem, omnium rerum eſt παμβασιλεύς.

Modi varii inde nomen habent, & reuera totam rem non habent ſed in quibusdam deficiunt, aut quia totam poteſtatem non habent, aut quia ſunt mixta regna, id eſt, non ſolum Regius eſt ſtatus, ſed habet aliquid Tyrannici admixtum. Sic vinum quoddam eſt leue, ſed natura non, verum quia multum admixtum habet aquæ, & licet congruant ſapores, non tamen idem eſt vinum. Primus & quartus modus habent diminutum imperium: ſecundus & tertius habent aliquid admixtum tyrannicum.

Ἐν τῇ λακωνικῇ.] 1. Enumerat Regnum Laconicum, quando quis vel ſuffragiis, vel hæreditario iure habet ſummum imperium, ſed non niſi extra in expedi-

pedi-

peditione, domi non. Ergo reſtricta eſt eius forma, non eſt παμβασιλεύς, habet tantum poteſtatem in re militari, & fortaſſe etiam, vt ſcribunt ſcriptores, in rebus diuinis. Hæc forma in eo ſimilis eſt regno, quod in quadam parte habet adminiſtrationem: diſtinguitur autem à tyrannide, quia tales eliguntur legitimo modo inuolentes, libenter illis reliqui parent. Tyrannus enim imperat inuitis, neq; lege nata. Tale Regnum fuit apud Spartanos, & hodie dicitur fere tale regnum eſſe Poloniæ: quia Rex Poloniæ ratione tantum militiæ ſummam poteſtatem habet.

περὶ πάντων] 2. Modus, qui hodie eſt vſitatiſſimus in Hiſpania, Gallia, Britannia, qualis ſolet multus eſſe apud Barbaros ait Ariſtoteles, id eſt, qui non ſunt Græci: (non tamen inde poteſt probari, quod nos faciat Babaros, quod inde vult cogere Bodinus, qui inuertit propoſitionem Ariſtotelis) Talis eſt παμβασιλεύς, Qui rerum omnium habet poteſtatem liberam, non ſolum in bello, ſed etiam pacis tempore, & omnium diſceptationum ciuilium. Non eſt ſemper ex virtute perfecta, ſed ſæpe ex imperfecta, & omnia ad ſuam vtilitatem refert, ſed tamen non eſt tyrannus, quia imperat non inuitis ſed volentibus. Nam olim fuit conuentum & lex nata, vt certa familia imperaret huic vel illi populo (Quædam .n. gentes natura ſunt ſeruili ingenio, ita vt natæ ſint ad parendum, qua propter libenter parent, quia conſueuerunt, & vt boues iuga ſubeunt: Sic mulieres apud Tartaros dicere ſolent: Mein Mann hat mich nicht lieb/ dann er ſchlägt mich nicht. Quia adſuetæ ſunt tali

Impe-

Imperio vere tyrannico. Sic quidam æqui ſunt generoſi, bellicoſi, quidam non ita excitati: ita inter homines quidam magis ferunt iugum ſeruitutis. quidam minus) Ergo quia eſt in volentis eatenus numeratur inter modos regni. Sed quia tamen multa facit pro libidine talis Rex, iccirco infra hūc rurſum inter tyrannos numerabit, quia reuera participat. Sūt ἐπαμφοτερίζοντα, vt crocodilus partim eſt animal aquatile, partim terreſtre. Sic veſpertilio partim eſt animal volatile, partim terreſtre.

ἕτερον δὲ.] Tertius modus, qui fuit vſitatus apud veteres Græcos, & vocabatur αἰσυμνητία (Ius protectionis.) die Schutzherren, quando electio datur per ſuffragia aut omnium rerum, aut certarum; ſed tamen ad certum tempus. Simile eſt, quod hodie quidam eliguntur principes, quibus tribuitur ius protectionis ab aliquibus ciuitatibus. Et hæc exercetur in volentes; ſed poteſtatem etiam ſæpe exercet Tyrannicè & ex libidine, itaq; multum etiam habet tyrannici. Hinc vult Dionyſ. Halic. reprehēdere Dictatorem Romanum. Hi duo modi, ſecundus nimirum & tertius, ampliſſimam habēt poteſtatem, ſecundus in omnibus rebus, tertius in maximis.

τέταρτον δὲ.] quartus modus fuit olim priſcorum Græcorum, quando aliquis erat benè meritus de populo, Dux & Rex creabatur, non in omnibus rebus, ſed partim in expeditione, partim in diſceptatione rerum ciuilium. Hic multum conuenit cum ſecundo, ſed hic non tantam habet poteſtatem. In priori & poſteriori nulla eſt perfecta poteſtas. In mediis tyrannica ferè eſt poteſtas. In omni-

Digitized by Google

mnibus autem nulla eſt perfecta virtus, & omnia referunt ad ſuam vtilitatem.

οἱ μὲν', οὐκ ὑμνύοντες.] Alludit ad morem Græcorũ, apud quos iudex ſemper cogebatur iurare, etiam ap. Rom. propter multum tributum, quod eſſent diſceptatores.

θυσίαι καταλείφθησαν.] Summa cura rerum ſacrarum eis relicta fuit, ſublatis aliis. Nomen remanſit ſine re. Vbi regnum, ibi oportet vt ſit imperium: ſine Imperio enim regnum non eſt. Neque cura rerum ſacrarum eſt regnum. Pontifex Romanus, quatenus eſt Pontifex, non habet regna, ſed vt iam eſt princeps Politicus. Gerit enim perſonam duplicem, Eccleſiaſticam & Politicam, quemadmodum etiam geſſiſſe legimus quoſdam Reges Græcorum.

Apud hos Reges fuit 1. regnum principatus bellici 2. Diſceptatio iudiciorum ciuilium. 3. Nomen remanet. Vocantur enim reges, ſed res periit, vt etiam Romanæ Reipubl. forma & materia periit, ſuperſtite nomine. Habemus tamen exempla, vbi non tantum materia & forma ciuitatum, ſed etiam ipſum nomen interiit. Exemplo ſunt Thebæ; quæ fuit vrbs, hodie ne puluillus reſidet, nemo ſcit vbi fuerit. Sic homo primum periit, poſtea cadauer, & denique ipſius nomen. Hoc loco certant ICti. num per iuriſdictionem definiendus ſit Magiſtratus, de quo vide Cuiac.

CAP. XI.

PRoponitur V. modus Heroicus, vbi vnus habet omnium omnino rerum poteſtatem adhuc liberam, vt patris inſtar eam exerceat. Reli-

quorum

quorum imperiorum reges etiam imperfecti, vix enim communibus virtutibus ſunt præditi.

ὥσπερ γὰρ ἡ οἰκονομικὴ.] Veræ formæ Rerumpublic. comparantur imperio paterno. (quemadmodum tyrannis comparatur imperio herili) vt enim pater erga liberos bene eſt affectus, & omnia ad vtilitatem filiorum refert: ita optima Reſpub. quæ ab optimis viris adminiſtratur, ſalutem ciuium ſpectat, & hæc eſt metaphora perfectiſſima. Sũt enim hæ perfectæ metaphoræ, quæ fiunt in analogiis, id eſt, vbi res rei reſpondet, & proportio non eſt incongrua. Sic enim vult dicere Ariſt. Quidquid fit in domo vel Oeconomia, fit etiam in tali republ. & vice verſa: Quidquid fit in tali repub. fit quoque in domo.

ὥστε τὸ σκέμμα σχεδὸν.] Iuſtum dicitur, quando proportio ſeruatur inter æquales & inæquales. Poteſtas eſt fundamentum omnium Rerumpubl. & magis incurrit in oculos quàm virtus & prudentia, ex quibus fluit bona Reſp. Inde fit vt comparet inter ſe poteſtates regnorum. Et quoniam regnum Laconicum anguſtiſſimam habet poteſtatem, Heroicum autem ſummam omnium rerum, rectè dicit comparari.

τὸ μὲν οὖν περὶ τῆς τοιαύτης στρατηγίας.] Ariſtoteles dicit: Reuerà ſi vellemus conſiderare exactè Magiſtratum militarem, magis pertineret ad LL. quam ad Remp. Magiſtratus enim militaris non conſtituit certam formam: accidit enim reliquis formis, non mutat formã reip. Sic nitor nõ eſt ſpecies ſeu forma colorum, ſed commune eorum accidens. Nam poteſt aliquis ita niger eſſe, vt niteat, ſpecies non muta-

mutat Sic in ſaporib. ſiue dulcib. ſiue amaris poteſt eſſe pinguedo; illa tamen non adnumeratur ſaporib. tanquam peculiaris ſpecies: Ita etiã Magiſtratus militaris poteſt omnimodè etiam in aliis eſſe.

DE REPVBLICA VENETORVM multi inter ſe hodie concertant. Alii mixtam volunt eſſe ex omnibus formis Rerumpub. Alii ex regno & Ariſtocratia. Alii ex Ariſtocratia & Democratia. Sed reuera nulla eſt ex his. Dux Venetus non habet Magiſtratum militarem. At vna quæque forma poteſt ſibi talem ducem eligere, qui nihil habeat. Ille dux eſt ſenator paulò maioris autoritatis, quàm alius, Et hat etwan zweymal zu reden. Si vera dicere volumus, dicamus oportet: Remp. illam eſſe Ariſtocratiam aut Oligarchiam. Dux ille non eſt rex, ſed habet tantummodo vmbram regis. Si Laconicum non fuit regnum Ariſtocraticum, neque hoc Venetum fuerit, Eſt enim apud Laconos ducis aliqua poteſtas: Veneti ſunt infra Laconos.

Reſpub. proprie dicta anteferenda eſt regno & Ariſtocratiæ imperfectis. Rara auis eſt optima reſpub. Sed quid faciendum? Habet quidam vina Rhenana; illa inter ſe comparat; habet etiam Maluaticum, quod comparando cum Rhenanis omnibus præfert. Sed ſi deeſt Maluaticum, eligit quoddam Rhenanum. Eodem modo, ſi non haberi poteſt optimum regnum, eligatur medium.

Ἀρχὴ δὲ ἐστι.] Quærit vtrum conducat: Si optimus vir, an ſi leges gubernent? Gubernatio tota fertur in ſingularibus: leges ſunt in vniuerſalibus. Il-

le certe præſtans eſt, qui de ſingulis poteſt iudicare; circũſtantiæ non raro rem cõmutant. Es iſt ein anders/wens deß Schultheiſſen Knecht gethan hat. In omnibus artibus ex ſcriptis iudicare perabſurdum eſt. Si quis abſtemius & medicus ex præſcripto cum vino vti velit, ſcriptum certe locum non habet, quærenda ſunt alia media.

Κρεῖττον δὲ.] Pro legibus adfert hæc argumenta. 1. Si leges ſolæ gubernent, ſunt ſine affectibus, iiſq; non poſſunt corrumpi. 2. Voluntas interdum corrumpitur ſano iudicio, & cõtra. Affectus corrumpit animum & iudicium, quod non poteſt dici de legibus.

Ἀλλ' ἴσως ἂν φαίη.] Iudicamus tantum de ſingularibus: Leges vero occupantur in vniuerſalibus. Leges quando mutatis morib. ſunt obſoletæ, Heroicus vir alias ferre poteſt.

πότερον δὲ.] Hactenus de legibus, iam de principatu veri Regis & populi. 2. De Ariſtoctatia.

διὰ τοῦτο καὶ κρίνει] Scilicet in artibus imitatricibus & pulchris operibus, ſecus eſt in iis, quæ ſunt ſolidæ. Sic in domo non tantum ſpectatur ipſa domus, ſed etiam pulchritudo. Deinde multitudo non facile corrumpi poteſt, es muſte einer ſonſt viel ſilberner Becher haben / ſi vellet corrumpere iudicium tot virorum honeſtorum.

εἰ δὲ τοῦτο.] Præſtat porro bonos imperare, quam vnum bonum. Sunt hîc plures oculi. Vnus autem quando imperat, cogitur ſibi aſſumere alios conſiliarios, & fit tunc etiam q. Ariſtocratia, ſi modo ille non omnia pro ſua libidine velit agere. Impe-

rator

rator quidam dixit: Præſtat obedire tam multis, quam mihi vni omes.

Sed dices: Si tam bona eſſet Ariſtocratia, populus ab initio non inſtituiſſet regna. Sed conſtat ex hiſtoriis regna 1. fuiſſe inſtituta. Ergo. Reſpon. Non potuiſſe priſcos inſtituere Ariſtocratiam ob hominum paucitatem. Priſcis namque temporibus vrbes fuerunt paruæ, & in illis vix potuerunt inuenire vnum virtute præſtantem, cui inuento obtulerunt Regnum. Poſtquam autem ciuitates creuerunt, Ariſtocartiæ fuerunt ſequutæ.

εἰ δὲ δή τις.] Diſputat pro electione contra ſucceſſionem. Si enim, ait, ſucceſſio debet primas obtinere, tales habebimus principes, quales naſcentur. Quid vero ſi eſſent monſtra? Si ſtulti? Tales etiam hebebimus. Et nemo parens libenter prę-terit filios, & ſi fiat, maioris erit virtutis quam humana natura fert. Ideoque Philippus aliquando auditoribus ſuis dicebat: de στεργῆ non poſſum dicere, neq; intelligetis, niſi vos habeatis liberos.

Marcus Imperator quamuis nouerat mores filii, nihilominus tamen hæredem inſtituit.

D. Thomas in vtramque partem diſputat, & pro electione & pro ſucceſſione.

Pro Electione: Electio poteſt eligere præſtantiſſimum: hæreditas non, quales enim naſcuntur, tales oportet habere.

2. Quia in multitudine facilius eſt inuenire aliquem præſtantem, quam apud principum filios. Et Lipſius ait: Æquũ eſt, vt is, qui imperaturus eſt omnibus, etiam eligatur ex omnibus.

Deinde eſt & hoc libertatis cuiuſdam, ſi quis incipiat venire in contentionem.

11. Pro ſucceſſione Thomas ita diſp. 1. poteſt accidere certis circumſtantiis, vt melius ſit hæreditarium imperium. quia populus electurus alium Regem facilime excitat ſeditiones. Exemplum in Polonia cum eligeretur Maximil.& Steph. Imo in paucis ſæpe fiunt diſtractiones, verbi gratia, in electione Paparum infinitæ ſunt artes Hiſpanicæ & Italicæ. Imperator noſter tantum per ſeptem Electores creatur, & tamen nonnunquã inter ſe diſſentiunt. 2. Si ex communi eligitur, tunc is qui ante par erat ſubito fit maior. Hinc inuidiæ & inſidiæ ſuboriuntur. 3. Principes iuniores iam pluris facimus, dann man hats gewohnt/ honorem illis habere & obedientiam præſtare, an dieſen hat mans nit gewohnt. Bodinus etiam hoc affert, quod bona publica principes diſtrahere ſoleant, vt ditent ſuam familiam, vt videre eſt in Pontificibus, Epiſcopis, &c. quod in hæreditario non eſt.

Hæc omnia naſcuntur ex affectione & improbitate hominum, & recte dicuntur pro hæreditario imperio. Si vero homines eſſent probi & boni, electio præſtaret. Sed videmus, quam praui ſint homines; ideoque præſtat ſucceſſio. Sed quid ſi nulli adſint filii vel propinqui; quid tunc fiet? Ibi diſputant politici: vtrum Rex adhuc viuus debeat deſignare ſibi ſucceſſorem, & an illud expediat ipſi regi vel principi? Non videtur, quia ille deſeritur: omnes enim, vt Pompeius ait, adorant potius ſolem orientem, quam occidentem, princeps ſenior deſeritur, Sie lauffen alle dem neuwen

Herzen

Herren zu. Ita regina Angliæ noluit deſignare ſucceſorem, ne populus conuerteretur in alium, ſed cum iam iaceret in agone mortis, nominauit Regem, & hoc modo omnis præſciſa fuit via ſeditionis mouendæ.

CAP. XII.

TErtia ratio pro Rep. proprie dicta. Eſt optima, vtilis & iuſta ea, quæ eſt conſentanea iuri diſtributiuo. Si igitur Rex non præſtet virtutibus aliis, non erit æquum, vt ille imperet, tunc enim ciues reliqui ſimiles erunt, & dicent: cur tu vis ſolus imperare, cum ſimus pares. Æqualibus æqualia diſtribuere eſt iuris diſtributiui.

Hoc argumẽto poſſumus principatũ legũ anteponere. Lex.n. eſt ordo, & cũ ordo inordinationi anteferatur, merito debet anteponi Reſp. regno. Eſt enim ordo, vt omnia diſtribute, diſtincte & cõſentanee fiant.

κατὰ τὸν αὐτὸν.] Obiectio cõtraria legib. Principatum legum tanto eſſe præſtantiorem principatu vnius, quanto Magiſtratus præſtantiores ſunt Legibus. Sed magiſtratus sũt inferiores legibus, quippe earum cuſtodes, Ergo &c. Reſp. lex non poteſt omnia decernere, quædam inutilia reddidit tempus, &c.

2. Non eſt vera definitio hæc, Magiſtratus eſt cuſtos legum. Eſt & corrector quarundam legum; in quibuſdam eſt ſuppletor; in quibuſdam eſt ipſimet legislator.

ὃ μὲν οὖν τὸν νοῦν.] Aliud Argumentum pro legibus. Principatus hominum eſt ſemper cum affectibus; Leges non habent affectus, ſed rationes. Et quia

fœminę magis ſunt affectuoſæ, non debet iis committi imperium. ſunt magis beſtiæ (jene Frauw/ die alle Zeit wolte fromb ſein/ hat verſtanden/ der Man ſage: ſie ſey die beſte/ als geſagt: Nun ſchweige mein liebes Weib/ du biſt die beſte/ ja du biſt die beſte)

ὥστε δῆλον.] Leges ſunt diſtinguendæ quædam enim ſunt ciuiles, quæ tabulis ſunt inſcriptæ: quædam naturales, quæ à recta ratione hominum animis ſunt infixæ. Et ſunt conſtantes atque firmæ. Vnde quælibet natio in vna aliqua re honeſtatis & virtutis amans eſt. Hiſpani oderunt mendacia & ebrietatem. Germani ſunt caſti. Olim et fides pręſertim apud Nobiles erat. Contra has leges naturales vel conſuetudine inductas non facile poteſt pugnari:

Ἀλλὰ μὴν οὐδ'.] alia obiectio contra Reg. Tu dicis: Rempub. præſtare, ſed præſtat Ariſtocratia. Nam qui gubernat ciuitatem, oportet plurima cognoſcat (vnde Coſmus Medices tertiam partem redituum in hoc collocaſſe dicitur, vt plurima ex aliis cognoſceret, quæ ſcientia illum fecit ſapientiſſimum) ſed hoc vnus non poteſt. Ergo præſtat multos quàm vnum eſſe.

Ἀλλ' ἴσως τοῦτ'.] Adfert aliquot hypotheſes, quæ faciunt ad deciſionem in omni re. Vbi aliquid eſt inſtar materiæ, & aliquid inſtar formæ: Primum conſideranda eſt forma. Illa forma vel iuſta eſt per ſe, vel monſtroſa: Sic in Repub. aut forma eſt recta, aut eſt monſtroſa. Hoc oportet ſcire imperantem, non ſemper formam intuendam eſſe, ſed etiam materiam, in quam ille formam eſt impreſſurus. Idem in cera, antequam ſigillum imprima-

matur,&c. Poteſt ipſe populus, qui non vult formam aliam quàm populum, ſi adeſt heros quiſpiam, vtiliſſimum erit imperium: Attamen etiam Regna diminuta interdum non ſunt inutilia, ſi populus eſt moriger. Quod ſi populus omnino velit Regem, age conſtituatur, etiamſi non ſit perfectus, ſed ſaltem mediocris, haſtu keinen beſſeren Wein/ſo drinck den. Regnum Heroic. Ariſtocrat. opt.) Reſp. proprie deſunt formæ iuſtæ atque naturales, quia iuſtum eſt, atque naturale, vt imperfectus perficiatur à perfectiori, vt ei pareat, & ſuperius ſit virtute præſtantius. Et rurſus: Vbi pariter eſt, ibi vt etiam ſit viciſſitudo gubernandi & parendi. Sed in Repub. proprie debet eſſe paritas. Ergo, &c. Deinde Reg. & Ariſt. ſunt duæ formæ gubernandi rectæ, quia 1. eminet iuſtitia. Omnia enim ex debita dignitatis proportione gubernantis & imperantis metiuntur.

2. Accedit vtilitas. Nam quædam æquitas non legem deſtruit, ſed perficit, & quædam poteſtas abſoluta Dei non deſtruit, ſed perficit curſum naturalem: ita ſi virtus maior imperet & minor pareat, ea non deſtruitur, ſed potius perficitur.

2. Hypoth. de populo, de materia, in qua debet ſuſcipi. Eſt quidam populus planè aptus natus, & naturalem inclinationem habet ad ſtatum Regium, quidam ad Ariſtocratiam, quidam ad Democr. ver. gra. Galli vehementer amant ſuum Regem, eſt naturalis ὁρμὴ ad regium ſtatum, nec facile admitterent Rempub. Contra Veneti mirifice amant ſuam Ariſtocratiam, ſiue à natura ſiue conſuetudine. Germani mirificè amarunt libertatem

(vt & Græci) daher iſt auch der Bauren Krieg herkommen/do man 8. Jahr nacheinander hatte keinen Kayſer erwehlet. Hoc itaque oportet ſcire eum, qui condere vult Rempub. intuendam eſſe non formam tantum, ſed etiam materiam. Si aliqua eſſet tam præſtans familia, vt Fabia apud Rom. vt multos præſtantes viros procrearet, duces meritiſſimo eſſent.

Talis ergo ciuis, nec in exilium pelli, nec parere aliis debet.

Nunc magis ſolliciti ſunt homines de inſignibus quàm virtute. Ein newgebackener Edelman hatte zu ſeinem newen Adel ſolche inſignia bekommen Oben im Schild war ein Saw/ vnd vnten ein Adler/ vnnd drüber ſchrieb er: Sic placuit ſuperis (meinet daß er were Geadelt worden) da er nun ſeinen Schild im Wirtshauß hatte laſſen auffhencken/ kompt ein anderer vnd ſchreibt vollents dazu: Aquilas ſubmittere porcis.)

Ἀναγκαῖον ἀρίστην εἶναι.] Appendix de recta inſtitutione, diſciplina & moribus futuri Regis. Optima Reſp. eſt ea, quæ more domus gubernatur ab optimis, vt pater filium, maritus vxorem gubernat. Maritus acquirit, vxor conſeruat, Sie ſeind wie der alte vnd junge Burgermeiſter.

Περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας.], Reipub. effectus eſt felicitas, dum bonus gubernator inſtituitur, virtus in eo nō augetur, ſed fit alacrior, non ingeneratur diuerſa virtus, ſed vegetior exiſtit. Quædam nauis eſt mercenaria, quædam bellicoſa, quædam voluptuaria, quædam virtuoſa. Ita ſunt etiam reſpub. quarum alii atque alii ſunt fines. Ea autem ciui-

tas,

tas, quæ comparatur ex virtute, nuſpiam dabitur. Heîc nota Multi hodie de inſtitutione principum ſcriptitant, Ariſtoteles eſt ſuccinctus, non tam copioſus, vt reliqui: Princeps, ait, debet cognitionem Politices & Hiſtoriarum habere, præcipuè ſuæ gentis, aſſuefiat moribus Ethicis, multum in eo ſitū eſt, vt recte educetur, hoc faciat, hoc omittat, vnd wie die Weiber ſorgen/ daß die Kinder nicht linck werden.

Porrò Reſpub. quædam eſt iuſta ratione loci. Alia eſt optima ex imprudentia legislatoris primi, cui hæc vel illa placuit. Alia optima, quia commodiſſima, die harten Schuch ſeind für die Bauren gerecht.

Διωρισμένων.]Hic locus perſuaſit Mureto & aliis viris doctis, hunc librum ſequi ſeptimum.

Finis libri tertii.

POLITIC. ARISTOTELIS LIBER IV.

DICTVM eſt: Politicam contineri in libr. 3. 4. 5. 6. In 3. & 4. quidem Eſſentialia, i. quæ ad formam & materiam. In 5. & 6. de iis, quæ eſſentiam conſequuntur. Itidem in homine 1. agimus de anima & corpore, quæ ſunt eſſentialia. 2. de accidentalibus, de illis quæ ſequuntur, vt ſunt eſſe riſibilem, doctrinæ capacem, &c. In 3. libro habuimus formalia: de ciue, de repub. recta & vitioſa, de regnis ſpuriis, quæ vel mixta ſunt vel deminuta.

Sequuntur igitur hoc libro alia formalia de re-publ. imminuta, de multis modis Oligarchiar. Illi modi naſcuntur vel ab extenſione & remiſſione, vel mixtione aliarum Rerumpubl.

Liber hic quartus quinque partes habet. 1. eſt introductio (c. 1.) qua Ariſtoteles reſpon. quid reliquum ſit tractare, vſq; ad libr. 7. finis ſc. huius ſcientiæ. 2. pars continet varios modos rerump. earum quæ à pluribus quam ab vno gubernantur. 3. Pars de Repub. quæ ab vno gubernatur, vbi potiſſimum varios modos Tyrannidis recenſet. 4. Pars de Republ. ad vſum communem aptiſſima, vel de communione. 5. Continet partes materiales demum, de cōſiliaria, iudiciali, &c. Modi enim gubernandi formales potius partes ſunt.

CAPVT I.

Ἐν ἁπάσαις.] 1. Pars. Non ſatis eſt ſcriptorem Politicū vnam tantum formam, quam ipſe putat optimam, deſcribere, ſed & debet omnis generis formas, quæ huic vel illi loco, populo coueniunt, deſcribere.

ἄσκησις.] Gymnaſtica. Priſcis temporibus in vrbibus ad minimum tria loca gymnicis exercitationibus inſtituta erant Vnus locus erat puerorum; vnus adoleſcentum vel iuuenum, vnus ſenum. Huic arti gymnaſticæ apud veteres præerant magiſtri. Talis autem ſcriptor non debet tantum eam partem, quæ conuenit optime conſtituto homini deſcribere: ſed ēt eam, quæ conuenit ei qui male eſt coſtitutus, diſpoſitus ad φθίσιν &c. Et hoc non ſolum in diuerſis corporibus, ſed etiam ætatum diuerſitate. Eſt ēt genus exercitationis, quod pleriſque hominibus, & non peſſime ſe habentibus

conue-

conuenit, vt pilæ luſus. Ita qui ſcribit de Republ. non ſolum optimam formam debet tenere, ſed etiam alias. Nam non omnis ẽt Reſpub. cuique populo conuenit, ſæpe propter vicinos, locum, &c. Vt cum forte vellent ex communi virtute viuere, tamen cogantur inſtituere iuuentutem in bellicis artibus, e.g. In domo coëmenda nõ ſpectatur, quid ipſa ſit in ſe, ſed qualia habeat commodã, & incommoditates, quæ vel aliunde vel à vicinis aduenire ſolent.

ἰατρικὴν.] Idem in arte Medica. Medicus enim Architectonicus non debet tãtum ſcire, quid conueniat pulcris, mulieribus: Sed etiam omnium partium notitiam debet habere, quid ad hanc vel illam pertineat. Medici ſunt varii; oculiſta, qui oculos curat.

Ναυπηγίαν.] Idem in arte nauium fabricandarum. Non enim vnam tantum nauis formam, ſed varias nouiſſe debemus, quibuſdam vtimur ad traiiciendum fluuium.

ἐσθῆτα.] Eodem modo in re veſtiaria. Et viris & fœminis ſartor aptas veſtes debet facere: Sacerdotib. lange Röck / ruſticis Hoſen mit lätzen. Jener Frauwen / das es gar gerecht ſey / nicht vmb ein Faden zu weit. Sed hæc omnia non tam ad Politicam, quam ad alias omnes ſcientias proponere methodum (rationem) qua quid dicturus ſit. Nam quælibet ſcientia habet certos terminos, à quibus incipiat, & in quibus deſinat. Fecit hoc in libr. 3. & aliis Ariſtoteles: & ita hic in 4. præcipue contra Platonem. Quidam omnia permiſcent & congerunt, & verum eſt de illis dicterium illud: Difficile eſt

le eſt bonum dictum perdere. In modo tractandi ſcientias ſpectatur hominis ingenium. Duo enim ſunt: res tractata, & modus tractandi in ſcientiis. Primum quilibet ſcit, ſed modum pauci ſciunt. Illi dicuntur docti, ſed confuſe: hoc à natura habemus; illud à diligentia. In Bodino ineffabilis diligentia eſt, multa legit, ſed modum tractandi vel iudicium non habuit: ſed Ariſtoteles habuit, quia ingenioſiſſimus fuit, Iuſt. Lipſius & res & modum tractandi habet. Cic. item, &c.

τὸν ἀληθῶς πολιτικόν.] Ille vere Politicus eſt, qui Architectonicus dicitur, vt Solon, Lycurgus. Alias etiã illi hodie dicuntur politici, qui res in foro tractant, vt ſunt iudices & ſenatores, At κατ' ὀνομασίαν eſt politicus architectonicus. Ita etiã vulgo dicuntur medici, qui medentur, vt Chirurgi, Empirici: ſed Architectonicus, vt Galenus, manum non adhibet, ſed imperat tantum

διαμαρτάνουσι.] Hæc omnia dicuntur aduerſus Platonem & cæteros, qui vnam tantum formam tractant, ſed debẽt cognoſci omnes, quæ forma huic hominum generi apta ſit.

μεταμανθάνειν.] Difficilius eſt dediſcere, quam diſcere. cytharœdus inſtituturus quendã duplicem poſcebat mercedem.

πόσα πολιτείας.] Diſtinguendo animus fit ſapiens. Vna forma genere diuiſibilis eſt in multos modos, vt Democratia alia eſt agricol. alia opificum, &c. Populus eſt, qui rem confundit. Si formas non noſti, neque leges accommodare potes. Sic Medicus alias leges præſciribit podagrico, alias calculoſo. Mann muß den Schuch nach den Füſſen richten/

nicht

nicht die Füß nach den Schuchen. Quædam leges ſunt communes, quædam peculiariter inſtitutæ. Communes, quæ in variis Rebuſpub. locum obtinent, vt leges de ſicariis, adulteris, &c. Inſtituta mutata forma mutantur.

Ad Reſpub. accommodandæ ſunt leges.) leges debent accommodari formis, ſi formam ignorauero, quomodo leges applicē? Formæ ſunt menſuræ primæ, quæ menſurant leges.

CAP. II.

IAm quia de aliquibus ſpeciebus Rerumpub. li. 3. actum eſt, addit digreſſiones quaſdam, ab illis formis rectis, quæ nullibi niſi in libris reperiuntur.

περὶ τῆς ἀρίστης.] Hic locus valde cōuerſus eſt. De Ariſtocratia & regno tractatum eſt, idem περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, quæ ex virtute. Ergo oportet iam alias formas addere non ita bonas. Finis Rerumpub. eſt vt feliciter viuamus. Hoc præſtabunt illæ formæ Rerumpub. quæ publicam vtilitatem ſpectabant: Reliquæ omnes, quæ priuatam ſpectabant, dicebantur deflectiones ſiue digreſſiones, quæ non ſunt adeo rectæ. Dicit autem Ariſtoteles ſe de optima heic egiſſe. Iam vna ex rectis adhuc eſt politia, vbi ex communi virtute fit diſtributio, & locum habet in bellicoſo populo.

παρεκβάσεις.] id eſt, Oligarch. & Tyrann. quæ ſunt aberrationes à regno, ex Ariſtocratia.

φανερὸν μὲν οὖν.] Quoniam mentionem fecit digreſſionum, illos inter ſe comparat hoc modo: Eæ ſunt deteriores formæ, quæ opponuntur melioribus. Nam quanto quid opponitur meliori, tanto ne-

neceſſe eſt ſit deterius, verbi gratia, quanto quæque virgo eſt diſſimilior pulcherrimæ, tanto etiam illa eſt deformior. Atqui Regnum eſt optima forma. Ergo oportet Tyrannis ſit peſſima.

2. Oligarchia eſt mala, quia opponitur Ariſtocratiæ, quæ eſt ex communi virtute.

3. Reip. propriè dictę ſeu politiæ ex cõmuni virtute bellica opponitur Democratia. Alias ét ita inter ſe comparat, & vtitur alio loco, nimirum: Eæ ſunt peſſimæ, quæ maiora damna ſolent inferre populo, & quæ maximam perniciem Reipub, adferunt. Et hoc perſtringit Platonem, qui dixit: Democratiam iſtam eſſe inter bonas peſſimam, cum potius dicere debuiſſet, eſſe inter malas tolerabiliſſimam. Non enim bona eſt, ſed παρέκβασις quædam, quæ mala eſt. Sæpè enim duæ res, quæ non habent poſitiuum comparantur in comparatiuo; Vt aqua & terra numerantur inter grauia. Sed dicimus tamen: hæc terra (vt Thuringiaca) eſt leuior illa. Terra non eſt leuis: Sic: Melius eſt perdere pecuniam quàm famam: dici debebat: Eſt minus malum perdere pecuniam quàm famam.
Sed dicet quis; Ariſtotelem hic eſſe reprehenſorem Grammatic. ſed nos ſequi ſolere conſuetudinem vulgi. Reſp. Ariſtotel. non temere facit, ſed modo loquendi Philoſophico. Nam quando tradimus ſcientias, debemus accurate loqui, ne rudes & tyrones in errorem inducantur. Deinde non ſolum res reprehendit, ſed etiam διαλεκτικῶς modum loquendi: vt orator ſemper reprehendit verba, ſic etiam Dialectico licet, quia ex altera parte oratori reſpondet; & Dialectica vocatur,

quæ

quæ eſt αὐτὶς ἐϱφος ῥηθελκῆ. Apodicticus vero non curat vocabula: ſed ſcriptor philoſophicus non tantum induit perſonam Apodictici, ſed etiam Dialectici, id eſt, oratoris ſcholaſtici. Sic Politicus non tantum graues ſententias de Repub proloquitur, ſed etiam ornate effert. Non enim tantum prudentiam ſpectat, ſed etiam linguam, vt paulo cultius loquatur. Philoſophus eodem modo non tantum res examinat, ſed etiam verbis illis vtitur, quæ communem ſuperant rationem loquendi. Vulgo quidem ſic loquimur, ſed aliter in Philoſophia. Sic Politicus vel ſenator aliter ſe veſtit aliquo modo, quam aliquis ſalſamentarius, aliter quoque loquitur quam ruſticus, &c. die Schweitzer die groben Milchbengel / haben ſeine breite Wort / daß mann auch wol darauff kugeln möcht. Die Juden wann ſie reden machen ſie alweg ein thon hindeinnauß / als Adonai. zu Nürnberg hats auch dreyerley Sprachen / dann anders reden die Ratsherren / anders der gemeine pöfel: hinder S. Jacaf do hats ein guts Bier / anders die auff dem Schabbenberg: Galle guck / Galle lueg.

CAP. III.

QVoniam Ariſtoteli propoſitũ eſt, per digreſſionẽ exponere multa genera, Oligarchiæ, Democratię, &c. exponit. ſed dices: Quare in degenerantibus ſunt plures formæ, cum tantum inſtituto hominum conſtituantur formæ? (vel pendeant ab humana voluntate) Homo autem eſt ſui arbitrii; & certe optimum videtur eligere?

Hoc explicat Ariſtoteles, vnde oriantur hæ diuerſitates. Reſpond. Hoc oritur à partibus populi,

li, quia populus eſt diuerſus, verbi gratia, hic populus conſtat ex multis nobilibus aut paucis, hic ex multis ciuibus pauperibus, agricolis, mercatoribus, aut circumforaneis, &c. Iam vnaquæque pars prædominans alteri, Rempub. vel dominium ad ſe trahit. Vt ſi multi ſunt diuites dominium ad ſe trahunt, & contra. Inde oriuntur diuerſitates. Sic Patauii maxima pars ſtudioſorum Germani ſunt, ideoque præcellunt, & duo habent vota in Rectore eligendo.

γνωρίμων.] Nobilium. Nobiles autem hoc loco accipiuntur pro notis ſiue claris, ſiue id fit vel propter virtutem ſuiipſius, vel propter virtutem maiorum ſuorum, vel propter eruditionem, vel propter diuitias, &c. Qui nobiles ſunt virtute maiorum, ſunt honorandi, qui propria virtute, laudandi. Quia laus debetur virtuti cuiuſquam propriæ, vt Ariſtoteles in Rhetorica diſtinguit. Interdum etiam fit aliquis clarus & notus aut propter affinitatem aliorum, aut alia ratione, verbi gratia, quia apud principem in magna gratia fuit, etiamſi reuera ſine cauſa. Ex altera parte ſunt obſcuri, vel propter paupertatem plerunque, vel quia nulla virtute præditi ſunt, vel quia à nullis maiorib. commendati vel quia plane nihil eſt in ipſis, quod ſingulare aliquod nomen mereatur, vt ſunt opifices, qui noti ſunt tantum vicinis.

Vbi loci ſunt montoſi, pugnandum eſt militibus peditibus, & ideo populus plerunque gubernat Rempub. quia leuis armaturæ miles ibi pugnat. In locis vero planis, ſi finitimos habent hoſtes diuites tenent remp. qui poſſunt equos alere ad repellendum hoſtem.

φαν-

Digitized by Google

φανερόν.] Hæc omnia dicuntur, vt poſſimus ſcire, vnde ſint tam variæ ſpecies Oligarch. Democr. &c. Reſp. eſt magiſtratuum deſcriptio, & cognoſcitur ex iis, qui magiſtratum obtinent. Diuerſitas ergo formarum oritur ex diuerſitate populi, & hæc manent ſæpe, etiamſi populus poſtea ſit mutatus. Poteſt enim fieri, vt progreſſu temporis multi fiant diuites, & nihilo minus tamē maneat Democratia.

Nota. Apud Politicum diues & pauper eſſentialiter differunt, ſecus eſt apud Phyſicum.

μάλιστα.] hodie ſunt vſitatiſſimæ dichotomiæ, als wie ein Pfarrherr wolt ſein Predig nur in ein theil abtheilen. Sed Ariſtoteles ſæpe ſolet facere vnum, primum tanquam menſuram, poſtea ſubiicere reliqua imperfectiora: vt in demonſtratione prima, quæ eſt potiſſima. Alii duas contrarietates ſumunt, vt omnis color aut eſt niger, aut eſt albus. Omnis ſonus aut lenis aut aſper, ſapor amarus aut dulcis, & poſtea infinitum numerum degenerantium adferunt, Ita duas tantum Rerumpubl. formas conſtituunt. At Reſp. ſimilis eſt naſo. Naſus autem alius eſt ſimus, alius depreſſus, elatus, gibboſus, &c. Ita formæ Rerumpub. aut enim ſunt depreſſæ, &c.

CAP. IV.

Hoc cap. Ariſtoteles pertractat, plures eſſe formas Rerump. idque ſimilitudine quadam egregia ex animalium partibus ſumpta declarat, ac ſi diceret: Si velimus differentias animalium proponere, etiāſi non alicunde niſi ex partibus animalium ſumeremus, tantum ſummæ naſcerentur

tur differentiæ formar. animalium, verbi grat
Quædam animalia delectantur aqua paluſt
quædam limpida, quædam paludoſa. Item vic
vt hæc veſcuntur cerealibus, quædam carniuo
ſunt, quædã ſunt cruda & ex raptu viuunt: Eo
modo ſi actiones, ſenſus & motus conſiderantu
quædam volant in ſublimi, &c. Ex his, ait, no
ſumam differentiam, ſed tantum ſumam
partibus corporis, verbi gratia, ex tribus. 1. Q
cibus capitur externus, & qui cõcoquitur, id eſt,
re & ventriculo & 2. ex partibus, quæ inſeruiu
ſenſibus. 3. ex partibus quæ motui inſeruiunt
Quædam animalia habent os, quædam roſtru
imo etiam inter ipſa quadrupeda eſt magna o
differentia. Aliud enim porcus habet, aliud can
aliud bos. Ein Sauw hat ſchon ein andern Rüſſ
als ein Hund/ꝛc. Eodẽ modo ventriculo differu
Vt auium ventriculi ſunt craſſi, ideoque poſſu
lapillos concoquere, quædam habent 4. vent
culos, de quibus anatomici.

2. A partibus, quæ ſenſui inſeruiunt. Alia h
bent duros oculos, vt cancri, alia molles, alia
minentes, alia valde depreſſos, &c. Sic in aurib
magna eſt differentia. Nam alias habet aſinus,
lias lepus, alias equus.

3. A partibus quæ inſeruiunt motui. Vt hom
habet duos pedes, & duas manus: aues habe
duos pedes, & duas alas, quadrupedes, quatuo
pedes, exanguia aut pauciores aut plures. Sangu
nea animalia ſemper habent 4. inſtrumenta ſe
partes motus.

Ariſtoteles differentias animalium ſumit e
partibus. Pars enim eſt accidens animal.

Per

Pertinet enim ad eſſentialem conſtitutionem corporis. Sumimus differentias à notioribus. Natura dedit lucio magnum os. ſcilic. vt deuoret piſciculos: habet ὁρμὴν ad hoc à natura, ideoque etiam inſtrumentum. Auiculis quibuſdam natura dedit vt habeant durius roſtrum, quo vermes ex corticibus arborum extrahant. Homo eſt erectus vt ſuperiora contempletur, iuxta illud Naſonis.

Pronaque cum ſpectent, &c.

Manus dedit natura homini, vt inſtrumenta, quibus laboret. Prudentiam, vt iuſtum ab iniuſto diſcernere queat, ideoque & linguam, per quam poſſet eloqui. Ideoque ex illis poſterioribus nobis notioribus recte ſumuntur differentiæ: Sed poſſet quis dicere. Ergo tria tantum animalium genera naſcuntur, quia Ariſtoteles hic tantum ex tribus corporis partibus differentias ſumit? Reſpond. Non ſequitur: Sed prout inter ſe cõputantur, fiunt variæ & multæ partes. Ergo ex multiplici compoſitione partis cum parte fit multiplex varietas,

Βάναυσον.] Sedentarii non ſunt idonei milites, quia ſeſſionibus aſſuefacti corpus deprauarunt, ideoque & ſtationes ferre non poſſunt. 2. ſemper fuerunt in vmbra, imbres igitur ventos & ſolem nõ poſſunt ferre. Propterea Ægyptii & Perſæ omnes opifices inter ſe ignobiles cenſuerunt (Lycurgus etiam ex ſua Repub. remouit) milites vero inter nobiles.

τρίτον δὲ ἀγοραῖον.] Cic. in offi. eos eſſe nobiles mercatores dicit, die groſſe Händel führen. Sed mercatura reuera nõ nobilitat, ideoque multi iuſte diſ-

ſentiunt & reprehendunt Cic. ſi enim paruæ d uitiæ non nobilitant, cur magnæ nobilitarent ?

πέμπτον δὲ γένος.] Dicet quis; Non eſſe opus ho genere, quia tempore pacis plane non opus eſ tempore belli aliunde conuocari poſſunt milite. Sed Ariſt. ob id reprehendit Platonem, qui ſuan Remp. ſine militibus eſſe voluit. Plato in ſu Repub informanda errauit. 1. in fine ſiue ſcopo quem ille vtilitatem ſtatuit, q.v. Reſp. ſit tantur conſtituta propter mutuam vtilitatem. Hæc ſi e ſet finis, quænam eſſet differẽtia inter hominen apum & formicarum coniunctionem atque cæ tum. Eſt quidem vtilitas finis, ſed ei ſuperueni principalior, qui eſt ſenſus iuſti & honeſti. Nan homini innati ſunt igniculi honeſtatis & iuſtitia vt bene beateque viuat. 2. Errauit etiam in hoc quod tantum ex neceſſeriis partibus rempub. ſu am conſtituit, nimirum ex ſutoribus, textoribus ſartoribus, &c. Sed nec homines ſemper ſunt cal ceati, & ipſe Socrates, qui hæc loquitur, non fui calceatus. Reſpondemus Platoni formales etiar partes requiruntur in Rep. vt δικαιοσύνη δικαστική. Etiam in hoc errauit, quoniam milites tunc de mum addit, poſtquam Reſp. creuit. Ideo potiu earum partium mentio erat facienda, quæ perti nent ad animam, quam quæ ad corpus.

συνέσεως πολιτικῆς] Secunda pars formalis eſt eo rum, qui poſſint conſultare de rebus futuris, & debent habere σύνεσιν πολιτικὴν. Ab hac longe ali eſt δικαιοσύνη δικαστικὴ. Hæc ad ICtum pertinet, & h dicuntur ICti, illi politici. Sed poſtea etiam ter tiam partem facit Ariſtot, eorum, qui poſſunt ge

rere

rere magiſtratum. Poteſt quidem contingere, vt vnius idemque ſit & ICtus & Politicus, conſultare autem poteſt non ex libris ICtor. ſed tantum beneficio τῆς συνέσεως πολιτικῆς, quæ acquiritur experientia & ex libro politicorum non ICtorum. verb. grat. Si quæratur, an conducibile ſit, Argentinenſes fœdus ferire cum Heluetiis? ibi confugiendum ad politicum, ad ICtum. Sed in Germania noſtra hæc duo munera confunduntur, nam et ICto illud, quod eſt Politici, munus imponitur. At illi licet omnes ſuos lib. edidicerint, ex illis tamen σύνεσιν πολιτικὴν acquirere non poterunt. ICtus quidam magni nominis Giſan. confirmabat mihi, in Germania ICtis plus imponi, quam ferre poſſint, quia imponitur ipſis, vt reſpondeant de illis, quæ ſunt extra Iuriſprudentiæ limites. Neque hoc dictum volo in contemptum nobiliſſimæ facultatis. Siue vero concurrant, ſiue non concurrant, nihilominus ſunt duæ diſtinctæ facultates.

In Medicina dicitur de Fuchſio Medico Tubingenſi præſtantiſſimo, ipſum aliquando ignoraſſe, quomodo medelam adhibere deberet filiolæ, quæ cultro digitum læſerat. Hic fuit tantum præſtans in Cathedra, in praxi vero nullus. Ein Bader het als balt ein Spinnenweb mit Salz vbergelegt. Sic poteſt fieri, vt ſenator quidam ſit eximius politicus, etiamſi nullam iuri operam dederit.

Καὶ δύο πολιτεῖαι δοκοῦσιν εἶναι.] Quædam differentiæ vel etiam diuiſiones ſumuntur ex rebus ipſis, quædam etiam, ex vſu eorum, vt hic. Differentiæ enim non ſolum ſequuntur diuerſitatem rerum,

ſed & appellationum. Etiamſi hæc reſp. nome[n] Democratiæ habeat, interim tamen non eſt ver[a] Democr. At ſolemus appellationes vulgi ſequi.

ὅτι δ' ἐστὶ.] Quinque ſpecies Democratiæ hic e[-] numerat, infra aut. cum repetit, nominat tantu[m] quatuor. 1. ſpecies omnium minime mala ex agri[-] colis conſtat, & ſuis legibus viuit, hodie appella[-] tur πολιτεία, quam olim Democratiam nomina[-] runt. Talis fuit laudata illa Athenienſium Reſp[.] in qua habita fuit ratio æque pauperum ac diui[-] tum. Et apud Euripidem, cum hoc genus Reip[.] laudatut, laudatur eo nomine, quod in tali Rep[.] Si diues alicui maledicat, pauper ei reſpondeat[.] Spectatur tantum libertas, vnde & Terentianu[s] leno ait: An hic dicunt æquam eſſe omnibus li[-] bertatem.

Κατὰ τὸ ἴσον.] Æqualitatis ſcilic. Arithmeticę. Na[m] Geomet. proprie non eſt æqualitas, ſed potiu[s] proportio, 2. ſpecies eſt, vbi magiſtratus ex cenſi[-] bus deferuntur, & eſt aliquo modo aſtrictior. I[n] Democra. vitium eſt nimia laxitas, quod nim[is] multis conceſſa eſt gubernatio Reipub. Hîc aſtri[-] ctione nemo admittitur, niſi habeat cenſum. Excludit eos, qui non ſunt expertes alicuius ma[-] culæ. 4. Excludit eos, qui ſunt peregrini aut ſemi[-] peregrini (ſemiperegrinus autem is eſt, qui natu[s] eſt ex peregrina) Quia tales homines minus vi[-] dentur patriam amare, quia amor innaſcitur cu[m] que ſuæ patriæ.

Hæ ſpecies adhuc ſunt bonæ, quia in iis lex do[-] minatur. 5. Eſt peſſima ἀναρχία, vbi nulla lex lo[-] cũ habet, οὐδεὶς οὐδενὸς οὐδὲν ἀκούει, eſt πολιτεία ἀπολίτευ[-]

vt apud Athenienſes. In hac Repub. quod hodie volunt, cras reſcindunt. Quod etiam fit in noſtris comitiis. Hinc Carolus V. aſſimilauit comitia viperis, quæ matrem deuorant, ita & hæc comitia tollunt, quod alii decreuerunt, Jn ſolchen Democra. ſtehen die Stül auff den Bäncken/ es iſt vnter einander wie Kraut vnd Rüben.

Talis Democr. naſcitur, poſtquam vectigalia creſcunt. Idcirco fit, vt per totum diem conſultent.

δημαγωγοὶ,] Qui verba faciunt ad populum. Hi fere reſpondent noſtris concionatoribus. Magna eſt autem res, verba facere ad populum. Si quis enim diſertus eſt, poteſt pro libitu ſuo populum flectere in omnem rem. Ideoque apud Romanos non cuiuis permittebatur verba facere ad populum. Tempore quo, Lotharenus Argentinenſes obſedit, concionatores in vrbe bellum geſſerunt. Reuera quidquid mali perpeſſa eſt Reſpubl. Atenienſis, debet acceptum referre ſuis oratoribus. Vide Muret. in oratione de eloq. Synes. in libr. de regno aſcribit felicitati regum, poſſe populo inſerere opiniones bonas vel malas. Nam ſi princeps amat virtutem, ĕt in minimo, tunc omnes cogitant, virtutem eſſe amandam, omnes ſeſe componunt ad mores principum. Tales ſunt ſubditi, quales ſunt principum mores.

Homerus] der Homerus iſt ſo bekant geweſt/ wie der Catechiſmus/ omnes eum ediſcebant, & carmina eius cantabant.

ὅπου γὰρ μὴ νόμοι ἄρχουσι.] Obiectio. In regno Heroico non ſunt leges, vt nec in hac politia ℞. Illud eſt ſupra leges: hæc infra omnes leges.

CAP. V.

HOc Capite diuidit Oligarch. in 4. genera. In 1. omnia ex paruo cenſu iudicantur, & eſt ſatis laxum.

2. Cum ex magnis cenſibus creantur Magiſtratus, & eſt primo anguſtius. Habet præterea & hoc, vt illi ipſi creent. Ergo ſine dubio ſui generis creabunt. Et hoc eſt Oligarchiam Oligarchiæ inſerere. In quem modum etiam Ioſephus loquitur: ſeditionem in ſeditione naſci. Vt hodie in ſtatu Religionis, alii ſunt Euangelici, alii Catholici: & rurſum Euangelici ſunt diuiſi, &c. Hoc certe nil aliud eſt, quam diſſenſio diſſenſionis.

3. Cum filius in locum patris ſuccedit.

4. Peſſimum eſt & potius δυναστευτικὸν quam Oligarchicum, ad quod referendi Triumuiri Rom. Lentulus Antonius, &c.

οὐ δεῖ δὲ λανθάνειν] Nota: non ſemper reſpondet gubernatio ipſa ſtatui, neque viciſſim. Quando ſc. orbis Reipub ſine ſonitu conuerſus τὸ δέον καὶ τὸ γινόμενον non inter ſe reſpondent. Homo poteſt ſimulare & diſſimulare.

πολιτεύεται] Hic locus totus notetur contra Bodinum, qui aut Ariſtotelem ignoraſſe diſtintionem ſtatus & gubernationis, & hanc quidem ignorationem Ariſtoteli multos errores obieciſſe. Nam hic expreſſe diſcrimen illud agnoſcit, vt & Cap. 1. libr. 8. liquet etiam ex libr. 5. Cap. 6. vbi Oligarchia Pharſaliorum diu duraſſe ait, quia pauci ſeipſos bene geſſerint.

Per admixtionem creberrime, non ſemper per priuationem naſcuntur & euadunt aliæ formæ Reipubl.

CAP.

CAP. VI. ET VII.

ARiſtoteles quaſdam formas enumerat, quæ ſunt παρεκβάσεις bonar. Cap. 6. repetit & diligentius explicat genera Democr. & Oligarchię. Ordo tantum, qui in præcedente capite erat, non retinetur.

Cap. 7. Commemorat Ariſtoteles genera Ariſtocratiæ propter admixtionem nata. Ariſtocratia autem eſt vna perfectiſſima, vt quæ virtute Heroica conſtat, vel etſi minus ſit perfecta, tamen omnia ad virtutem in ea referuntur.

πολιτείαν γὰρ καλοῦσιν.] Politiam adiicit Ariſtoteles quatuor reliquis generibus, quam Plato omiſit, & ideo omiſit, quia rara eſt inuentu.

Τὸ συνηθὲς γνωριμώτερον, inquit, Ariſtoteles in Metaphyſ.

μὴ μόνον πλουτίνδην.] In regendo non eſt alius terminus quo nos referamus, niſi ad virtutem. Hæc, quæ in hoc cap. deſcribitur, quia terminum ſpectare videtur, Ariſtocratia nominatur. Hæc miſcetur ex diuitibus & virtute præditis. Non autem propriè dici poteſt Ariſtocratia, ſed potius Ariſtocratica Reſpub. Quemadmodum non eſt λιμὸς, peſtis, ſed πάθος λιμῶδες morbus peſtilens. Non eſt aqua, ſed vinum aquoſum. Non eſt Apoplexia, ſed redolet apoplexiam. Sic non eſt Ariſtocratia, ſed Ariſtocratica. Quia tamē in hac Rep. etiam virtutis aliqua habetur ratio, licet aliquid habeat admixti, nomen tamen retinet.

Εἰς ἀρετὴν καὶ δῆμον.] Spartæ erat mixtio virtutis & populi, & magna ibi virtutis ratio habebatur.

Digitized by Google

Erant 24. viri virtute præditi, interim tamen non plane ſecludebatur populus.

Καὶ τρίτον.] Tertium genus. Illæ etiam vulgo dicũtur Ariſtocraticæ, quæ ſint mixtæ ex Democratia & Oligarchia. Nomen hic datur, non res. Diuitiarum hic habetur ratio, non populi. Hodie nomen Romæ permanet, vrbs ac Reſpub periit. Vinum deprauatum non eſt vinũ, ſed cadauer vini.

Ex his vidẽdum, quantopere aberret Bodinus, temerarius ille reprehenſor, qui negat dari mixtionem Rerump. ſed omnes dicit eſſe ſinceras, hoc argumento. Quia iura maieſtatis ſint incommunicabilia, indiuidua, ſi ſunt penes populum, eſt Democratia; ſi penes paucos vel diuites, Oligarchia. Maieſtatis autem capita ſunt, habere ius vitæ & necis: ius indicandi bellum erat penes populum, habere hoc vel illud penes ſenatum. Et ſunt diuerſi generis hæc iura, ideoque diuiſibilia. 2. Vnum idemque ius habet interea plures actiones, verbi gratia, condemnare aliquem eſt penes ſenatũ, ſed liberare vel abſoluere penes populum, vel etiam principem. Hoc eſt diuiſibile aliquid. Sic Rex habet poteſtatem vitæ & necis in peregrinum, ſed non in ciuem, populus Rom. habet. Poſſunt admittere hæc temperationem & mixtionẽ. Sunt autem communicabilia, quia poſſunt diuerſis ordinibus attribui. Sic poteſtas cudendæ monetę poteſt eſſe penes populũ certo modo, vt populus cudat minorem monetam, Häller/ Pfenning/ ꝛc. Senatus vero maiorem. Vectigalia augere (die Loſung zu ſteigern) communicatur cum populo. Imo ego puto, nullam eſſe Rempubl. ſinceram,

ram. Quia humanæ res ſunt longe deteriores, quam vt in eas cadant ſincera bona. In ſcholis quidem proponuntur, ſed nullibi reperiuntur. Vitioſæ poſſunt quidem reperiri, ſed non diu durant, quia nimis violentæ ſunt, ſemetipſos euertunt, vt perfecta Tyrannis omnis iniuſtitiæ veriſſima idea, Ochlocratia extrema theſaurus omnium malorum.

Ergo quæ reperiuntur ſunt omnes temperatæ magis aut minus.

Sed dicas: Quare fit mixtio? Miſceas ergo bonas cum bonis. ℞. Bonas cum bonis miſcere plane non neceſſe eſſet, ſi modo poſſemus obtinere per populum; verum quia populus virtutem minime ferre poteſt, ſunt miſcendæ. Nam ſi tantum virtutem vis ſpectare in conſtituenda Rep. populus & diuites non concedent, qui volunt etiam ſui rationem haberi. Ideo fit vt non optimam ſemper inueniamus propter ingeniorum hominũ diuerſitatẽ. Et hæc eadẽ eſt cauſa, ſi q̃ratur: cur Noribergæ non ſit optimũ vinum? Quia miſcetur, Ita in Ariſtocratia etiam accipiamus oportet virtute mediocriter præditos.

ἀγαθὸς.] Boni dicuntur interdum rigidi obſeruatores inſtitutorum antiquorum. Tales ſi Rempubl. gubernant ſunt boni, reſpectu alicuius, ex opinione ſcilicet, non mera virtute. Noribergæ ex inſtituto tunicæ ſenatorum in curia, & tunicæ fœminarum retinentur. Prohibetur etiam ſæpe, ne monetæ valores creſcant. At ex virtute omnia metienda ſunt, non ex opinione.

ὁ αὐτὸς ἀνὴρ ἐγῇ πολίτης ἀγαθός ἐστιν.] Vir bonus & ciuis bonus

bonus differunt tantum nomine, non reip
Quatenus enim ſpectat virtus ad actiones priu
tas, dicitur quis bonus vir; ſed quatenus ad Rem
dicitur bonus ciuis. Obiicere quis poteſt. In qu
bus ciuitatibus habetur ratio diuitiarum non
vir bonus. Nam vir bonus fit, vbi publica virt
tum habetur ratio. Oportet enim vt cer
menſura in cibo & potu obſeruetur, id eſt, vt pu
ri tantum edant & bibant, quo boni fiant, tem
perantes. Oportet ẽt vt in Gymnaſticis fortitud
ni aſſuefiant. Reſpond. Etſi nõ ſemp ſit aſſuef
ctio virtutis, tamen naſci poteſt in aliquibus vi
tus propter εὐφυΐαν, id eſt, propter bonam natu
ram, qui virtutis innata ſemina habent, quæ ſi do
mi bene excolantur, quod honeſta educatione fi
ad Rempubl. bene apti eſſe poſſent, Aliquand
etiam Reſpubl. ex diuitibus & nobilibus optim
conſtitui poteſt. Interdum quoque in peſſim
Republ. temperantes naſcuntur.

CAP. IIX.

SVbiicit Ariſtoteles rationem ordinis. Poſſe
quis dicere: mi Ariſtoteles, quare hic agis d
politia, cum ſit vna ex rectis? ℞ Non eſt recta
Nomen quidem habet quod recta ſit, ſed e
temperata & mixta, ideo cum hic agat de mixtis
recte quoque de politia agit. Quæmadmodum
vinum Ratiſponenſe quamuis tam acerbũ ſic, *al*
daß man jhn den natürlichen Eſſig nennet/inter vi
na tamen reliqua numeratur.

Νῦν δὲ δεικτέον.] Ariſtoteles ait: Icciрco agi tantum
de Politia poſt Democr. & Oligarch. quia reuera
eſt mixta ex his duabus. κράσις non poteſt intellig
niſ

niſi ſeparatim prius intelligantur ea, ex quibus ſit miſtio Ita cum politia ſit miſta, &c. Medium cognoſcitur ex extremis hoc loco.

Sic Oxymel habet duo extrema, mel & acetum, quæ prius cognoſcantur oportet, quam Oximel conficiatur. Sed vbi medium non eſt ex participatione extremorum, vt in Ethicis virtus, ex medio extrema cognoſcuntur, & prius medium declaratur. Medium enim illud eſt perfectione tale. Reliqua media cognoſcuntur ex degeneratione, participatione, virtus quæ in medio eſt, non eſt per participationem.

Παιδεία.] non recte vertitur doctrina ſed educatio puerorum.

Εὐγένειαν.] Εὐγένεια non eſt, quæ coſtituit nobilitatem. diuitiæ putantur apud omnes nationes nobilitare.

Πολιτεία eſt miſtio] non eſt ipſa miſtio ſeu actio miſcendi, ſed quod ex illa actione emergit, quod ex illa miſtione factū eſt quod exortū ex actione.

Politia non eſt miſtio ὀλιγαρχίας & Democratias, ſed id, quod emergit ex miſtura.

Multa ſunt vocabula, quæ ſignificāt & antecedentem actionem, & terminum ad quem? Vt heic miſtio non tantum actionem, ſed & id, quod factum eſt ex miſtione, denotat. Hinc & pro eodem accipiuntur, quod antecedit terminum, & quod ſequitur, vt pharmacopolæ vocant decoctionem ipſum decoctum.

Sed quando poteſt miſceri politia? Reſp. Inſtituta quædam Democratica accipiuntur, quædam oligarchica. Es iſt ebē ein handel/als wie in der Karten

Digitized by Google

ten / wann man den Schelln König vnd den Oberhänſel durcheinander miſcht/ quando vtrique ſtudetur, & tribuitur aliquid populo, aliquid diuitibus, halb vnnd halb / wie man die Hunde ſchiret.

Sed dices: Iſta definitio nimis latè patet, nam Oligarchicæ etiam miſcentur; vt ſi plus in iis adſumatur Oligarchici, fit Oligarchia; ſi plus Democratici, fit Democratia. Sed Reſp. Ariſtotel. hoc omne æſtimandum eſſe ex eo, an habeatur ratio virtutis, vel non. Mixtio facta ex Oligarchia & Democratia eſt politia, etiamſi magis propendeat ad Oligarchiam. Quando non habetur ratio virtutis, etiamſi magis propendeat ad Oligarchiam, non tamen eſt Ariſtocratia: Sed quando aliqua habetur ratio virtutis, poteſt dici mixtio Ariſtocratiæ.

Hic quæſtio inſtituitur; An Oligarchica inſtituta miſceantur cum Democraticis, an Democratica cum Oligarchicis? Vtrumque affirmo, vt Cardanus diſputat: an aqua ſit admiſcenda vino, an vinum aquæ?

εὐνομία.] hæc duo habet 1. vt leges ſint bonæ. 2. vt iis pareatur. Alcibiades inquit: Illi omnium tutiſſimè vitam agunt, qui parent legibus, etiamſi per ſe non bonis, ſed malis quodammodo.

τὸ γὰρ τέταρτον ὃ καλοῦσιν εὐγένειαν.] Ariſtoteles hoc loco omittit nobilitatem; quia illa non eſt proprium quoddam, ſed conſequens virtutis & diuitiarum. Nobilitas enim nihil aliud eſt, quam antiquæ diuitiæ & antiquum genus: Nobilitas non eſt proprium, ſed ſequens iſta duo, vt vmbra homi-

mi-

minem, ita nobilitas virtutem ſequitur. Sic inter colorum ſpecies non numeratur nitor, ſed eſt quoddam conſequens coloris. Wann einer ſo ſchwartz iſt/ daß er gleiſt / oder ander Farben die auch gleiſſen. Nobilis autem intelligitur non proprie ob virtutem propriam, ſed ob maiorum ſuorum; licet non excludatur propria. Aliis bene natus dicitur, wañ er von guter Art geboren iſt. Quod idem & in animalibus vſurpamus, verb. grat. bonus equus intelligitur, qui ex equa bona natus eſt. Primus auctor nobilitatis nō fuit nobilis, quia non ex nobilibus natus. Deinde requiruntur diuitiæ antiquæ, quæ honeſtè alicui partę fuerunt, & parce conſeruatæ, qui virtutem, vt in lucem poſſint prodere, declarāt, quæ virtus dicitur ἀρετὴ κεχορηγημένη, id eſt, inſtructa, ſimilitudine ducta à choris, in quibus cantores nō tantum canere, ſed etiam certis veſtibus, calceis et cæt. ornati incedere debebant. Alias vocat ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον, non impeditam. Quemadmodum ſi quis ex philoſopho velit audire ſapientiā, facundia ēt ei adſit oportet, qua exprimere poſſit talem ſapientiam. Olim Germani contenti fuere fundis ſibi relictis, rei tantum ruſticæ ſtuduerunt, & non exercuere mercaturam, vt hodie diuites ſolent.

Καὶ ὅτι πόῤῥω αὐτῶν ἀλλήλων.] poſſe ea diſcernere quæ vicina ſunt, artis eſt. Duo oua non facilè diſcerni poſſunt ab aliis præterquam à mulierculis, quæ optime ſciunt, qualia oua quæque gallina pariat. Ita hic politiam diſcernere artis eſt. Non quiuis medicus poteſt ſoleıter diſtingere inter tertianam & quartanam hepatis inflammationem

Digitized by Google

mationem & pleuritidem. Quædam adeo inminuta ſunt, vt ne quidem cerni, multominus diſcerni poſſint. Neque mirum, ſi Plato hic hallucinatus fuerit, easque confuderit.

CAPVT IX.

AGit vberius de politia, quia Plato eam ignorauit. Fit, inquit, tribus modis. 1. quando inſt tuta quædam ex Oligarchia & Democratia commiſcentur. 2. Cum medium inter exceſſum & detectum vtriuſque Reipub. ſumimus, & ad noſtram accommodamus. 3. Modus fit per participationem extremorum, in qua non habetur temporis ratio.

Deinde etiam nota ſiue ſigna proponit, ex quibus bene & exacte miſta politia cognoſcitur, nimirum 1. ſi mixtio ita facta ſit, vt dubitetur, vtrum illa forma ſit Democratica, vtrum Oligargica, idque exemplo Laconicæ Reipub. declarat. Quando medium ſeruatur, das man nicht zu viel nimbt/vnd nicht zu wenig/ quemadm. ſæpe ſartores in conficiendis veſtibus plura quam oportet requirunt, ſie ſagen offt/ſie haben nicht genug Tuch/ ja wann ſie zuuor ein theil nach der Mauß werffen/ vt & noſtri Altorphenſes. Wann ſie zu viel Waſſer nemen/wie können darnach die Studenten ein guts Bier trincken. Ey ſie förchtē vielleicht/weñ ſie ſich voll trincken / ſie würden einander ſchlagen. Drumb liebe Herrn/da ſolt jhr den hübſchē Bürgern darumb dancken / daß ſie euch ſo in acht haben. Ideo, inquam, medium ſemper eſt ſeruandum. Ariſtoteles gauiſus eſt, cum audiret ſe, vituperari ab a-

Digitized by Google

ab aliis, quod eſſet auarus, ab aliis veto quod prodigus eſſet. Optimum eſt, inquit, quia hoc modo ſum in medio. Ergo liberalis ſum. Eodem modo ſi quis dicat: Hic vir eſt nimis humanus, alter dicat, eſt nimis ſeuerus, tunc vtraque virtus, nimirum quod comis ſit, & humanus, felici nexu coniungitur; ita in forma corporis, in virginibus, quęritur: an hæc vel illa ſit pulchra? Alius affirmat, alius negat, & tunc colligitur, illam eſſe egregiam. Si alicuius ſtylus ab alio dicatur nimis longus, ab alio nimis breuis ſiue cõciſus, tunc medium tenere videtur. In multis tantum partem veritatis attingimus (inquit Ariſtoteles in Rhet.) non quidem in omnibus. De aere Stoici dicunt, eſſe frigidum, Peripatetici calidũ: Et de anima dicunt, eam eſſe mortalem; alii negant, tandem vera elicimus collatis opinionibus.

Quod Reipbulicæ. Laconicæ] Alii dixerunt Rempubl. Spartanam Ariſtocratiam, alii Democratiam. Ariſtoteles dicit eſſe Politiam, quia pauperes & diuites eodem modo educebantur, eodem cibo, potu, veſtitu, & cultu vtebantur, inde maximus contemptus, & inuidia naſcebatur. Nam diuites contemnebant pauperes, & pauperes diuitibus inuidebeat. Hinc illæ lacrimæ. Ideo Lycurgus quantum potuit paupertatem & diuitias è ſua Republ. exterminauit, Nihil enim eſt, quod minus ſocietatem alat, quam inuidia & contemptus. Si tu me contemnis, & ego tibi inuideo, quomodo poſſumus conuenire? Lycurgus ergo vehementer laborauit, vt hoc malum tolleret, vſumque nummi abrogaret. Maximæ beſtiæ ſunt

n Auari-

Digitized by Google

Auaritia & nimia paupertas. Qua propter cum Lycurgus plane diuitias non poſſet tollere, æquationem fecit bonorum, veſtitus, victus & cultus, &c. Omnes nudis pedibus incedebant, plane militari modo, vbi non veſtitus aut luxus Perſicus curatur. Et ita videre eſt, etiam in magnis principibus, vt Veſpaſiano, qui tanquam gregarius miles incedebat. Similiter Seuerum Imperatorem feciſſe Herod. affirmat.

Simili modo inſtituuntur.] non literis, quia nullo in pretio literæ apud illos erant, quæ effœminatos & molles efficere credebantur, voluerunt potius indurare animos chalibis inſtar, qui cum deſcens in aquam immergitur. Hodie nimis delicatuli ſunt homines. Audio quoſdam ex Noribergenſibus ſua veſtimenta in Gallia & Italia confici curare. O peſſima conditio illi deinde fiunt pauperes, & poſtea interdũ Catilinæ.

Quia ex multis.] Ariſtoteles videtur nomen Oligarchiæ pro Ariſtocratia vſurpaſſe. Vbi pauci imperant Ariſtocratia eſt, & Oligarchia. Pauci enim ibi quoque imperant. Si Etymologiam ergo ſpectes, ita eſt, ſi vero τεχνολογικὴν longe aliter eſt. Fundamentum namque Oligarchiæ ſunt diuitiæ: Ariſtocratiæ virtus. Grammatici diſtingunt inter nomen & verbum. Si loqui velis τεχνολογικῶς nomen non erit verbum, & contra. Nomen quidem eſt verbum, vt ſi dico Menſa, ſed ibi verbum ſignificat vocabulum, dictionem.

Hoc n. p̃ſidio poſſit.] 2. Nota ſi per ſe ſit diuturna, oportet vt bene ſit coagmentata. Non erit diuturna, ſi tamen multos amicos & fautores habeat

beat

beat, quod vitioſis etiam competit. Illa eſt durabilis, quæ optime eſt mixta. Illa autem eſt bene mixta, quæ per ſe & ex ſuis viribus interne mixta & temperata eſt. Homo temperatus bonamque habens mixtionem ſemper bona valetidine vtitur. Qui continuo habet præſides Galenum & Hipocratem viuit quidem, at non tam ſtabili valetudine vtitur, quemadmodum ille.

CAP. X.

De Tyrannide.

Περὶ δὲ τυρ.] Huius facit mentionem Ariſtotel. non quia ſit vera Reſpubl. ſed potius quoddam cadauer Reipubl. Sic Scaliger cum enumeraſſet omnes alios Poetas, Doleti tandem etiam mentionem facit.

Spurior. Regnor. 4. ſunt genera: Duo ſunt ſatis bona, habẽt paruã poteſtatẽ, bene ſe tamen gerebãt, ideo reliqua erant partim regũ, partim tyrannis. Scopus enim inprimis reſpiciendus eſt, & in quo primum excitetur actio. Quia igitur apud barbaros illud voluntarie eligebatur, nõ ẽ tyrannis, quia patiens ipſum vult. Quatenus vero ſuam ſpectat vtilitatem, & inuitis imperat, eſt tyrannicum; Perfecta igitur tyrannis eſt, quæ neque virtutem habet, neque prudentiam, nec communem vtilitatem ſpectat, & inuitis imperat. In rebus naturalibus, quando ipſum patiens συμπράττει, non eſt violenta actio, verbi gratia, quæritur vtrum aliqua vim ſit paſſa necne? Ob ſie ſich gewehrt hab/wie ein redliche Jungfrauw / oder nicht? vtrum fuerit σύμπραξις an ἀντίπραξις? συμπράττειν

enim & ἀντιπεράτειν in Ethicis opponuntur. Sic in tyrannide, ſi ius in te commiſiſti, non inuito tibi imperat, ſed ſi patiens reſiſtat violenta tunc eſt. Huius nota eſt, ſi non ſuis ciuibus ſed alienis ſtipatoribus vtatur.

Finis Reip. eſt pub. vtilitas, virtus eſt prudentia, vt ſubditi non inuiti pareant, vt legitime aſſumatur, quæ omnia abſunt à tyrannide.

CAP. XI.

PErtinet ad politicũ ſcriptorẽ non tantũ optimã Remp. proponere, ſed etiã quæ dari poſſit inter homines. De ea non agit. Optima autem Reſpub 4. modis dicitur. 1. Quæ ſimpliciter eſt rectiſſima ſeu optima, da es alles zu gehet wie im Schlauraffen Land. 2. Quæ pro conditione hominum, loci, &c. 3. Ex hypotheſi, ex inſtituto legiſlatoris, verb. gratia, optima, reſpectu virturis militaris. 4. Quæ eſt facilis & omnibus accommodari poteſt. De hoc genere agit iam hic Ariſtoteles. Eſt autem hæc, in qua virtus quædam eſt, quæ captum idiotarum non ſuperat.

Optimum eſſe conſtat.] Illa videtur eſſe facilis forma, quæ mediocritatem habet, quæ conſtat ex hominibus, qui ſunt medii inter diuites & pauperes, animo æquabile & apti ad gubernationem. Mediocritas illa gignit 1. viros bonos 2. ciues bonos ad parendum & gubernandum (imperandum) 3. gignit amicitias, cum in reliquis non facile reperiantur. 4. ſecuritatem.

At vero qui.] pulcherrimus hic locus eſt de Mediocritate externorum, animæ & corporis, bono-

Digitized by Google

bonorum. Non ſunt bona, quæ ſe nimium extendunt, faciunt homines inſolentes & fortunæ telis expoſitos: contra nimis miſerum animum ad quædam vitia alligant, vt nimis pulchrum vel robuſtum eſſe facit homines inſolentes & confidentes, vel fortunæ telis expoſitos. Contra nimis deformem vel imbecillem eſſe, neſcio quæ vitia afferat, vt & nimis in honoratum eſſe, Als der Schlot Michel.

Ariſtoteles vult bona animi eſſe tantum & ſimpliciter bona ſine additione. Corporis bona externa eſſe bona organica. At Organon ſuam bonitatem accipit ab eo, cuius eſt organum, teſtudo, fides, lyra, referuntur ad eum, qui eas pulſare ſcit, & illa dicitur bona teſtudo, quæ homini perito muſicæ eſt cōmoda. Hac in re diſſentiunt Stoici à Peripateticis. Nam illi bona externa dixerunt eſſe neutra. Peripatetici etiam bona eſſe volunt, ſed reſpectu eius, qui eis recte vtitur, Vt teſtudo non eſt bona mihi, qui imperitus ſum tangendi fides, ſed illi, qui tangere poteſt. Et ita fere conueniunt Stoici cum Peripateticis.

Nimis diues inſoleſcit. Paupertas eſt malefica. Eodem modo nimis honoratum eſſe alit ſuperbiam: nimis contemptum indigationem. Si virgo nimis pulchra ſit, pulchritudo eam impellit ad mala, ad voluptatem. Tantam igitur vim habent bona externa, vt animum etiam immutent. Nimis bona corporis habitudo, neſcio, qua luxuria homines impediat, quo minus operam dent honeſtioribus ſtudiis. Ideo Plato in locis ſuam Academiam ſtruxit. Idem etiam dixit, ſi corpus in-

Digitized by Google

cipit defloreſcere animus incipit effloreſcere. Bonorum ergo iſtorum extremorum medietas eſt optima. Hoc vero mercatores noſtri, qui rerum copia & diuitiis ſunt ebrii, non credunt. Es iſt ein groſſe Beſchwernuß ſagt jene Jungfraw/wann eine ſo gar ſchön iſt/dann ſie hat kein Ruhe vor den Studenten. Ex iſtis itaque duob. fontibus fluit omnis malitia, nimio ſc. & minimo.

Diximus pertinere ad Politicum ſcriptorem non ſolum Remp. omnium optimam, quæ potius poteſt depingi & deſcribi quam dari, ſed etiam illam, quæ poteſt applicari, & qua poſſumus vti. Forma Reip. eſt quaſi anima Reip. gubernatio quaſi vita vel motus, qui fluit ab anima. Illa aũt forma eſt optima, quæ bonis corporis non nimiũ abundat, nec nimium eget. Sunt enim hæc bona μετρητὰ, menſurã capiunt. Animi vero bona ſunt μέτρα, non recipiunt menſuram. Hinc bona animi, quo maiora, eo etiam meliora. At bona corporis modum tenere debent. Nam cum ſint inſtrumenta debent eſſe commoda & idonea animo. Aliàs ſi nimis abundant animum deteriorem reddunt, faciunt homines feroces, inſolentes, &c. Diuitiæ igitur, honores & bona corporis accipiunt ſuam menſuram à bonis animi. Nimis pauper eſt malitioſus, fraudulentus, qui in paruis rebus ſolet inuidere diuitibus, eiſque iniuriam inferre, quod fit nocendi ſtudio. Contra nimis diues, honoratus, fit inſolens, infert pauperi iniurias, & hoc facit nõ, vt pauper nocendi ſtudio, ſed vt animum expleat, vt animi ſui libidini inſeruiat. Et hanc vim non ſolum habent diuitiæ, ſed etiam bona

Digitized by Google

bona corporis. Reddunt enim homines obtuſi ingenii. Mediocris valetudo melior eſt, quam perfectiſſima. Dum enim ſemper ſaginatur corpus, quid fit? Epicuri de grege porcus. Animus hebetatur & deprauatur, ſi vel maxima ſint vel minima externa bona. Late idem hoc tractat Ariſtoteles 2. Rhet. ibi. Quia mores diuitias conſequantur.

Vulgo dicimus: Stultitiã patiuntur opes. Veriſſimum eſt dictum. Certe diuites interdum ſuas pecunias peſſime collocant. Quidam confici curant aleas ebore vermiculatas, quidá alias nugas. Als jener zu Nürnberg der ließ jhm ein ſilbern Blaßbelglein machen / das hencket er zum Tiſch / damit er das Eſſen kalt machet / wans zu heiß war. O delicatulum ô Salaconem.

Simonides Poëta fuit auariſſimus, Hieronis vxor aliqu. ex eo quærebat: num mallet diues eſſe, an ſapiens? vter ex his duobus eſſet melior? Reſpondit ille: ſe malle diuitem eſſe. Perrexit illa, cur? Reſp. Quia ſe videre ad diuitum fores ſapientes præſtolari & bolum expectare, Sie hetten gern etwas. Ab illo auariſſimo homine dicuntur verſus Simonidis. Quoties enim carmen ſcripſit numis inhiauit.

Diuitiarũ mores ſunt, vt homines reddant ſtolidos, Wer groß Schuch an hat der fält gern.

ὡς δ' οἱ μὲν ἄρχειν.] Qui vel extreme diuites ſunt, vel extreme pauperes, non poſſunt parere. Hi quidem parent non ciuiliter, ſed ſeruiliter, illi plane repugnant. Quemadmodum hodie principes noſtri, qui ſtatim volunt eſſe imperatores.

Diuites certe ſtatim ab ineunte ætate volunt eſſe obnoxii laboribus imperii: neque etiam per luxuriam poſſunt. At boni ciuis eſt, & parere recte, & recte imperare. Ad quod requiritur neque ſpiritus elatiſſimus, neq; abiectiſſimus, ſed mediocris. Quare cum pauperes oderint diuites & diuites illos contemnant, non poteſt conſiſtere talis ſocietas, cum tales ne quidem vna peregrinari velint, multo minus vno in loco permanere. Optima igitur ait Ariſtoteles eſt eorum conditio, qui ſunt medii, quia ipſi non inſidiantur aliis, neque ipſis inſidiæ ſtruuntur.

Ariſtoteles dum hic varia hominum vitia deſcribit, illorum omnium cauſa ſuperfluitati & egentiæ aſſcribit cum tamẽ aliæ interdũ ſint cauſæ affectuum illorũ hominis nimirum, natura & educatio. Sed hoc facit propterea, quia hic politica tractat, ideo etiam politice de illis loquitur, & cauſas è politicis deſumit. Itali ſolent dicere: ſi inuidia eſſet febris, omnes homines ea laborarent, Da würden die Medici ein ſtatliche praxin haben.

Naſcitur in quibuſdam inuidia à natura, vtpote in Melancholicis. Nullum enim eſt genus hominum magis inuidum quam Melancholici, qui inuidia fere contabeſcunt. Hinc Furius, qui de Republ. ſcripſit, diſſuadet in ſenatum vel conſilium principis adhibendum eſſe Melancholicum, quia ille ſtatim inuidet, ſi aliquod bonum conſilium ab aliquo ſit prolatum, & non ab ipſo profectum. Cicero ad Atticum ait: Indulgentia facit quidem homines intemparantes, guloſos, delicatulos,

catulos,ſed non tam acres obtrectatores,ſed ferula plurima vitia abigi poſſunt. Scaliger in exerc. non poteſt ſe expedire in naturis hominũ, igitur currit ad aſtra.

Ergo quidam mores à natura inſunt, quidam ab educatione. Quod ſi quoſdam mores habeo à natura, quoſdam ab educatione, alii ſequuntur mores, qui neque à natura ſunt, neque ab educatione ſimpliciter.

Pro mediocritate Reipubl. hæc faciunt I. Quia ex duobus extremis (diuitiis & paupertate) oriuntur peſſima genera Rerumpub. Ergo primo ex diuitib. oritur illa peſſima Oligarchia, ex pauperibus peſſima illa Democratia: Mediocritas autem prohibet, ne iſta duo genera peſſima exoriantur. II. ratio: Quia mediocritas ſeditionibus nõ eſt expoſita. In conſtitutione corporis hæc ſunt extrema. 1. Summe pituitoſum eſſe, pinguem, tenacem, obtuſum. 2. Summe biloſum eſſe, tenuem. Hi ſunt obnoxii & obiecti ſummis & perculoſiſſimis morbis. Sanguinei autem, qui medii ſunt, optimæ conſtitutinis ſunt, ſic etiam Reſp. paruæ ciuitates plerumque ſunt extremæ. Aut enim dititiſſimæ ſunt, aut pauperrimæ. In magnis autem ciuitatibus plerunque medii ſunt: vbi autem medii dominantur, non facile turbæ oriri poſſunt. Nam ſi diuites ad ſe volunt trahere poteſtatem, medii illi ad pauperes deflectunt, quod ſi pauperes aliquid moliri cupiunt, rurſum ad diuites declinant, & hac ratione omnes tumultus ſedantur, vt nec pauperes, nec diuites aliquid inceptare poſſint.

Σημεῖον.] Aliud argumentum pro mediocritate: Quia legiſlatores, qui tanta bona Reip. intulere, fere omnes mediocres fuerunt, vt Solon, Lycurgus, & illi fuerunt optimi.

Nimis circumfluere hebetat ingenium, ſed Prudentia modico contenta alit.

φανερόν.] Quando medium eſt exiguum, tunc extrema (vel diuites vel pauperes) præualent, omniaque ad ſe trahunt, inde oritur vel Oligarchia, vel Democratia. Deinde cum inter ſe pugnant pauperes & diuites, quæ pars victoriam obtinet, Rempub. poſtea ad ſe attrahit, vt Argentinæ factum, ibi plebs ſuperauit nobilitatem, hinc ex ſtatu Ariſtocratiæ, facta eſt Domocratia, ſi nobiles ſuperiores fuiſſent, conſtituiſſent Oligarchiam. Nunc quatuor ſaltem nobiles Reipub. admouentur, & fere nulli reperiuntur, qui hanc prouinciam obire volunt.

ἔτι δὲ.] Athenienſes & Lacedæmonii ſemper inter ſe dimicarunt. Apud hos erat Oligarchia, apud illos Democratia. Quaſcunque vrbes Athen. ſubigebant, fecere eas ſibi ſimiles, id eſt, Democraticas. Cõtra Lacedæm. Oligarchicas faciebant, vt & homines ſolent, verbi gratia, medicus vult habere filium medicum. ICtus filium ICtum, &c. Et alia forma ſemper aliam odit, Regius ſtatus libertatem, Democratia regnum.

CAP XII.

ARiſtoteles diſſentit à Platone, qui voluit mixturas Democratiæ & Oligarchiæ eas eſſe, quæ inclinãt ad Oligarchiam. At noſter Philoſophus

phus vult mediam, ditiſſimis & pauperrimis excluſis. Nimis inopem eſſe facit hominem contumelioſū aut maleficum. Alteros qui poſſunt imperare heriliter etiam reiicit: ij enim ſeruile habent imperium.

Sed quæras: quomodo hæc forma media differat ab illa omnium optima Heroica? ℞. ita: Illa libr. 7. propoſita conſtat ex virtutibus mediis & communibus; hæc conſtat ex carentia ſiue negatione vitiorum extremorum. Aliud enim eſt virtutibus præditum eſſe, & aliud carere vitiis. Aliud eſt amicum eſſe, & non inimicum. Aliud ſi dico: Hæc virgo eſt pulchra, & aliud, non eſt deformis: aliud eſt doctum eſſe,& non indoctum eſſe;aliud pauperem eſſe,&non diuitem eſſe. Quęras etiam: Quomodo differat à Platonica? ℞. Plato putat eas, qui inclinant ad diuites, eſſe optimas: ſed mediæ ſunt optimæ,& nimium tribuendum eſt voluptatibus.

Quid ſi non poſſit illa media obtineri? ℞. Eſt & alia forma, vbi oportet aliquid tribuatur extremis, quæ eſt Reſpubl. ex hypotheſi. Oportet autem legiſlatorem operam dari, vt ea pars Reipubl. præualeat, quæ vult Rempubl. ſaluam manere. Nam præſtat aliquam Rempubl. habere, quam nullam, verbi gratia: Ordo mechanicus non vult aliam Reipubl. formam. At ſunt quidam nouitatis auidi, qui mutationem optant, his non eſt adſtipulandum.

Διὸ τοῦτο.] Quod ſi altera pars valde ſuperat alteram, neceſſe eſt vt aliquid indulgeamus maiori parti. Man muß auff beyden Achſeln tragen. Dices:

plebs

Digitized by Google

plebs ſemper ſuperat diuites. Reſpond. Hæc res non eſt numeranda, ſed ponderanda. Nam diuites ſæpe multos habere poſſunt ex pauperibus, qui ſunt illorum clientes, vt ciuili potentia ſuperent. In rebus phyſicis, non quæuis forma in quãuis materiam introducitur. In literarum ſtudiis hic aptus eſt vt euadat in ICtum, Medicum, Poetam. Hinc naturæ dandum eſt aliquid.

Ἐὰν μὲν τῶν.] prima ſpecies Democráticæ eſt ex Agricolis. Intelligit autem Agricolas non famelicos, qui ſeruiunt nobilibus, ſed eos, qui proprios habent agros Hi non ex fiſco (vt opifices volunt) ſed ex ſuis agris viuunt. Qui quamuis non ſint ditiſſimi, habent tamen tolerabilem victum.

Ἐὰν δὲ τῶν.] Secunda ſpecies Democrat- quæ eſt ex opificibus. Hæc tamen potius Ochlocratia dici debet.

ὑπὸ τῶν εὐπόρων.] Species Oligarchiæ. Prout n. diuitiæ ſuperant magis vel minus, ita oriuntur ſpecies diuerſæ Oligarchiæ.

προσλαμβάνειν τοὺς μέσους.] Si tibi Democratia vel Oligarchia ſit facienda, des operam vt perpetuam curam habeas mediocrium, extremos vtroſque non adeo reſpicias. Quando medium vtrinque extremum ſuperat, res eſt facilis, nec vllum eſt periculum, ſed firma eſt Reſpub. Nam extremi ſi vellent ſuperare medios, deberent coniungi, quod fieri non poteſt. Summum enim odium eſt inter virtutem & vitium, lucem & tenebras, diuites & pauperes. Diuites contemnunt pauperes, pauperes inuident diuitibus & inſidiantur.

OB-

OBIECTIO. Sed videtur illa Reſp. Optima, quæ communicatur cum omnibus. Nam videtur hoc modo ſatiari illa imperandi cupiditas, qua nihil dulcius eſt. Reſp. Diuites nunquam pauperibus parebunt, & contra. Nam forma Reip. ſubinde mutabitur, prout vel diuites vel pauperes Remp. tenent. Illorum autem quæ extremè extrema ſunt, non habetur nec debet haberi ratio.

Mediis fidem habemus, quemadmodum litigantes arbitrum, qui nihil aliud eſt, quā medius, eligunt, id eſt, qui neq; huic neq; alteri parti ſit nimis amicus, vel inimicus. Vnde δικαστὴς q. διχαστὴς à δίχα mediator dicitur.

Διαμαρτάνουσι.] Iam reprehendit ſecundo Platonis errata. 1. Quod nimis multū tribuit diuitibus. 2. Quod populo imponit, melle os ſublinit, & vires eius frāgit. Hæc vocat σοφίσματα πολιτικὰ, qa populus putat ad ſuam vtilitatem eſſe introducta, cum reuera diuitum opes adaugeantur. Hoc Ariſtoteles improbat & dicit, talia demum conſilia palleſcere. die Bauren merckens / merckts Peter nicht / ſo merckts doch der Hanß / da er gefragt war / weß der Fiſchdeich were / hat er geantwortet / der Deich iſt wol der Gemein / aber die Fiſch ſeind meiner Herren. Et deinde fit, vt populus magiſtratum maiori odio proſequatur.

ἐκ τῶν ψευδῶν.] Exinde enim naſcuntur ſeditiones ſi diuites ita fouentur. Quid Rempub. Romanam euertit? Opes Cæſaris, Pompei, Craſſi, & hi vniuerſa bona populi Romani habere voluerunt.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIII.

IAM adfert quinque Sophiſmata, quibus Oligarchici vtuntur ad circumueniendum populum, quorum tria ſunt ciuilia, duo bellica. 1. pertinet ad deliberationes. 2. ad Magiſtratum. 3. ad iudicia. 4. ad inſtructa armorum. 5. ad exercitium Gymnaſt.

In deliberationibus licet eſſe in concionibus omnibus, ſed diuitibus non licet abeſſe abſque pœna, pauperibus licet, adeo vt ſi pauperes non veniant, duites omnia ſuis ſuffragiis poſſint obtinere. 2. In magiſtratibus diuitibus non licet recuſare magiſtratum propter occupationes, pauperibus licet, ſed eo modo magiſtratus recidunt ad diuites. 3. In iudiciis καὶ περὶ τὰ δικαστήρια imponitur maxma multa diuitibus: niſi adſint, qui nomina ſua profeſſi ſunt, ideo fit vt multi nomina ſua non profiteantur, ne auocentur à re familiari. Nam qui nomen non ſunt profeſſi, in eos pœna non eſt conſtituta. 4. De Armis habentur ibi: Τὸν ὅπλων δὲ. Diuites debent eſſe inſtructi graui armatura, pauperes ſubleuantut hac re, ne facile quid poſſint mouere, ſed in Germania vſitatum eſt, vt etiam pacis tempore incedamus. Es meinet ein jeder er müß ſein Schwinge an der Seite haben. Quod Græci non fecerunt. Ideoque ad noſtra tempora hæc lex non ſpectat. Idem etiam eſt in pædia militari. In Democratia contrarium obſeruatur in qualibet Reip. parte, ibi: ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις. ſed hæc improbat Ariſtoteles, quia fiunt in pernitiem aliorum & priuatæ vtiliatis gratia.

Arcana Reipub. differunt à ſophiſmatibus, & diligenter

diligenter ſunt diſtinguenda. Arcanum Auguſti erat, quod neminem vltra quinquennium paſſus fuerit eſſe proconſulem, ne plane homines aſueſcerent imperare, ſed vt iterum parere. Hæc arcana non fiunt ob propriam ſiue priuatam vtilitatem, ſed propter publicam. Illud Auguſti non fuit ſophiſma. Deſtinguenda igitur ſunt ſophiſmata ab arcanis; quod multi tamen non faciunt. Hoc non eſt ſophiſma medicum, quando medicus pueris abſinthia dare conatur, prius oras circa poculum melle contingit, vt puerorum labra ludificentur. Interea enim præputant ſuccum abſinthii, deceptiq; non capiuntur, ſed potus tali facto recreati conualeſcunt Luc. libr. 1. nat. rer.

Τοῦ τιμήματος.] de diuitiarum modo agit. Si q̃ras: quantum cenſus medii debent habere? Non põt certe quid dici: Quia diuitiæ creſcuut ſemper pro varietate temporis. Ante aliquot annos illi fuiſſent forte ditiſſimi, qui iam æſtimantur pauperes, Nach dem nunmehr die Silber Gruben geöffnet. Hodie etiam omnia ſunt cariora, quia etiam maior eſt copia pecuniæ, quam olim. Olim ſi quis 2000. fl. poſidebat erat dictiſſimus. Eraſmus vocatus à ſenatu Baſil. lautiſſimum ſtipendium conſtituebat doctorib. 40. fl. Magiſtris. 16. fl. quod tum temporibus magnum erat. Dii boni, ſi nunc hac pecunia ſe profeſſiores ſuſtentare deberent, wie müſten ſie ſo ſchmale Bießlein eſſen / jetzt kans einer jhm Schlafftrunck verthun.

ἐθέλουσι γάρ.] Non facile pauperes tumultuabuntur ſiue ringentur, etiamſi excludantur. Magis enim appetunt diuitias, quam honores. Et quamuis

uis interdum expetant, attamen non tam auidè expetunt. Regula prudentiæ hæc eſt: Si non poſſumus, quod volumus, velimus id, quod poſſumus. Ariſtoteles igitur hanc regulam ſequitur. Non enim poſſumus habere Rempublicam optimam ex virtutibus, ſiue heroicis, ſiue communibus conſtantem. Ergo eligamus Rempubl. quæ conſtat ex non vitiis. Sed quid ſi dandum ſit aliquid naturæ, id eſt, ſi multi ſint proſpera fortuna præditi, aut admodum multi pauperes, tum oportet, vt ait Ariſtoteles, neceſſitati parere, ſed interea tamen, dum extremis inſeruimus, danda eſt opera mediis, vt eā nunquam negligamus. Et omnium optimum eſſet, ſi illi medii extremos multitudine vincerent, aut ſaltem alteram partem.

Sed verendum, ne extremi ſe coniungant, & medios opprimant. Reſpond. Nunquam pauperes & diuites ſe conſociarunt, eſt odium inter illos naturale.

Sequitur iam alius modus. Quid ſi populus ſit militaris? Tunc enim ſi negligatur, bella mouebit, & alias etiam militares homines poſt partam victoriam ſuperbire ſolent, neque facile parent. Oportet certe & horum habere rationem, niſi velimus, vt armis ij Rempublicam occupent. Quid igitur tunc faciendum? Parendum eſt naturali, ſed quantum etiam fieri poteſt admiſcenda prudentia, id eſt, faciendus cenſus, vt qui Rempubl. adminiſtrare volunt, cenſum ſecum afferant. Hoc ſi feceris, Rempubl. calones, caculæ & viles homunculi, famelici & ieiuni euitabunt.

ἱππικῆ ἐξ ἀρχῆς.] In quibuſdam Rebuſpub. olim ſaltem habebatur ratio equitatus: Quia antequā fuit diſciplina militaris cognita, equitatu conſtabat militia. Quia 1. nō poterant aciē inſtituere peditum. Nam ſi peditatus non ſit recte diſpoſitus, faciliime frangitur acies, ſed equitatus non indiget tanta diſpoſitione. Exinde aūt veteres vtebantur equitibus. Macedones olim laudem in peditatu obtinuerūt, & hodie noſtri Heluetii. Noſtro tempore memorabile quiddam Heluetius fecit. Ille enim videns penes hoſtem victoriam fore, cohortatus eſt paucos ſuos conterraneos, vt condenſatis hoſtiles equites aggrederentur haſtis, & magno impetu in eos irruerent, & ita victoriam obtinuerunt. Ratio inſtruendæ aciei eſt inſtar formæ, non inſtar materiæ. Formalia autem tenere longe maioris eſt ingenii & prudentiæ quam quæ ad materiā pertinet. Hinc Plinius Iunior ait in epiſtolis: Etiam Barbaros poſſe ſatis eleganter inuenire: ſed diſponere apte & figurate orationē neſcire, quia hoc non niſi eruditorum eſt. Poëta quidam dixit, ſe bene quidem poſſe inuenire, ſed nō ꝓferre. Er könne es im carmine nicht vorgeben/ credo, es mangelt mir auch daran. Hæc eſt iudicii, noſtri concionatores centones hodie faciunt.

Hic diſſentiunt viri docti: Lipſius putat plus valere peditatum, quam equitatum, ſed huic aduerſantur nonnulli viri doctiſſimi, qui pro equitatu afferunt exempla tum ex hiſtoria Romana, tum ex Turcica. At meo iudicio hæ tam grauium virorum ſententiæ facile conciliari poſſunt hoc modo; dicamus igitur: exemplis quidem poſſe

O conuinci,

conuinci, quod Rom. equitatu valuerint, ſed cum adhuc rudior eſſet diſciplina militaris; florente vero diſciplina præualuit peditatus. Amiſſà diſciplina militari iterum præualuit equitatus. Apud Barbaros perpetuo equitatus præualet, ſed apud cultiores gentes, qui magis re militari ſunt inſtructi peditatus primas tenet.

CAP. XIV.

DIximus initio libr. 3. Ariſtotelem in libr. 3. & 4. abſoluere ea, quæ ſunt eſſentialia, quæ ſunt partim materialia, partim formalia. Hactenus formalia abſoluimus, de ciuibus Reipub. & earum formis, Reſtat igitur materia, id eſt, tres partes Reipub. 1. conſiliaria, quæ habet poteſtatem deliberandi de rebus ad Rempubl. pertinentibus. 2. De Magiſtratibus. 3. de iudiciis.

Ἐςὶ δὲ τρία.] Quemadmodum in arte medica, teſte Galeno, in tribus partibus ſpectatur & diiudicatur homo, qualis ſit temperamenti, nempe in corde, cerebro, epate, vt quicumque ſanum habet cerebrum, ſanum cor, ſanum epar, ille optimæ eſt temperaturæ.

Κύριον δέ ἐςι.] Prima pars conſultat de ſtatu & ſummo bono ciuitatis, de pace, bello, exilio, aut nece ciuium, item publicatione bonorum. In hac requiritur σύνεσις πολιτικὴ, non δικαιοσύνη δικαστική. Hanc rem cum aliquando in controuerſiam vocaret Dominus Obertus Gifanius, egoque repugnarem, dixit tandem: Ego intelligo ICum. qui coniunctus vel alligatus eſt principi, vt videantur quaſi vnum eſſe. Sed ego reſpondi, ſeparatum & ſeuinctũ à principe intelligo. Deliberatiõis ſunt

ſingularis

ſingularis prudentiæ, vtrum hoc vtile, vel inutile ſit Reipub. quod non habetur ex lib. Iuriſ. Non n. hic agitur de iuſto. Neq; hoc eſt iuris publici deliberare, vtrũ hoc vel illud faciendũ ſit? De vtilitate eſt quæſtio, vel de damno: vt non de iure eſt quæſtio, ſi quæritur, an fœdus cum Heluetiis, Argentinenſibus ſit faciendum, vtilitas hic ſpectatur. Hic igitur oportet nouerit conſiliarius, quales ſint homines, cuius ingenii Heluetii, an nocere poſſint, &c. Quod nemo diſcet ex Corpore Iuris, ſed vſu ſibi comparabit. Hinc etiã fit, vt indocti ſæpe optime conſulant, licet iuri non conſtituerint.

ἀναγκαῖον.] Sequuntur 4. modi deliberation. Democr. quando omnes ciues de omnibus ſtatuunt, hoc enim ſignificat ſtatum popularem. Nam in Monarchia, vbi vnus dominatur, vnius eſt voluntas, non deliberatio multorum. 1. Modus eſt, ſi cõueniat vniuerſus populus, quãdo de bello ſcil. & ſummis cauſis agitur. 2. quando ex ſingulis tribubus duo aut plures eliguntur (tanquam flos) qui rem decernt. De reliquis duob. modis videas Ariſtotelem.

Συμφέρει δὲ] Poſtquam Ariſtoteles diſtributione vſus eſt, quam accomodauit ad formas Rerump. in quibus erant illa extrema, cum admodum ruinoſa apparuerint, fulcra quædam præſcribit. Extrema Democra. quia ibi fex populi dominatur, non amplius meretur nomen Democratiæ, ſed Ochlocratia vocatur: ſic extrema Oligarchia non amplius meretur nomen Oligarchiæ, ſed Dynaſtia vocatur, Ochlorcatia eſt infimæ multitudinis

dominatus. 1. Fulcrũ Democr. extremæ huic ita auxiliamur, ſi nobiles vel diuites nihil obtinere ſua paucitate poſſunt, cenſus cõſtituitur, vt nimirum puniantur, ſi ſtatuta deliberandi hora non adſint. Quod quidem fulcrum non ſatis firmum eſt.

2. Fulcrum, minuatur numerus multitudinis, vt non omnes ſed tributim ad deliberationes conueniant, ibi συμφέρει.

3. Fulcrũ, ſi illi ciues è fece hominum longe ſuperant politicos, id eſt, æqui animi homines, qui rem veterem & non recentem, (vbi ſutores, ſalſamentarii, &c. non dominantur) amant: ſi fortaſſis iſti politicos ſuperent, non omnibus danda eſt merces, & ſic non ſemper in forum venient. Hæc ruinoſiſimi ſtatus ſunt fulcra.

οὓς καλοῦσι προβούλους.] Hi præconſultatores ex populo, non ex Oligarch. conſtant prius non cõcludunt. Conſultare enim in vtranque partem ſe conuertit, decreta demum ad rem applicantur per alios, nempe per Magiſtratum, &c. Populus conſultat quidem, ſed non habet ius ſtatuendi. Scaliger in Poet. ait: præſtat decem bonos verſus iugulare, quam malum vnum relinquere. Sic in Republ. præſtat decem ſontes abſoluere, quam vnum innocentem condemnare. Hactenus de prima parte conſultoria.

CAP. XV.

PLutarch. ait: Cenſura eſt ἐπιτελείωσις τῆς πολιτείας, id eſt vltima perfectio optime conſtitutæ Reipub. At vbi hodie illa reperitur? Certene in Academiis quidem, vbi tamen omnia ad virtutem & honeſtatem referri debet.

ἐκ τίνος καὶ ὑπὸ τίνων.] Ariſtoteles ſumma tantũ faſtigia rerum attingit in libris hiſce Architectonicis, vt aliquis hæc in prõptu habeat, & poſtea videat, quid ſit faciendum. Non tanquam panem nobis in os inſerit. Als wann ich dich ſchwimmen lehr/häng ich dir ein Blaſen an/darnach muſt du für dich zablen.

ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο διορίσαι ῥᾴδιον.] Ait Ariſtotel. difficilimum eſſe definitionem Magiſtratus afferre. Cum vero animus hominum etiam in friuolis rebus ſit curioſus, quemadmodum Seneca loquitur, Ariſtoteles definitionem inueſtigat.

Magiſtratus eſt *ἐπιστάτης*, præfectus ciuilis ſocietatis. Hoc eſt genus, qui excludit omnia, quæ ſunt extra genus: Differentia excludit ea, quæ ſunt intra genus: excludit ergo oẽs illos qui non ſunt perfecti ciuilis ſocietatis. Pater reſpectu filii nõ eſt magiſtratus, neq; vir reſpectu vxoris: ſunt .n. hi omnes non partes ciuilis ſocietatis, ſed œconomicæ.

ἱερεῖς.] Sacerdos quidem eſt præfectus hominis, ſed non quatenus ciuis eſt, verum quatenus ad Deum refertur, quatenus cultor diuinæ maieſtatis eſt.

εἶτα δὲ καὶ χορηγοί.] Choragi, qui apud veteres alebant ludiones, etiam erant magiſtri, non autem erant magiſtri ciuium, ſed ludentium.

κήρυκες.] Apud veteres præcones erant, quos nos hodie vocamus die Heroldẽ. Neque illi ſunt magiſtratus, ſiue præfecti ciuium, vel proſtratæ, ſed ſunt miniſtri.

πρεσβευτάς.] Neque legatus eſt Magiſtratus, quia non habet poteſtatem imperandi, eſt tantũmodo vox & lingua eius, qui imperium mittit.

γυναικονόμος.] Mulierum curator. Iſthæc præfectura non vſurpatur in Germania. Caſtus.n. eſt, inquit Scaliger, orbis Germanorum. Non ſunt Germani ita libidinoſi, vt nationes, quæ calidas regiones inhabitant. Apud veteres fœminæ incedebant velatæ, quia credebant nullam fœminam cum viro abſq; animi corruptione loqui poſſe. Hiſpanus cuidam Germano exprobrauit, quod noſtræ fœminæ non eſſent contectæ, ſi exirent. Retulit ille: id noſtræ abſtinentiæ acceptum referimus. Vos autem Hiſpani libidinem expellere non poteſtis, etiamſi de grauiſſimis negociis deliberetis. Germani ſimul lauant cum mulieribus abſque offenſa, vt Argentinæ.

Μάλιστα ἀρχὰς λεκτέον.] Iam ſequitur differentia conſultare, decernere, imperare. Hæc tria Magiſtratus debet habere. Magiſtratus eſt *ἐπιστάτης* ciuilis ſocietatis, q de aliquib. rebus cōſultandi, iudicādi & imperandi poteſtatē habet. Cęteri quidem etiam, verbigratia, iudex habet poteſtatem iudicandi, alii conſultandi, ſed exequendi non habent. Imperare excludit omnia. Quod autem hic dicitur, *ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν.* Muret. interpretatur, vt populariter, id eſt, craſſiuſcule & pinguiori Mineruа loquar: Jch wils nicht ſo gnauw auß meſſen/ ſondern ich wils bey dem gemeinen Bauren ſchritt bleiben laſſen.

Bodinus lib.3. c. 2. de Rep. exagitat definitionem Ariſtotelicam Magiſtratus, & aliam adfert: Magiſtratus eſt is, qui imperii publici partem habet, Quod dicit PVBLICI, eò excludit Imperium herile, domeſticum, ſed ſtulte. Hoc enim per ſe patet.

patet. In politicis definitiones politice eſſe accipiendas, non œconomice, vt & hæc Ariſtotelica. Semper videnda ſunt in omnibus antecedentia, conſequentia, & ſic ſalua res erit.

Noſtro tempore ſæpiſſime dicta excerpuntur ex patribus, quæ à Theologis allegantur, ſi ad fontes ipſos peruenimus, videmus, eſſe mutila, ſuiſque probationibus incommode accommodata. Verba ſunt auellenda à textu. Non oportet verba explicare in eo ſenſu, quem faciunt, ſed in eo ſenſu, in quo fiunt, i.e. κατὰ τὸ πρᾶγμα, vt Ammo. loquitur, ſiue pro re ſubiecta, Mann muß wiſſen von wem man redet. Quod vero dicit Bodinus; partem habet, ex Ariſtotelis eſt definitione, cum dicit de aliquibus rebus. Ergo Bodiniana definitio recidit in eãdem Ariſtotelis, niſi quod illa addit aliquid vitioſi. Ineptiſſimum ſane eſt, Ariſtotelem velle reprehendere in definitionibus & diuiſionibus. Er iſt ein Meiſter darauff geweſen. In alijs quidem reprehendi poteſt, vtpote in metallis, animalibus quibusdam, &c. quæ ipſum latuerunt, ſed in definitionibus non facile reprehendi poteſt.

Goueanus aliter definit Magiſtratum libr. 2. De Iurisdict. Eſt poteſtas populi Rom. ordinaria. Sed Goueanus, alioqui vir acutiſſimus, hoc in loco eo vitio laborat, quo omnes ICti, qui omnia ad ius Rom. trahere & reſtringere conantur, adeoque etiam omnia ex inſtituto Rom Imperii definiunt, verbi gratia, ante Romulum nulli fuerunt Magiſtratus, vt omnia debemus contrahere ac reſtringere ad ius Rom. ſeu ad ſtructuram Reip.

Romanæ. Sed Philoſophia Architectonica per omnia vagatur, nec aſtringitur ad magiſtratum certum. Philoſophus enim τὸ καθόλου inquirit. ICti. omnia ad Rempubl. Rom. tantum referunt. Si quæro, quid ſit magiſtratus, non debeo definitionem Magiſtratus reſtringere ad Magiſtratū Altorphinum, Auff die Bechen zu Altorff. Magiſtratus autem inprimis definitur per τὸ imperare. Imperare enim eſt præcipua nota, maxime propria & ſignum παθογνωμικὸν magiſtratus: Reliqua duo, nempe conſultare & decernere, ſunt communia etiam cum aliis. Competunt quidem hæc duo omni, ſed non ſoli Magiſtratui, & eſt ſignum Magiſtratus παθογνωμικὸν, quod patet 1. ex vocabulo ἀρχὴ quod dictum eſt παρὰ τῷ ἄρχειν, id eſt, ab imperando. 2. Vt ſe habet lex, ita ſe habet etiam Magiſtratus. Magiſtratus enim eſt lex viua, & lex eſt magiſtratus mortuus, vt ita dicam. In hoc ſolum differunt, quod lex vniuerſis, magiſtratus vero ſingulis imperet. At legis eſt imperare (libr. 7, de leg.' quod legis imperium conſiſtit in iubendo, vetando & permittendo Ad magiſtratus imperium ſpectat vocatio, Wañ man einen für ſich läſt fordern /: præhenſio, Wañ man einen in die ſcharpffe Metze läſt legen / Quæſtio, Wann man einen läſt an die Folder ſchlagen.

3. Apud Latinos auctores inter ſe apponuntur, eſſe hominem priuatum, kein Ampt haben, & eſſe cum imperio. Ergo & ipſi Rom. tacite agnorunt, quod propria nota & character Magiſtratus ſit eſſe cum Imperio. Alii aſſumunt accidentalia ad definitionē. Magiſtr. non niſi auſpicato, apud A-

then

then. non niſi in templo Theſei, qui fuit legislator Athenienſium creabantur. Sic hodie interdum Epiſcopi in certo quodam loco inaugurantur. Ariſtoteles in definiendo Magiſtrat. ſequitur conſuetudinem ſuam definiendi à notioribus. vocat ἐπιστάτην quendam ciuilis ſocietatis, poſtea conſtringit paulatim, vt ſupra diximus. Sacerdos eſt quidem præfectus hominum, ſed non quatenus ſunt pars ſocietatis Politicę, ſed quatenus ſunt θεωρητικοὶ τῶν θείων. Oportet autem conſiderentur ciues, vt ciues ſunt, & vt ad Rempubl. tanquam partes referuntur. Ita etiam. legati non ſunt Magiſtratus, vt & nec præcones. Ille enim eſt tantum vox eius, à quo miſſus, organon potius eſt, nō præfectus. Hoc enim vocabulo cauſa princeps notatur. Sed in legato eſt miniſtra potius. Sed videntur etiam præfecti conſilii & iudiciorum hac definitione contineri. Sed notas habere tres, nimirum conſultare, iudicare, imperare. 1. non excludit niſi qui ſunt menſores frumenti. Conſultare eſt rem in vtramque partem examinare, & quod poſtea melius & vtilius viſum fuerit, ſtatuere. Magiſtratus verſatur in præſentibus; Conſiliarius in futuris, Iudex in præteritis, vt tria illa genera apud Rhet. Poteſt fieri, vt vnus idemque tres haſce partes ſuſtineat, vt ſcilicet vnus idemque ſit Magiſtratus (Imperator) & ſimul iudex & conſultator. Etiamſi enim coincidant hæc munera in vnam perſonam, non tamen faciunt ea, quæ vnius ſunt. Fieri poteſt vt aliquis ſit Magiſtratus, non tamen imperet vt Magiſtratus. ver. gr. ædilis ſeu curator Viarum. Baw Meiſter / qui gerit ma-

giſtrat. imperat, Mann ſoll diß oder das bawen. Hic imperat in iis tantum, quæ ad architectonicam faciunt, non tamen imperat iis, quatenus ſunt ciues, ſed quatenus fabri, neque ipſe imperat vt magiſtratus, ſed vt peritus, vel vt aliquis Victruuius. Sin autem hoc modo imperet, vt niſi diligenter laborent, in carcerem ſint detrudendi, imperat tanquam magiſtratus. Summa: Magiſtratus coniungitur cum conſiliario, cum iudice, ita etiam magiſtratus coniungi poteſt cum aliquo ædificio: Sed diſtinguendum eſt, qua ratione imperet, an vt ciuibus, an vt artificibus. Imperare igitur intellige de ciuibus in definitione magiſtratus.

At dices; melius definiri poſſe magiſtratum per iurisdictionem? Poteſt fieri, vt iurisdictio & imperium coniuncta quidem ſint in vna Republ. v. grat. Rom. (magiſtratus enim omnis habebat iuriſdictionem Romæ) hîc enim non diſtincta ſunt ex inſtitutis Reipub. Ergo in Republ. Rom: tantum pôt per vtrumq; definiri. Nõ tamen eſt vera definitio, quia ſe ad vnius tantum Reipubl. formam refert.

Dicas vlterius: Si ius dicere in omni repub. vbique gentium eſt perpetuum & coniunctũ cum imperio magiſtratus, vtrum debet aſſumi in definitione magiſtratus? Si iurisdictio & impare idẽ ſignificat, fruſtra contendimus, & eſſe videtur tantum de verbis his & logomachia quædam: niſi dicas idem quidem hæc duo ſignificare, ſed alterum, nempe ꝙ imperare, eſſe euidentius, notius & magis oculos feriens, quam ius dicere: tunc enim rectius aſſumitur imperare, cum definitio fiat

fiat propter ἐνέργειαν, cognitionem; Definitio enim adhibetur notitiæ cauſa.

Si vero diuerſa ſignificat aut alterum erit antecedens, alterum conſequens, vt ius dicere vel præcedat imperare, vel imperare præcedat ius dicere. Sed reuera puto imperare eſſe omnium poſtremum: eſt enim hoc complementum, exſequitur quod decretum eſt. Per hoc quod etiam rectius definitur.

ICti omnia hodie contrahunt ad rempub. Roman. ideoque de ſcientiæ gradu Iurisprudentia decidit. Auerroes dicit de medicina: decidit de gradu & dignitate ſcientiæ, quia non conſiderat ἐγκαθόλου ſeu totum ambitum, ſed contrahit ad vnam ſpeciem animalis. Medicus enim conſiderat tantummodo vſum cordis, capitis, epatis in homine, non in reliquis animantibus. Ein Medicus beſicht nicht den Hunden vnd Katzen das Waſſer / er greifft auch nicht den Kůen den Pulß. Ita etiam Iurisprudentia decidit, quia non tantum ambitum iuris conſiderat, ſed etiam Romani. Secus vero in Politia, ibi enim conſiderantur omnia genera Ariſtocratiarum, regnorum. Imperare igitur eſt perfectio & complemẽtum & conſequens. Nam vnius rei plures poſſunt eſſe proprietates, vt ver. grat. homo eſt admirator, & quod ſequitur, eſt cauſarum inueſtigator. 2. poteſt ridere, poteſt doceri. Iam igitur, ſi velis definire à proprietatibus, ab vltima debes definire. Nam ſi vltimum dicis etiam prius dicis. Definitio igitur per plurimá, quia concludit admirationem. Si hominem definiam à rationalitate, definitio eſt a priori. A poſterio-

ſteriori: ſi dicam hominem eſſe admiratorem, & per conſequens etiam Philoſophum ſeu indagatorem cauſarum. Cæterum quidam ita diſtinguunt definitionem ICtor. eſſe bonam iuridice, quando hodie ad Rempub.Rom. ſpectat: Philoſophorũ verã eſſe philoſophice, id eſt, quat. Philoſophus ambitum iuris cõſiderat. Sed hæc diſtinctio admitti non poteſt Quando ſcientiæ ſunt diuerſæ, tum licet dicere: aliter & aliter hæc ſcientia conſiderat. Sed Iurisprudentia eſt pars politices, ſed non ſumma & princeps. Quando igitur eſt pars politices non poſſumus dicere: Philoſophia aliter & aliter ICtm. conſiderare. Non ſunt duo diuerſa Iuriſpr. & Polit. ſed in vna ſunt ſcientia. Hæc alia pars, & illa. Pars illa de anima (quæ animalia vt vocant tractat) eſt pars phyſices, neque illa res aliter conſiderat quam tota phyſica, ſed Mathematice aliter quam phyſice. Medicina eſt diuerſa ſcientia à phyſica; igitur eſt & alius modus conſiderandi in illis. Vt Phyſicus inquit: Mare eſt humidum: Medicus vero mare eſt ſiccum, id eſt, ſiccans corpus vid. humanum. Sed Iuriſp.&Polit.non ſunt diuerſæ ſcientiæ, ſed, vt modo dictum; Iuriſpr. eſt pars Politiæ. ergo idem modus eſt definiendi in vtraque. Non itaque poteſt admitti illa diſtinctio definitionem: illam eſſe veram iuridice, hanc noſtram phyſice.

Ἀλλὰ ταῦτα διαφέρει] Pleræq; controuerſiæ, inquit Valeſius, tandem incidunt in quæſtionem. Quid nominis Als wie zwen Schweitzer haben lang mit einander gezanckt/ vnd ſich endlich gar gerauſſt/ das ſie einerley Wappen führeten/ als wenn es der eine

nicht

nicht mit recht hatte. Arbiter tandem conſtitutus, quærebat ex vno, Was haſt du für ein Wappen? reſpon. Ein Oſchen Kopff/alter reſpon. Ein Kühe-kopff/Ey ja / ſagt der ander / ſo bin ich zu frieden / Et ſic lis dirempta. Galenus, vt doceat in arte ſæpe eſſe inanes illas diſputationes de definitionibus, ſemper etiã diſtinguit inter propoſitionem logicam, λόγȣ ἕνεκα ſuſceptam, & realem. Vult igitur hic Ariſtoteles dicere. Etiamſi nos diu fatigemus in vocabulis iſtis, erunt definitiones Logicæ, quæ ad rem nihil conferunt. Erat tempore Galeni modus definiendi (φιλοερισία.) à Stoicis ortus, ita vt olera ementes etiam definirent. Poſſumus ſcire quid ſit aurum, lignum, lapis, neſciam licet definitionem auri, cereuiſiæ, vini, &c. Neque ſemper opus eſt in artibus rem definire. Ita etiam hic in magiſtratu. Idem ille modus definiendi redit apud noſtros iuuenes. Sæpe neceſſaria ignoramus, quia non neceſſaria didicimus, idque Galenus eleganter oſtendit exemplo duorum adoleſcentum, quorum alter multum temporis & operæ poſſuit in variis pulſus definitionibus conquirendis, iiſque ἄνω καὶ κάτω ventilandis: alter in iis potius explorandis & ſignificationibus vel diagnoſticis vel prognoſticis accurate cognoſcendis. Ille vtilia didicerat, ſed non neceſſaria.

Dices: An non à definitionibus omnia pendẽt tanquam à fundamentis? Reſpond. In ſcientiis hoc obtinet, vbi omnia a definitionibus (ab axiomatibus) pendent, non in artibus, quæ ad vſum ſpectant. Nã ſcientiæ ſunt circulus in ſeipſum rediens. In Phyſicis oportet naturę animæ definitio

ſit

ſit accurata, in quibus omnia fundantur poſtea. Secus in artibus; practici habitus ſunt diuerſi à dianoeticis.

ἔχει δὲ τὴν ἄλλην.] Præſtat, inquit Ariſtoteles, iſta quæſtio: Quot & quales ſint magiſtratus neceſſarii. Primum autem diſtinctio adhibenda eſt inter magiſtratus neceſſarios, & eos, qui non ſunt neceſſarii, ſed vtiles, vt poſſumus coniungere vtiles cum neceſſariis, ſi res poſtulet, vt vnus ſcilicet primarius gerat hunc magiſtratum neceſſarium, per conſequēs vtilē magiſtratū. Vt in Academia ſunt quidam neceſſarii profeſores, vt ICti, Medici: quidam, vtiles, vt profeſſor Muſices, Metaphyſic. politicor. profeſſor publicus Alphabeti, wie ſich jener ſchrieb.

Poteſt tamen vnus profeſſor duas profeſſiones ſuſtinere, & is eſt obeliſcolychnion. In paruis vrbibus oportet etiam magiſtratum coniungere, vt vnus ſit ſimul Stadtſchreiber/ Gerichtſchreiber. Vt inſtrumentum vnum obeliſcolychnion pluribus vſibus in militia ſeruit, nam & verunculi vſum præſtat, & candelabri. Ita etiam in Repub. parua ſunt obeliſcolychniō, in magnis autem vrbibus ſunt diſtincta. Magiſtratus enim eſt honor, ciues autem nolunt honorari, perinde nolūt vnum obire duo munia, nolunt eſſe perpetuos magiſtratus. In einem Handtwerck darff einer nicht mehr als eines treiben.

Altera diſtinctio eſt ratione loci. Nam magiſtratus olim ſedebant in loco publico, vbi officio fungebantur, itaque vnus geminum officium obire poterat. Ariſtoteles ait, non eſt abſurdum, quin

in

in diuerſis Rebuſpubl. ſint iidem magiſtratus, ſed in hoc differunt, quod in quibuſdam habent amplam poteſtatem, in quibuſdam contractam.

παιδονόμος δὲ καὶ γυναικονόμος.] Hic mentionem facit modeſtiæ puerorum & fœminarum. Cenſura hæc non eſt niſi in optimis Rebuſpubl. vt in Ariſtocratia. In Oligarchiis. n. ſunt laſciuæ, delicatæ, in nulla cenſura. In Democratia ſunt pauperes.

Victorius ait: vix poteſt fœmina aperte loqui, quę vitat adulterium, vide Ariſtotelem fin. cap.

CAP. XVI. ET XVII.

AGunt de creatione Magiſtratus. Quæ autem huc ſpectant late à ICtis. explicantur.

Finis libri quarti.

POLITIC. ARISTOTELIS LIBER V.

HIc liber plenus eſt Hiſtoriis, quæ tamen magna ex parte ignorantur ob librorum interitum.

Ariſtoteles in Rhetor. dicit: Politico neceſſariã eſſe hiſtoriarum cognitionem, & cõtra hiſtorico neceſſariam eſſe cognitionem politices. Dionyſ. Halicar. aſſerit, in hiſtoriis cauſæ motuum, ſeditionum, bellorum, ſunt diſperſim expoſitæ. Hiſtoriæ theoremata & præcepta politica vera eſſe euincunt. Sic & in medicina vſus pepe-

peperit artem medicam, & ipſa ars medica indiget vſu atque exemplis, quibus regulæ illæ medicæ confirmantur.

Vniuerſalia fidem inueniunt in ſuis particularibus exemplis. Hactenus habuimus varia membra & partes Reipub, in arte Medica diceretur: Habuimus temperamenta, formas & partes principes corporis. Hæc autem omnia non cognoſcuntur cognitionis cauſa, ſed referuntur ad aliquem finem; vſum ſc. Scientiæ Theoreticæ, ſunt inſtar circuli, quia in ſemetipſas redeunt.

Practicæ vero ſunt tanquam linea recta, vbi principium & finis diſtincta ſunt. Medicus Anatomiam non diſcit, vt ſciat, ſed propter cognitionem membrorum, quibus quæque pars obnoxia ſit. Eadem ratione in Repub cognoſcuntur hæ partes, vt poſſimus mederi morbis Rerump, quib. vel omnino pereunt vel mutantur. Idque eſt, quod iam in lib. 5. tractat, nempe de variis cauſis ſeditionum, mutationum & interitus.

Cauſas autem morborum exponit 1. in genere; ſecũdo in ſpecie accommodat ad formam quamlibet. Sed & hic coniuncta παθολογικῇ cum θεραπευτικῇ natura ſemper remedia affert & auxilia, quibus fulcris vnaquæque poſſit muniri ab interitu. Ad extremum de ſententia Platonis agit, an ſint certæ periodi & fatales Regnorum & rerumpubl. an ſcilicet Reſp. etiam ſenectute pereant? Hominum quidem & reliquarũ rerum à natura conditarum certæ ſunt periodi. Hominis quidem plerumque 80. annorum. Etſi Æuſculapius ipſe præſit valetudini hominis alicuius, tandem tamen

men deficiente calore natiuo interit. Quemadmodum candela oleo deficiente extinguitur. Alias dicitur mors naturalis, quæ certe paucis contingit, ſed maxima pars hominum violenti modo tollũtur, nempe Apoplexia, febri maligna, aliiſq; morbis, &c. Sed aliud eſt in Rebuſpub. quæ ſunt inſtituta humana. Et quam diu manẽt inſtituta & ſunt firmiter compacta, durant etiam Reſpubl.

Non habent certam periodum, non ſeneſcunt quẽadmod. homines. Sed hæc, quæ de fatalib. periodis ex Platonis ſententia in extremo libro afferuntur, valde ſunt obſcura,

CAP. I.

HOc capite Ariſt. tantum ſumma rerũ faſtigia attingit, & paucos fontes cauſarum ſeditiõnum, motuum, &c. aperit, & nondum ad particularia deſcendit. Quemadmodum Hippoc. inquit: omnis morbus naſcitur vel à repletione, vel ab inanitione. Sed hoc eſt fontes tantum oſtendere Et Philoſophi aiunt: morbi alii ſunt humani, alii diuini, id eſt, alii naſcuntur à victu, alii ab aere. Victus autem non dependet a voluntate, aere non item. In republ. morbi maxima ex parte oriuntur ab iniuſta perſuaſione, da den Leuten im Kopff ligt/ es geſchehe jhnen nicht recht/ quæ eſt prima & ſumma cauſa.

Nam plebei putant ſe pares eſſe aliis, qui liberi ſint nati. Quia aliqua parte ſunt æquales, putant ſe omnino æquales eſſe, & cõdignos omnibus rebus aliis, propterea & turbas dant. Et contra diuites, nobiles, &c. quia inæquales ſunt aliqua in re cæteris, putant ſe omnino eſſe inæquales, & propterea ſibi omnia deberi, & cæteris nihil.

ἔχουσι γὰρ ἐν.] Ius diſtributiuum ſpectat ꝙ cuiq; ſit tribuendum, inde reſpicit dignitatem in currēdo, quo quis celerior eo magis accipit præmium, licet non ſit diues. Hinc etiam viris bonis & peritis commitenda ſunt gubernacula reipub. vt cythara, tibia, gladius, &c. Illis debetur, qui iis vti poſſunt

οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες.] Diuites propter diuitias contendunt de gubernaculo ciuitatis, pauperes propter libertatem. At iuſte poſſent contendere viri boni, quia plus habent, virtutem nimirum, & tamen non contendunt, quia viri boni ſunt. Et Plato inquit: Viri boni ſæpe vix poſſunt cogi ad Rempub. propter fluctus. Cic. ad Att. ego iam reſpicio ad hanc familiam, quæ me reprehendit, quod non iampridē quieuerim. Hoc fortaſſe pōt mouere virum bonum ad ſuſcipiendam gubernationem Reipubl. nempe ſi ipſi hoc non facerent, fore vt Reſp. in manus peiorū ſit peruentura, & ita ipſis quoque, ꝗa in eadē verſantur naui, ſit pereundem. Multi hodie conquerūtur, quod non habebāt ampla ſtipendia: Es ſeind elende Tropffen/ nihil didicerunt, hinc illa ſuſpirica, darnach wenn ſie kommen/ vnd wöllen einen gelehrten Man anſprechen/ ſo hört mann nichts als mum/mum/mum/&c. Viaticum.

εἰσὶ δέ τινες.] Eſt aliud genus, cui probabilius debentur, & illi habēt diuitias, & præterea etiā virtutem. Primo maiorum ſuorum, ſecundo probabiliter ſuam. Quia probabile eſt, ex bonis bonos naſci.

ἄρχαι μὲν ἐν.] Modi conuerſionum & mutationū

Rei-

Reipubl. Primo quando tota Reipub. forma mutatur, ex Democrat. fit Oligarch. ſecundo: Quãdo forma Reipub. non tota ſeu ſimpliciter mutatur, ſed aliquo modo, ſeu aliquatenus, & hoc fit tripliciter. Primo ſi rectores ipſi Reipub. mutentur, permanente forma ſalua, quædam nota ſunt exempla ex hiſtoria Gallica. Interdũ rex interfectus eſt, propinquus regnum occupauit, eadem tamen forma manſit. Eadem eſt nauis, ſed rector nauis mutatur. Quando forma manet quidem, ſed tamen intenditur aut remittitur, id eſt, magis aſtringitur aut relaxatur, verbi gratia, in hac Repub. Oligarch. ſunt viginti viri, qui gubernant, conſtituuntur quinquaginta. 3. Cum nous aliquis magiſtratus introducitur, aut vetus aliquis abrogatur, vt Romani habent eingeſlickt tribunum plebis. Theopompus Spartæ Ephoros creauit, ſed hic vltimus modus plerumque ad mutationem ſimpliciter paulatim ſerpit. Hoc peccatũ eſt περὶ τὸ μικρόν. Ita decipiuntur in Repub. paruis initiis, cum trib. pleb. introducerentur Romæ, initio videbatur res parua, ſed paulatim & latenter in Democr. Reſpub. eſt conuerſa. Sic in ꝓdigis bey Studenten. Hodie talerus, cras iterum, & ſic deinceps. Ey was wolt mir ein Daler ſchaden / ſprechen ſie? aber zuletzt kompt viel zuſammen. Fluuius initio paruus eſt, daß einer leicht kan durch waden/ſed accurrunt alii riuuli, poſtea demum fit nauigabilis.

Iſtæ duæ ſunt vitioſæ) Probat vitioſas eſſe ex euentu, quia non diu durant. Ratio, quia ab initio ſunt male compactæ. Nam vt captãtur ini-

tia, ita fines ſequun tur, ait Cic. ad Attic. Error principii in fine eſt maximus. Mann geht gar zu weit vmb. Hinc principium quia tantum in rebus, poteſt à Philoſophis comparari ſemini, quod initio quidem exiguum eſt, ſed excreſcit poſtea in arborem.

Ἀσφαλεστέρα ἡ δημοκρατία.] Democratia eſt melior & diuturnior quam Oligarchia. Quia aliquanto propius accedit ad illam mediam Remp. quæ ſane optime eſt compacta.

2. Democr. non niſi ab Oligarchicis hominibus, Oligarch. vero & à populo, & à ſemetipſa mutatur ac deſtruitur.

In Democratiis nihil refert, wenn ſich Hanß vnd Peter miteinander ſchlagen/ ſtatim recōciliantur. Secus in Oligarchia; Oligarchici enim ſi rixantur, facile euertunt Rempub. Exemplo ſit Cæſar & Pompeius, de quibus Cicero dicit: Stabo in littore ſecutus, & illorum videbo naufragia. Eodem modo Papa quidam ex Capitolio proſpiciēs vidit aliquot monachos die Capuziner/ per plateas in dēſiſſimo frigore currere, dixit: Ey wie werden es die Cartheüſer im Himmel lachen/ qui extra cellam non progrediūtur, ſed in conclaui calefacto deſident, das dieſe arme Teuffel alſo vmb ſonſt herumb gelauffen ſein. Hic Papa vidit illorū miſerias vt Cicero, in littore naufragia Cæſaris & Pompeii. Vana perſuaſio, vt dictum, de inæqualitate maximas motus in Republ. parit, vulgo dicitur: Platonem explicare; Ariſtotelem vero implicare, imo Ariſtoteles potius explicat. Quando res in anguſtum nimis contrahitur, conſulitur memoriæ, ſed non intel-

intelligentiæ. Intelligentia.n.vult rem inuolutam inuolui; nec tamen etiam nimis multæ diuiſiones & capita rerum afferenda ſunt, ne officiamus memoriæ, nec nimis etiam pauca, ne officiatur intelligentiæ. Mos eſt Ariſtot. vnamquamq; rē ὑπ' ὄψιν tradere primo, poſtea διαῤῥήτως ἀναγράφειν, vt hodie pictores. Primò.n. effigiem carbonib. ſolent delineare, poſtea addunt colores. Fictores etiam habent primo ſtatuam hominem repræſentantem, poſtea demum polimen adhibent.

Ἀρχή.] Polybius diſtinguit inter principia & initia. Primo ſunt Ἀρχαὶ efficientes, mouentes, impellētes, nō illa acerbitas animorū ſiue offenſio & odium inteſtinū. 2. Efficientes remotæ, quas vocant principia. Vt ſi latenter & pedetētim aliquid in Repub. mutatur, vt poſt centum annos demum ſentiatur, quid incommodi afferat principium omne efficiens. Occaſio etiam poteſt dici ἀρχή. In ſimultatib. primo leuiter diſſentimus, poſtea aliquando conuenimus, & ita erumpit. Cic. de Vatinio ait: Diu incluſum erat odium me neſciente. De Democratia demum, omnes doloris habenas laxante, vide Muret. 1. Ethicorum. Sic ignis ſepultus vento motus proſilit. In ſcientiis non curantur ea, quæ ſunt per accidens, ſed in artib. vt diues nil curat, ſiue per ſe, ſiue per accidens pecuniam coaceruet.

CAP. II.

Volumus cauſas ad tres gradus reuocare, ait Ariſtoteles. 1. eſt affectio animorum. 2. Finis. Nam quidquid homo facit alicuius finis vel boni cauſa, ſiue vere ſiue apparenter facit.

 Homo

Homo enim mouetur certa προαιρέσει ad quippiam, vt propter lucrum; honores autem propter contrarium, ignominiam ſcil. Quæro: vnde ſunt ſophiſtæ? ex ambitione. Ambitio enim, inquit Galenus, perdidit artes. Ambitio, ſeu honor; & auaritia; ſeu lucrum, & quæ his contraria ſunt, faciunt ſophiſtas.

χρηματιστὴ ἀπὸ τῆς φαινομένης σοφίας.] Modus lucrandi pecuniam ex apparente ſeu fucata ſapientia. Hoc etiam eſt quod ſeditiones mouet in Republ. Etiidem etiam hoc facit hæreticos. Als die Pfaffen / wenn ſie gute Pfründe haben / ſo nehmen ſie ein andere Religion an / darnach ſagen ſie / ne videantur cedere propter ambitionem, ja ich verſtehe es alſo.

3. Cauſas adfert impulſiuas, quas poſſumus etiam phyſicè efficientes appellare. Sed in reb. Politicis non oportet his vocibus vti: nam ineptum eſt voces phyſicas transferre ad Politica, vel ad alias artes. In rebus .n. ciuilibus & artificialib. cauſæ proprie locum non habent. Nam in his tantũ eſt analogia. In naturalibus oportet oſtendere cauſas τῶν παθῶν ἐνεργείας (diſtinguendæ non ſunt cauſæ τῆς δυνάμεως παθητικῆς & ἐνεργείας) Ariſtoteles igitur definiens efficientem propriam, ſpectauit eius ſedem, quæ eſt in phyſicis. Non poſſunt iſta præciſe accommodari ad res, quæ ex Prudentia & arte naſcuntur. Male ergo in ſcholis: cauſa efficiens huius libri eſt M. T. Cic. cum cauſa efficiens ad phyſica pertineat.

Vocabula hæc ſunt τεχνολογικά, quæ non ſunt miſcenda. Et phyſicus habet ſua vocabula τεχνολογικά, & Ethicus & Politicus.

Cau-

Cauſæ igitur hic impulſiuæ vel potius ἀρχαὶ ſunt 7. Inter has ſunt duæ quæ fines ſunt.

Aliquo modo etiam ſunt plures. Si addantur occaſiones, quæ ſunt cauſæ mouentes. Et 7. priores fiunt cum tumultu & ſeditione, aliæ abſque ſeditione. Sunt autem inuidia, quod in alijs ferre non poſſent diuitias & reliqua bona; contumelia, metus, &c. Eodem fere modo tractat Ariſtoteles in Rhetoricis cauſas perturbationum: oportet, inquit, ſcire, quomodo homines ſunt affecti, qui oderunt.

CAP. III.

PRima cauſa eſt contumelia, quando magiſtratus cōtumelioſe tractat priuatos. Hæc res multas Reſp. conuertit. Appius, cum vellet ſtuprare virginem filiam Virginii, motus Romæ excitatus fuit, Alexander Medices propter adulterium interfectus eſt. Reges Rom. eiecti ſunt propter Lucretiam. Contumelia præfectorum Auſtriacæ familiæ maximas turbas ac ſeditiones in Heluetia concitauit. Cum enim præfectus ſubagitare vellet alterius vxorem, in balneo ſecuri fuit interfectus. Er hat jhm das Bad geſegnet. Huc pertinet locus communis de magiſtratuum libidine & abſtinentia. Beneuolentia potius continendi ſunt ciuium animi, non laceſſendi contumeliis. Hoc habet imprimis Reſp. Oligarch. Democr. non ferunt, Eben als wenn die Studenten einen Rectoren haben/der ein Schulſuchs iſt. Nemo

eſt tam ignobili pectore, qui ferre poſſit contumelias. 2. Cauſa auaritia, quæ eſt maxima peſtis Rerumpub. Et illa conuertitur interdum in priuatos, welches die Bauwren Schinder zu thun pflegen. Interdum etiam quæſtui habetur ipſa Reſpub. vnter dem Schein/ daß mann müß Türckenſteur geben. Ein Schweitzer/ als er gehöret/ daß mann dem Kayſer jährlich ſo viel Tribut müſſe geben wider den Türcken/ hat er angefangen: Ey was hat der Kayſer mit dem Türcken zuthun. Bey dem X wenn jn meine Herrn von Zürch hetten/ ſie würde jhm balt den Kopff abſchlagen/ daß er nicht mehr ſo viel Gelts freſſen könte. Alſo auch die Brücken zu Straßburg macht reiche Senatores, &c. Reſpubl. Rom. ab initio fuit ſancta ac libera ab auaritiæ vitio. Poſtea demum Carthagine deuicta, ac imprimis Aſia, omnis luxus inde Romam fuit deportatus, & cenſura non amplius tam ſeuera fuit. Luxus auaritiam parit. Nam ſi lacunæ luxu exhauſtæ ſint, elaboramus, vt quouis modo iterum ampleantur. Eodem pertinent multi motus & tumultus ex auctionibus vectigalium orti. Eodem modo moderatio in magiſtratibus emendis & vendendis. In Gallia emuntur magiſtratus Ita Romæ in Eccleſiaſticis omnia ſunt venalia. will einer Biſchoff werden/muß er zuuor dem Bapſt das Pallium thewr genug bezahlē/er bringts aber darnach ſchon wider ein.

Gerſtmarius præceptor Rodolphi Imperatoris, alß der ſolt Biſchoff zu Preßlau werden/ hette deß Kayſers Mutter auch gern jhren Theil dauō gehabt/ adit itaque ipſum, & dicit, creaberis Epiſcopus Vratis-

rislauienſis, Ille, cum honeſte ſe excuſaſſet, (quãquam ante ſciuerat) indignum ſe eſſe tanto beneficio, & ineptum id functionis adminiſtrare: Imperatrix, quæ pecuniam ſitiebat, certe, ait, Epiſcopus fies, & quo pignore mecum certabis? Deponam tecum 3000. ducatorum. Quam pecuniam poſtea, illo Epiſcopo facto, callidiſſimo hoc conſilio lucrata eſt.

Auaritia autem maxime ſolet graſſari in vrbibus mercatoriis, ibi naſcitur & educatur. Et quidem ex aſſidua ſeſſione hominũ tabernariorum ſutorum, ſartorum, &c. Corpus deprauatur, & homines fiunt fere claudi ac curui: ita animus deprauatur conſuetudine.

Nam mercatores nihil aliud agunt, nihil aliud cogitant, q̃ quomodo multũ pecuniæ corradere poſſint, cogitationes illorum dies noctéſque tantum in pecunia verſantur, de quæſtu ſemper, de virtute nunquam ſunt ſolliciti, quia animus illorum occalleſcit.

Liuius ait: patribus viſus eſt hic quæſtus etiam plane indecus. Apud Thebanos lex fuit, vt qui magiſtratum volebat gerere, cogebatur decem totos annos abſtinere à mercatura. Nam magiſtratum gerere eſt amplis honeſtiſque cogitationibus deditum eſſe. Quare in bene conſtitutis Rebuſpub. non debet in magno pretio eſſe pecunia, ſed virtus.

Philoſophi putant, illum quæſtum eſſe optimum & honeſtiſſimum, qui ex terra, id eſt, ex agricultura aut fœtu animalium fit.

 Nobi-

Nobilis & mercator rixati ſunt diu, tandem inter cætera etiam hoc mercator nobili obiicit: cõtemnitis, ait, vos nobiles mercatores, qui & ipſi mercatores videmini. Nam etiamſi non eam quam nos mercaturam exerceatis, venditis tamen maximam copiam furmenti, ouium, &c.

℞. Aliud eſt frumentum & pecudes vendere, natura enim producit: ſed nummorum dignitas ab hominibus pendet.

Animus eſt id, quod ſummum eſt, tum corpus & externa. Corpus datũ eſt in miniſterium animi, & externa bona debent inſeruire corpori. Hinc Syneſius pulchre: Non eſt mirum ſi contemnantur auari, cum contra naturam ipſi omnium primi ſemetipſos contemnant. Quia corpori præponunt, quod miniſterium eius eſt.

3. Alia cauſa eſt honos, id eſt, cum quis non poteſt peruenire ad magiſtratum ignominia, quæ fit priuatione honoris, & differt a contumelia: nam hæc ad priuatos pertinebat, illa publica ſpectat.

Ariſtoteles conſiderat cauſas tanquam vitia 1. in magiſtratu. 2. conſiderat etiam penes ſubditos, aut cæteros ciues qui imperio debẽt parere. 3. In gubernatione ipſa, quia horum trium non eſt par ratio. Vnde illa apud Terent, ait: An putas te habere vxorem, quæ careat culpa, an quia carent viri.

Diximus ſupra primã cauſam eſſe contumeliã, quæ ab improbitate gubernãtis proficiſcitur. Hęc eſt duplex: vel enim fit verbis ſiue appellationibus ſiue factis, vt inprimis ſtupris, quæ nullus generoſus ſpiritus poteſt ferre. Eſt tamen aliqua differentia.

tentia. In principibus enim leidet mann ein wenig mehr / propter ipſius nobilitatis præſtantiam. In rebuspubl. multo minus ignoſcitur ſenatoribus, quia ſunt creati à nobis.

Eſt autem hoc vitium in quibuſdam partim natura, vt homines callidi præcipites ſunt in ira: in quibuſdam eſt à præſtantia familiæ vt Salluſt. ait: Nobilitatis commune malum eſt ſuperbia. In quibuſdam eſt ab educatione, & à ſecundarum rerum affluentia. Atqui magiſtratus debet plane contrarium facere, vide Ioſephum, qui de ipſo teſtatur: quod cum præfectus eſſet in Galilæa, primum omnium curauit, vt beneuolentiam ſubditorum ſibi conciliaret, ſe namq; multa peccata condonari iis, qui beneuolentiam ciuium haberent. Non debent tamen ij, qui magiſtratum gerunt, aut ſe aut auctoritatem ſuam plane proſtituere; ſed incorrupto magiſtratus honore, vt Tacitus loquitur, debet captare beneuolentiam. Breuiter: nec nimia humilitate beneuolentiã ſibi conciliare debet. Nimia enim familiaritas parit contemptum. Mann ſagt ſonſten / wer ſich vnter die Kleyen miſcht / den freſſen die Sew: Neque etiam debet nimio terrore ſibi conciliari, dann all zu ſcharpff macht ſchartig.

2. Cauſa fuit auaritia: Etiam ſecus ſe res habet in principibus, & in rebuſpubl. ſub principibus. Erdenckt man allerley Namen der Schinderey. Et vt Tacitus loquitur, quotidie noua exponuntur vocabula prædandi. Nunc vocantur vectigalia, nunc ſubſidia fiſci, jetzund muß man Türcken ſteuwer geben / etc. Veſpaſianus perpetuam ſibi maculam

culam aſperſit auaritia ſua & ſorditate, qui vt notum eſt ex Suetonio, introduxit vectigal Vrinarium, &c. Huius generis etiam ſunt indulgentiæ papales, quæ tamen pecunia primo vni fœminæ meretrici collecta fuit

Ins Jochims Thal iſt auff ein Zeit ein Münch kommen/ der auch ſolche Ablaß Brieff herumb getragen / als er aber zu einem allda kõmen / der ſonſten ein Reicher Bürger geweſen / vnd ſolchs Geldt von jhm begert / damit ſeine Vorfahren auß dem Fegfewer kõnten erlöſt werden. Als er höret / daß mit Geld künte zuwegen gebracht werden/ hat er gar Zorniglich angefangen: Ey daß dich der Teuffel hole/ du Papſt/ haſt du gewiſt/daß mein Vatter vñ Mutter ſo lang im Fegfewer ſitzen / warumb haſt du nit längſt ſo viel Geld für mich außgelegt/ ich wolte dir es ja wol wider geben haben.

In rebuſpub. autem non eſt cauſa ad Ærarium, ſed quando magiſtratus pro ſe in ſuam domum priuatam infert hæc. Als wen man kein Iuſtitiam zu wegen kann bringen/ es ſey dann mit Gelt/ daß einer zuuor wol ſchmieret. Sed Ariſtoteles dicit: Magiſtratum debere contentum eſſe honore è Repub. non lucrum quærere. Honorem Ariſtoteles τιμὴν καὶ γέρας vocat. Hac de re multa collegit loca Aldobrandinus in Laertium. Paſtores etiam non ſunt contenti honore, ſed inſuper magnum lucrum quærunt. Darumb weñ einer zu Straßburg zu ei. Pfarrhern kompt / iſt er nicht angenemer/dañ wañ er mit den Knien muß anklopffen/ dann ſie wiſſen wol/ daß er gewiß vnter dem einem Arm ein guten Käß/ vnter dem andern ein Flaſchen mit Wein träget/ daß er dafür nicht kann mit den Händen anleuten.

3. Cau-

3. Cauſa eſt honos in iis, qui parere debent imperio, quando excluduntur honoribus. Hoc autem interdum fit per formam, vt in Oligarch. vbi tantum certus hominum ordo admittitur, reliqui autem excluſi indignantur, & non poſſunt concoquere. Ita vitium non eſt in forma, ſed in iis, qui parere debent. Interdum autem, ſi quis patricius quidem ſit, duo autem in ſenatu ſunt, qui ei aduerſantur, & per inuidiam nolunt admittere, cum alioquin ſit huius ordinis, & debeat admitti. Quæ res ſæpe facit ſeminarium Catilinarium.

4. Cauſa contraria huic exſuperantia, cum vnus aliquis ſiue ciuis ſiue ex magiſtratu, nimis auctus eſt, vel diuitiis, vel honoribus, vel alia aliqua re. Semper, inquit Tacitus, periculoſum fuit, vnũ aliquem ſupra principis nomen extolli. Plato iniecit huic beluæ frenum. Conſcripſit enim modum diuitiarum, daß einer nicht kan zu Reich werden. Et in multis ciuitatibus non permittitur cuiuis, daß er ſich mag Heiraten wohin er wil / vt vel extraneam vel ditiorem ſe ducat. Cauſa, quia multos poſtea naſcitur affines nobiles, potentes, multoſque accipit clientes. Inde facile naſcitur conuerſio Reipubl. aut in Dynaſtiam, daß ſie es gar einnehmen / wie zu Medis / aut etiam in Monarchiam. Nam qui ita excellit, non quieſcit niſi plene dominetur. Auguſtinus ait: Auaritia vt ignis eſt, quo plus illi admouetur ſtipulæ, eo plus conſumit: ita hi quanto potentiores ſunt, tanto volunt potentiores fieri, non deſinunt vſq; dum plene dominentur, quemadmodum Cic. 3. offic.

de

de Cæſare teſtatur: Declarauit, inquit, id modo temeritas C. Cæſaris, qui omnia iura, diuina & humana puertit propter eum, quem ſibi honoris cauſa finxerat principatū. Eodem modo Lyſander Lacedem. Poſtquam Athenienſes domuit, ſolus magnanimus hoc habet, vt in rebus ſecundis non nimis ſe extollat, & aduerſas æquo animo ferat, vt eſt alicubi apud Ariſtotelem.

Guicciardus de Ludou. Sfortia: in rebus ſecundis inſolentiſſimus, in aduerſis vero animi abiectiſſimus fuit.

Animus humanus in rebus ſecundis tanquam leuiſſimum quodque natat in aquis, in aduerſis vero ſubmergitur. Sed hi ſunt μικρόψυχοι [μεγαλόψυχοι ὀστρακίζειν] Remedium Oſtraciſmus, de quo libr. 3. cap. 9.

Διὰ δὲ φόβον.] 5. cauſa eſt metus damni, qui duab. de cauſis oritur: vel quia iniuriā fecerunt ideo eis intentantur iudicia, ſed vocati non veniunt, ipſi potius mouent ſeditiones, vt anteuertant ſupplicia, & ita Catilina, Lentulus metuerunt ſibi; cogitarunt, præſtat anteuertere quā anteuerti. Cic. 1. off. Atque illæ quidem iniuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſæpe à metu proficiſcuntur, cum is, qui alteri nocere cogitat, timet, ne, niſi id alteri fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Aut ſuſpicantur fore, vt Melancholici; etiamſi verus metus non adſit. Cæſar metuit, ne ſi exercitum dimitteret, opprimeretur, propterea noluit antequam conſul fieret. Ita Pericles propter male collocatam pecuniam publicam concitauit bellum. Pelaponeus, qui cum rationes

tiones deberet reddere metuebat ſibi; Er würde mit der Rechnung nicht beſtehen können. Hinc Cic. vere: Remedium periculi eſt ipſum periculum delere. Ita fecit apud Paulũ Æmiliũ in repub. Gal. amator Reginæ, qui interfecit Regem in venatione, ne pœnas daret, quod cũ Regina conſueuerat. Vide Prudent. in hymnis, vbi pueri præceptorem interimunt. Iam reſtant adhuc duæ cauſæ propter gubernationem ipſam.

Διὰ καὶ τὴν ὑπεροψίαν.] 6. cauſa contemptus ipſius gubernationis, ſæpe enim motus in Rep. oriuntur, quando gubernatio eſt ita vilis, abiecta & nullius pretii, quando eſt ἀναρχία. In Democr. verbi gratia, nullus eſt fere ordo ὐδεὶς ὐδένος ὐδὲν ἀκόυει, confuſe omnia ſunt conſtituta, quæ confuſio contemptum parit. Idcirco ſibi poſtea ſumunt animum & ſpritum ad opprimendum.

Sæpe odio habemus aliquem ſtatum aber wir dörffen nichts anheben/es iſt alles zu wol beſtelt.

Catilinæ coniuratio ob ſolertiam & vigilantiam Ciceronis non ſucceſſit. Fit etiam in Oligarch. quando tam pauci ſunt dominatores rerum, contemnimus non tã anarchiam, ſed paucitatem eorum, quæ parit contemptum.

Γίνονται δὲ καὶ.] 7. cauſa vel vitium eſt in gubernatione, mutata proportione ordinum. Si aliquo caſu, aliquis ordo augeatur, fit conuerſio Reip. verbi gratia. Si ordo plebeius nimium adcreſcat, ſiue aperte, ſiue tacite, fit Democratia. Nam ad ſe trahunt dominium. Aut quando alter ordo caſu aliquo infœliciter pugnauit, vt ordo equeſtris Rom. infœliciter aduerſus Hannibalem. Et etiamſi

iamſi alter ordo non creuerit per ſe, iam creſcit. Es gehet zu als wann einem ein Arm ſchwindet/ vnd die Füß werden groß.

Inde fit conuerſio Reipub. ad hanc vel illam partem. Cic. in Epiſt. ad Atticum putat: Firmamentum eſſe Reipubl. Romanæ conſenſum ordinum trium, equeſtris, plebeii & ſenatorii, quod fundamentum diſſoluit Cato, qui erat Stoicus, ſummo cum Reipub. incommodo. Hinc idem Cicero ait: Catonem dixiſſe ſententias tanquam in Repub. Platonis, non vt in fece Romuli. At oportet prudentem ea reſpicere, ἐν τῷ κύκλῳ, id eſt, circumſtantias, non tantum rem ipſam.

μεταβάλλουσι δὲ.] Septem cauſæ priores motuum in Republ. ſunt cauſæ per ſe; ſequuntur iam tres aliæ cauſæ communiores. Priores non ſinut abſq; magno motu: hæ non item. Et oriuntur potius ab imprudentia magiſtratus, quam ab improbitate aut vitio ſeu culpa.

1. Quando magiſtratus eſt nimis bonus & imprudens, vt ex ſuffragiis faciat ſortionem, quando dicunt. Nun wol an/wir wollen vmb den Magiſtratum loſen/ſo kan es kommen/ daß das Loß etwan auff einen armen Taglöhner fället / als daß der Schlot Michel auch kan Burgermeiſter werden.

Honeſtiores poſtea indignantur, quando viliſſimi quique admittantur, neque amplius magiſtratum gerere volunt, ſed ſponte deponunt, quia iam ab eiuſmodi, ſordidis hominibus contaminatus eſſe videtur.

Cicero de iudicibus ait, conſeſſum in talari luſu non vidiſtis turpiorem. Et hæc cauſa eſt mutatio-

tationis non ſubitæ, ſed quæ fit paulatim & latenter.

2. Negligentia & incuria, quando Reipublic. gubernatio non quidem vilibus perſonis committitur, ſed ijs, qui forte ſunt alieniſſimo animo à magiſtratu. Requiritur enim in magiſtratu non ſolum bonitas & prudentia, ſed etiam amor erga Rempubl. Magis autem amant Rempubl. qui in ea pignora, id eſt, coniugem & liberos habent.

Cauſæ, vt diximus, mutationum aliæ ſunt per ſe, aliæ communes, aliæ communiſſimæ. 2. Propter incuriam & negligentiam etiam gubernatorum, quod Magiſt. committunt non vilibus quidem, ſed iis, qui alieno tantum ſunt animo.

Ab hac forma, verbi gratia, ſi tales apud principem fiant conſiliarii, qui ſunt peregrini. Duplicem autem potiſſimum ob cauſam; cõſultius enim eſt, peregrinos homines ad Reip. gubernationem & conſilia non adhibere.

1. Quia non habet eum animum ad Rempubl. quem ij habent, quib. q. primum aeris hauſtum ea præbuit. Peregrini enim, licet non verbis exprimant, tacite tamen cogitant. Mihi hic nec ſeritur vel metitur, quid ergo curo, poſt me vel tota Reſpub. igneſcat. Dulcis eſt cuique Reſpub. Et ſane hoc eſt probabilis præſumptio, homines peregrinos, non ita amare Rempub. propterea etiam lex multis in locis eos amouet. Sic Imper. Roman. debet eſſe Germanus, nõ exteræ nationis, vt eo magis Germaniam amet. Fit autem fere contrarium. Nam quemadmodum vulgus medicorum, vti Hippocrates conqueritur, magnifacit remedia

illa, herbas illas, quæ ex India, aliiſque locis peregrinis adferuntur, cum nos ſæpe, teſte Plinio, pedibus conculcemus meliores, tanti facimus peregrina: ita quoque in Repub. tam ſtulti ſumus, vt peregrinos maximi faciamus, eoſque officiis præficiamus, cum tamen domi longe meliores haberemus.

2. Peregrinis plerumq; præter amorẽ deeſt peritia imperandi, & gubernandi Reip. h. e. non norunt omnes circumſtantias, mores & ingenium populi, quem gubernare debent, cum tamen, vt Cic. ait. caput omnis conſilii de Republ. ſit, noſſe Rempubl. Sic apud Medicos caput conſilii eſt noſſe ægrum. Cum igitur ignorent peregrini, non poſſunt eſſe eorum conſilia æque ſalutaria.

Lipſius multa exempla collegit in Notis ad Polit. eorum, quibus res infœliciter cecidit, quod vſi erant peregrinorum conſiliis. Alexander poſtquam Perſarum conſilio vſus eſt. Roman. poſtquam conſilia Græcorum. Ideo Heluetii non facile admittunt peregrinum in ſuam Rempub. Id etiam debet obſeruari in Eccleſia, ne præficiantur ab hac vel illa religione alieni.

3. Cauſa eſt prope ſtupor. Eſt vitium hoc à magna imprudentia. Cauſa eſt, quia quod paruum eſt, putatur nihil eſſe, vt gutta vna non cauat lapidem, ſed paulatim multæ, &c. Ita etiam in Rep. hoc non nocet primum, ſed paulatim. Ariſtoteles alias, διὰ τὸ μικρὸν, παρὰ τὸ μικρὸν ab eo quod paruum eſſe videtur. De hac cauſa habet Plutatch. & Demoſth. Ita ſe res habet in re familiari: Hodie perdere parum, cras iterum parum, ita exhauriuntur

ma-

magnæ familiæ: In Sophiſt. Elenchis vitioſus eſt modus argumentandi, vt quando dicitur: Eſt bonus Poeta; igitur eſt ſimpliciter bonus. Ita in Politicis quando res paulatim ſerpit & feneſtram aperit ad maxima mala, verbi gratia, adulter hoc vel illo modo eſt puniendus, paulatim remittitur illa pœna, tunc omnino non punitur. Sic qui admittitur ad Rempub. debet poſſidere 100. fl. remittitur vt habeat 80. Serpit res paulatim, vt delabatur ad peſſimam Democratiam. Si clauus in naue tantillum mutetur, magna fit mutatio nauis. Plutarch. de Inſtitut. Solonis: Res noua & quæ initio nihil eſt, tractu temporis ingens viſa fuit.

Στασιωτικὸν δὲ καὶ.] Iam ſequitur communiſſima cauſa multarum admodum rerum. Quod innatum eſt omnibus hominibus diſſentire. Vt hominibus mel & ſuauiſſimum pabulum eſt obtrectare & maledicere alteri: Sic innatum eſt ipſis, vt libenter inuicem diſſentiant. Si quæras cauſam, nulla ſæpe eſt. Martial. Non amo te, nec poſſum dicere quare? Eſt naturalis quædam antipathia inter homines & diſſentire inuicem & obtrectare aliis. Anus quædam in Italia, cum ſociam ſpaciatum euocaret, non potuit adducere vt iret, priusq̃ diceret; exi mecum, volumus maledicere alicui, & ſic ſtatim iuit. Tam ſuaue eſt pabulũ alteri obtrectare. Et cauſas diſſenſionis probat Ariſtoteles 1. à diuerſitate nationis. 2. loci.

A diuerſitate nationis, quando ex peregrinis nationibus conflatur. Bodinus habet exemplum de Iudæis. Quando primum vrbes condun-

tur, ſæpe ex conuenis ſunt primi conditores, interdum demum fit poſt conditam vrbem, vt cogantur recipere peregrinos, ſi forte deuicti ſunt ab hoſtibus, vt Rom. ſolebant colonias deducere in deuictos. Et recipiunt aut coactim, aut ſenſim, aut ſubito. In matrimoniis etiam ſæpe vix elapſo primo anno (Küßmonat) oriuntur diſſenſiones, donec aſſueſcant inter ſe.

Ita fit in Theriaca, donec fermentata eſt. Sic etiam cum peregrini principio recipiuntur, ſtatim oriuntur diſcordiæ, donec fermententur, donec paulatim aſſueſcant.

2. Cauſa eſt diuerſitas loci vel ſitus vrbis, cum vrbs vel flumine, vel alia re ſeparatur, ex quo apparet naturale illud diſſentiendi ſtudium.

Quemadmodum quando acies ducitur & agmen procedit, cum venitur ad paruum flumen vel ad foſſam aliquam exiguam, ordo ſtatim diſtrahitur: ita etiam propter tantillam rem diſcordiæ oriuntur: Sic olim Lutetiæ qui habitabant ex vna parte Sequanæ Aurelianenſis, qui ex altera Burgundicæ erant factionis, Baſileæ, die in der einen/vnd die in der andern Statt wohnen ſæpe parũ conſentiunt, cum tamen vnicus tantum ſit interiectus fluuius. In aliis locis diſſentiunt ſuburbani ab oppidanis.

CAP. IV.

INterpretes putant hoc capite nouas afferri cauſas: ſed verius eſt, Ariſtotelem hanc vltimam cauſam vberius hoc cap. pergere explicare: Quod nimirum hæc exigua cauſa multa concitet; ſi hoc ei ac-

ei accidat, vt incidat in perſonas Reipub. principes. Quemadmodum.n.ſi morbi ſint in pede vel alio membro, non ita curantur, quam ſi ſint in pectore, pulmone, gutture, & partibus nobiliſſ. corporis (alibi enim negliguntur) ita etiam in Rep. explicat cauſæ huius magnitudinem, quatenus ſcil. ineſt in magnis hominibus, licet in aliis negligatur. Politici quidam diſputant, inter proceres regni alendas eſſe diſcordias, ita enim fieri, vt alter alterum timeat, ne coeant & contra regem ſuum ſeu ſummum principem tam facile conſpirent, quemadmodum & Cato in familia ſua diſcordias alebat, vt alter alterum proderet. Sed hanc ſententiam rectiſſime oppugnat Lipſius. Illæ enim diſcordiæ erumpunt in magna mala, euertit Reſpub. vt Pom. & Cæſaris diſſenſio Rempub. Roman. euertit. Cicero 1. Orat. de Aruſpic. Repub. ſic ait: Neque enim vllus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut vniuerſus interitus, aut victoris dominatus & regnum. Hoc ipſum hodie loquitur Gallia, propterea etiam legib. prohibendæ ſunt & cohibendæ diſcordiæ nobilium & procerũ quantum fieri poteſt. Habemus hic etiam huius rei elegans teſtimonium in verbis διόπερ ἀρχομένων.

ἡ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός.] Principium dimidium totius eſſe dicitur. Sic dato principio motus, reliqua ſequuntur in Phyſica. Als wenn man anfengt zu Peiffen/ ſo tantzet Hänſel mit ſeiner Greten fort/ etiamſi nemo Peiffet amplius. Sic in ſcientiis, ſi amor diſcendi accenditur, opus egregie feruet. Vnd man läſt darnach nicht leicht nach/ es geht

tapffer fort/ wann einer nur ein Anfang hat. Florentiæ quæ mala fuerũt, peruenerunt ex vnius libidine adoleſcentuli, der hat den Anfang gemacht.

ἐν συρακούσαις.] Enumerat aliquot exempla, quorum ſenſus eſt: Res paruas occaſiones malorum magnorum fuiſſe.

μεταβάλλουσι δὲ καὶ.] Duæ aliæ cauſæ, quæ ſunt ex accidente. Prima eſt ex eo: ſi nimirum ordo aliquis in Repub. magnam exiſtimationem conſecutus ſit rebus ſecundis, tunc accidit id, quod ſolet humanitus accidere, vt ordo ille attollat animos, & magnos ſibi ſpiritus ſumat; alterumq; ordinem contemnat ac minoris faciat.

2. Et vult cauſam itidem eſſe fere ex accidente. Æquiuocatio ordinum Reipubl. ſi non putant: tunc minime omnium diſcordabunt, quoniam ſunt æquati: Vulgo dicitur. Ein Schwerdt hält das ander jnnen.

Verum ſi alter ſit debilior, tunc alter eſt inſolens. Solet interdum quidem ita fieri, ſed contra etiam fit. Nam ſi ordines ſint inæquales, ſi maxime ſuperior vellet dominare, inferior non vult, ſed vbi tantum virium accepit, vt tantundem poſſit, iam oriuntur ſeditiones. Romæ initio patricius ordo vicit plebeium, ideo ſecure dominabatur. Paulatim plebeius ſuccreuit, & noluit poſtea amplius parere patriciis.

Διὸ καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν.] Quia inferior perſona non vult cum periculo dimicare, cauſa eſt, cur viri boni non moueant ſeditiones. Superius dixit, non velle, hic etiam dicit, non poſſe.

Κινοῦσι δὲ.] Sequuntur modi ſiue cauſæ inſtrumento-

mentorum agendi. Modi ſunt duo, vis & dolus ſiue aſtutia. Vi mutatur forma Reipubl. cum ſtatim ab initio ſeditionibus & armis à ſenatu extorquetur magiſtratus. Intelligit aũt tantum vim ciuium armatorum. Nam cauſæ mutationum, quæ ab hoſte ſunt, hic non commemorantur.

2. Aſtutia. Interdum autem eſt dolus ab initio & poſtea vis adhibetur, & contra. Sunt ſtratagemata domeſtica ſiue togata. Vide Hiſtoriam Semiramidis apud Muret, in variis lectionibus, &c. Hic quærat quis: an omnes cauſæ quæ mutant Rempub. ab Ariſtotele ſint enumeratæ, an ſint prætermiſſæ quædam? Et occurrit Fatum. Vir enim ſummi ingenii & admirandi iudicii Lipſius, quem veneror non ſolum in Politicis, ſed in aliis etiam ſuis libris Fatum inculcat. Imo in libello de Conſtantia eo nomine Ariſtotelem accuſat: Cur, inquit, Philoſophus Fatum inter cauſas rerum non numerat, cum tamen inter eas numeret fortunam. In notis ad Polit. duo adfert exempla, Cæſar, inquit, ad principatum venire debet? Societatem cum illo Pompeius coeat, & callide euehat iuxta ſeſe: Deiicere poſtea vult, fruſtram cauſam duntaxat armorum præbeat, turpiter & imperite ex Italia fugiat, aleam de ſumma re vno prælio iaceat feſtinanter.

Alterũ exemplum eſt in Monarchia Romana, Romanos, ait, imperare, fatum eſt? Annibal à Cannis Romam non petat: Philippus fœdus ſine effectu cum illo ineat, & nauis cum legatis, velut caſu capiatur, cæteri item reges, quieſcant,

& alii poſt alios vincantur, FATALI OMNIVM IGNAVIA. Ergo hæc omnia docent fatum fuiſſe Romam regnaturam. Ita etiam vulgo eſt in multorum ſermonibus. Sæpe iuuenes dicunt, coniugia eſſe fatalia, ſed Crato Medicus Imperatorius (cum quo biennium vixit Scherb.) dicere ſolebat: Coniugia ſunt fatualia, wenn der Hanß der Narr/ ein Narren gefreſſen hat/ an der Greden. Sed quod pace Lipſii dictum ſit, iniuriam facit Ariſtoteli. Nunquam enim fortunam inter cauſas numerat. Dicit quidem 2. Phyſcor. vulgus multos effectus referre in aliam cauſam: Sed docet poſtea quomodo incidant in iam adlatas cauſas. Et ita non eſt noua cauſa, ſed cauſarum priorum concurſus, qui concurſus cum nobis non ſit cognitus, inde fit vt fingamus nouam cauſam, cum tamen non ſit noua. Quando ſub tecto ambulo, & tegula decidit, quæ me interficit, ibi eſt concurſus cauſarum agentis & patientis, non eſt noua cauſa. Non enim prætereo, vt me tegula interficiat, nec tegula hac de cauſa decidit. Sic in reperiendo theſauro præter mentem & cogitationes hoc fit, ſi foſſio adhibetur. Imo apertiſſime princ. 12. Metaph. τὸ αὐτόματον & fortunam vocat στερήσεις, id eſt, priuationes cauſarum. Inde dicitur: vbi plurimum mentis eſt, ibi minimum eſt fortunæ, & vbi minimum mentis eſt, ibi plurimum eſt fortunæ. Ariſt. in problem. Fortuna eſt præter mẽtem. Hinc dicuntur fortunati medici, vt ſi ego alicui do purgamentum, & illud præter meam opinionem ægro maxime prodeſt, fit præter meam mentem. Sic etiam dicitur: vbi plurimum eſt naturæ, ibi

mini-

minimum eſt caſus, & vbi minimum eſt naturæ, ibi plurimum eſt caſus. Caſus enim eſt aliquid præter naturam. Fortuna eſt priuatio mentis, & caſus eſt priuatio naturæ. Ad quæſtionem illam, cur Ariſtoteles inter cauſas mutationum Rerumpub. fatum non numeret? Reſpond. Per fatum intelligi aut cauſam aliquam, quæ ſupra lunæ circumflexum eſt conſtituta, vt quando dicitur; matrimonia in cœlis diſponuntur, in terra contrahũtur, aut ipſam diuinam prouidẽtiam, aut id quod ſequitur prouidentiam, vt prouidentia ſit quaſi in animo, & fatum ſit effatum quod ore profertur, & ſit quaſi quoddam conſequens, ſiue dicas: Fatum eſſe animam mundi, vt Plato, qui dixit; animam mundi eſſe Deam neceſſitatis, cuius tres ſunt filiæ, Clotho, Lacheſis, Atrapos, ſiue intelligas (vt Ficinus explicat) illam immobilem rerum mobilium diſpoſitionem, aut catenam & ſeriem cauſarum. Quidquid ex his intellexeris omnia pertinent ad ſuperiora, ad ea quæ ſunt ſupra Lunam. Dico itaque, Ariſtotelem fatum iure non poſuiſſe inter cauſas neque in Phyſicis neque in Politicis. In Phyſicis non potuit, quia omnia illa ſunt ſupra naturam. Natura enim eſt in ſublunaribus & tantillum in cœleſtibus. Eſt enim prope ſupra naturam corpus cœleſte. Tractatus de fato (prouidentia) potius pertinet ad ſupremam Philoſophiam. Non etiam in Politicis potuit, quia politicus debet rerum ſuarum, quarum ſcientiam tradit, cauſas adferre politicas, politica politice ſunt tractanda. At fatum non eſt cauſa politica. Quicquid enim ibi eſt, fit ab inſtituto &

Digitized by Google

conſilio humano,& non pendet à corporibus cœleſtibus. Homo eſt Architectus Rer. pub. Quemadmodum medicus non tradit illas morborum cauſas, quas tradit Theologus. Theologus dicit, peccatum cauſas eſſe morborũ: Medicus intemperantiam, aërem, humoris alicuius redundãtiam, non aſcendit ad eas cauſas, quarũ correctio nõ eſt in ipſius poteſtate. Ergo neq; in Phyſic. debuit neq; in Politicis mẽtionem facere, quando ꝑ ſupcœleſtibus vſurpatur. Neq; etiam in Metaphyſ. de Fato debuit agi, quia modus Philoſophandi Ariſt. longe alius eſt, quã Stoicorum, & Pythagoræorũ, Pythagoræi quidẽ & Stoici decreuerunt de reb. illis tanq̃ legiſlatores. Ariſt. Philoſoph. longe alia eſt. Incipit enim à nobis notioribus, & vbi demõſtrationes non poteſt habere, mauult ſilere. Non conſtat, inquam, decretis Philoſophia Ariſtotelis nec πιστὰ tradit, ſed ἐπιστητόν. Differunt argumentum & Demonſtratio (demonſtratio eſt argumentatio) qui demonſtrat à primis initiis incipit, & non niſi præſuppoſitis fundamẽtis ac præmunitus progreditur, & reddit ἀμετάπτωτον. At Dialecticus, vel is qui argumentatur, ſumit θέσιν ex media ſcientia (quia ſubito irruit) wie der Bawr ins Wirdtshauß/ non præſuppoſitis fundamãtis, ſed ſtatim à genere, &c. Nunq̃ Ariſt. tractat de reb. ſupercœleſtib. niſi ex iis paulatim gradũ ſtruit ad altiora. Contra Plato & Stoici ſtatim à ſummis illis, q̃ nobis ſunt obſcuriſſima, incipiũt. Plato quidẽ ab intelligibili mũdo ad ſenſibilem. Ita Lipſius hodie in Phloſophia ſua Stoica incipit de Deo, de Fato, &c. nõ recte; oportet nos ſcala vti, qua Ariſt. p q̃ aſcẽdamus ad ſupiora. Bonamicus rectiſſime ait: ſolus Ariſt. & Ga-

Gal. artē demōſtrandi nouerūt, Stoici vero argumentandi tantū. Stoici & Theologi tradunt πιστά. Dicunt enim αὐτὸς ἔφα. Ariſtot. vero ἐπιστητά Philoſophia enim ꝓfitetur τῆς ἀληθείας ἐπιστήμην, &c. Ergo Ariſtoteles non debuit de caſu & fato agere, quia fati nomen pertinet ad aliam ſcientiā. Quod ſi autem fatum ſignificet aliquid in his rebus inferiorib. v. g. ſi quis aliquoties è naufragio euaſerit, nec tamen deſiſtit ſe mari committere, ſi naufragio tandem pereat, vulgus eum fato periiſſe dicit.

Si quæris cauſam, dico, vt natura eſt principium motus ſpecierum, ita propria cuiuſq; natura eſt propior motuum cauſa. Contentioſitatum eſt cōtentioſa natura. Si cōtenſioſus occidatur fato ſuo, id eſt, naturali propenſione ad contentiones periiſſe dicitur. Conſilia & προαιρέσεις ſe fere ad naturam accommodant, & eidem reſpōdent. Homo timidus timida plerumq; init conſilia: animoſus contra animoſa, vbi miſcetur propria natura cum eo, ꝙ eſt in noſtra poteſtate. Libertas ſequitur naturalem ꝓpenſionem cuiuſq; hominis, vt audax audacia capiat conſilia, in primis ſi fortuna ſecunda vel aduerſa accedat. Naturalis propēſio fatum eſt.) Si igitur. Ariſtotel. hoc nomine reprehendis, quod non attulerit Fatum in hac ſignificatione: Reſp. In ſcientiis Ariſtoteles non deſcendit ad Indiuiduorum cauſas, vt cauſæ illæ fatales ſunt ſupra ſcientiam, ita cauſæ indiuiduorum ſunt infra ſcientiam. In Phyſicis iubet Plato quieſcere, quando ad ſpecies ventum eſt.

Ad exemplum de Pompeio, quia mox amauit Cæſarem, mox odit. Reſpon. Imperitiam potius accuſandam eſſe Pompei, de quo Salluſt. ſcribit: Vir maiore fortuna quam ſapientia. Ita etiam de Roma: poteſt reuocari ad cauſas Politicas. At cui bono tractare de Fato, cū illud vitare nequeamus? Reſpondēt nōnulli, vt nos eo melius poſſimus applicare ad fatum, & non facto reſiſtamus. Veriſimile eſt, fieri aliquid præter veriſimile. In reb. humanis nō fiunt multa præter inclinationē.

Poſſet

Poſſet aliquis etiam quærere, cum Reſpub. ſæpe ſeditionibus conflictentur propter diſſenſionem de Religione, an non & illa cauſa ſit prætermiſſa? Reſpon. Si ex ſententia Ariſtotelis Religio eſſet omiſſa, tamen inſtitutum Reipub. ad plebem ſeu hominum multitudinem tanquam fræno quodam regēdam, pertineret ad eam cauſam, quæ eſt diſſenſio Reipub.

Sed Chriſtiane reſpondendo, cum religio ſit veritas cælitus patefacta, & referri poſſit ad virtutem & vitium (nam qui putat alterum hæreticum, putat eum eſſe vitiis inquinatum) refertur ad illud caput vbi dictum, diſſimilitudinē nationis & loci parere interdum diſſenſionem, & præterea maximam diſſenſionem eſſe inter virtutem & vitia, diuitias & paupertatem.

CAP. V.

POſtquam Ariſtoteles docuit vniuerſe cauſas motuum ciuilium, iam contrahit, & q. magis appropriat cuique formæ Reipubl. Eadem cauſa mutatur pro vt in varias formas ſeu, vt ita dicam, complexiones ac temperamenta Rerumpubl. incidit. Idem cibus in me parit febrim, podagram, in te fortaſſis dolorē capitis, ventriculi, qa tu magis propenſus es ad dolorē colicum. Eadem cauſa mutatur pro vt in varias formas incidit, pro vt varius eſt apparatus, diſpoſitio in iis, in quib. cauſa agit, verbi gratia, iniuria hominum plebeiorum, quam accipiunt ab hominibus Oligarchicis, euertit Oligarchiam, & cōmutat in hunc vel illum ſtatum, vel ſtatum illum Oligarchicum facit remiſſiorem. Sic & inuidia: Democratia nunc abit

in O-

in Oligarchiam, nunc in tyrannidem, nunc in Democratiam deteriorem, id eſt, in plurium dominatum quam antea, quæ eſt extrema & peſſima Democratia: ſic ſol nunc indurat lutum, nunc liquet ceram.

Διὰ τὴν τῶν δημαγωγῶν ἀσέλγειαν.] I. modus, quo Democratia mutatur, ſeu oratoria facultas nuſpiam maiorem habet locum, quam in Democrat. Hinc Athenis & Romæ tot fuerunt oratores. Et plus poſſunt Demagogi in Democratia, quam ferrũ. Populus ibi auribus tenetur, inſtillant ipſi paulatim odium aduerſus diuites. Diuites autem quoniam populus ipſorum bonis, ac ſæpe etiam vitæ inſidiatur, illi coniungunt ſeſe communi metu, & collectis virib. impetum faciũt in populum, & ita populus ſæpe vincitur, & poſtea Oligarchia confirmat vires ſuas. Et ita cauſæ *προηγούμεναι* ſunt concionatores, oratores dum priuatim malis conſiliis onerant populum, & publice eundem concitant.

Συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος.] Dicere quis potuiſſet: Diuites & nobiles ſæpe inter ſe diſcordant. Ergo vnus alterum ſinat à populo dilaniari. Reſpondit Ariſtoteles: communis metus plerunque homines coniungit vel inimiciſſimos. Propterea Veſpaſianus, cum obſidere vellet Hieroſolymam, & diſtracta eſſet inteſtinis ſeditionibus, fuerunt ei auctores nonnulli vt maturaret, noluit. Nam ſi iam venero, dixit, communis metus eos coniunget, expectabo vſque dum ipſi vires inter ſe conterant, & ita res fæliciter ſucceſſit. *Θάρσος* ſeu confidentia homines reddit ſocordes, negli-

tur, ſæpe ex conuenis ſunt primi conditores, interdum demum fit poſt conditam vrbem, vt cogantur recipere peregrinos, ſi forte deuicti ſunt ab hoſtibus, vt Rom. ſolebant colonias deducere in deuictos. Et recipiunt aut coactim, aut ſenſim, aut ſubito. In matrimoniis etiam ſæpe vix elapſo primo anno (Küßmonat) oriuntur diſſenſiones, donec aſſueſcant inter ſe.

Ita fit in Theriaca, donec fermentata eſt. Sic etiam cum peregrini principio recipiuntur, ſtatim oriuntur diſcordiæ, donec fermententur, donec paulatim aſſueſcant.

2. Cauſa eſt diuerſitas loci vel ſitus vrbis, cum vrbs vel flumine vel alia re ſeparatur, ex quo apparet naturale illud diſſentiendi ſtudium.

Quemadmodum quando acies ducitur & agmen procedit, cum venitur ad paruum flumen vel ad foſſam aliquam exiguam, ordo ſtatim diſtrahitur: ita etiam propter tantillam rem diſcordiæ oriuntur: Sic olim Lutetiæ qui habitabant ex vna parte Sequanæ Aurelianenſis, qui ex altera Burgundicæ erant factionis, Baſileæ, die in der einen/vnd die in der andern Statt wohnen ſæpe parũ conſentiunt, cum tamen vnicus tantum ſit interiectus fluuius. In aliis locis diſſentiunt ſuburbani ab oppidanis.

CAP. IV.

INterpretes putant hoc capite nouas afferri cauſas: ſed verius eſt, Ariſtotelem hanc vltimam cauſam vberius hoc cap. pergere explicare. Quod nimirum hæc exigua cauſa multa concitet; ſi hoc

ei ac-

Digitized by Google

ei accidat, vt incidat in perſonas Reipub. principes. Quemadmodum.n.ſi morbi ſint in pede vel alio membro, non ita curantur, quam ſi ſint in pectore, pulmone, gutture, & partibus nobiliſſ. corporis (alibi enim negliguntur) ita etiam in Rep. explicat cauſæ huius magnitudinem, quatenus ſcil. ineſt in magnis hominibus, licet in aliis negligatur. Politici quidam diſputant, inter proceres regni alendas eſſe diſcordias, ita enim fieri, vt alter alterum timeat, ne coeant & contra regem ſuum ſeu ſummum principem tam facile conſpirent, quemadmodum & Cato in familia ſua diſcordias alebat, vt alter alterum proderet. Sed hanc ſententiam rectiſſime oppugnat Lipſius. Illæ enim diſcordiæ erumpunt in magna mala, euertit Reſpub. vt Pom. & Cæſaris diſſenſio Rempub. Roman. euertit. Cicero 1. Orat. de Aruſpic. Repub. ſic ait: Neque enim vllus alius diſcordiarum ſolet eſſe exitus inter claros & potentes viros, niſi aut vniuerſus interitus, aut victoris dominatus & regnum. Hoc ipſum hodie loquitur Gallia, propterea etiam legib. prohibendæ ſunt & cohibendæ diſcordiæ nobilium & procerũ quantum fieri poteſt. Habemus hic etiam huius rei elegans teſtimonium in verbis διόπερ ἀρχομένων.

ἡ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός.] Principium dimidium totius eſſe dicitur. Sic dato principio motus, reliqua ſequuntur in Phyſica. Als wenn man anfengt zu Peiffen/ ſo tantzet Hänſel mit ſeiner Greten fort/ etiamſi nemo Peiffet amplius. Sic inſcientiis, ſi amor diſcendi accenditur, opus egregie feruet. Vnd man läſt darnach nicht leicht nach/ es geht

tapffer fort/ wann einer nur ein Anfang hat. Florentiæ quæ mala fuerũt, peruenerunt ex vnius libidine adoleſcentuli, der hat den Anfang gemacht.

ἐν συρακούσαις.] Enumerat aliquot exempla, quorum ſenſus eſt: Res paruas occaſiones malorum magnorum fuiſſe.

μεταβάλλουσι δὲ καὶ.] Duæ aliæ cauſæ, quæ ſunt ex accidente. Prima eſt ex eo: ſi nimirum ordo aliquis in Repub. magnam exiſtimationem conſecutus ſit rebus ſecundis, tunc accidit id, quod ſolet humanitus accidere, vt ordo ille attollat animos, & magnos ſibi ſpiritus ſumat; alterumq; ordinem contemnat ac minoris faciat.

2. Et vult cauſam itidem eſſe fere ex accidente. Æquiuocatio ordinum Reipubl. ſi non putant: tunc minime omnium diſcordabunt, quoniam ſunt æquati: Vulgo dicitur. Ein Schwerdt hält das ander jnnen.

Verum ſi alter ſit debilior, tunc alter eſt inſolens. Solet interdum quidem ita fieri, ſed contra etiam fit. Nam ſi ordines ſint inæquales, ſi maxime ſuperior vellet dominare, inferior non vult, ſed vbi tantum virium accepit, vt tantundem poſſit, iam oriuntur ſeditiones. Romæ initio patricius ordo vicit plebeium, ideo ſecure dominabatur. Paulatim plebeius ſuccreuit, & noluit poſtea amplius parere patriciis.

Διὸ καὶ ἡ κατ' ἀρετήν.] Quia inferior perſona non vult cum periculo dimicare, cauſa eſt, cur viri boni non moueant ſeditiones. Superius dixit, non velle, hic etiam dicit, non poſſe.

Κινοῦσι δὲ.] Sequuntur modi ſiue cauſæ inſtrumento-

mentorum agendi. Modi ſunt duo, vis & dolus ſiue aſtutia. Vi mutatur forma Reipubl. cum ſtatim ab initio ſeditionibus & armis à ſenatu extorquetur magiſtratus. Intelligit aũt tantum vim ciuium armatorum. Nam cauſæ mutationum, quæ ab hoſte ſunt, hic non commemorantur.

2. Aſtutia. Interdum autem eſt dolus ab initio & poſtea vis adhibetur, & contra. Sunt ſtratagemata domeſtica ſiue togata. Vide Hiſtoriam Semiramidis apud Muret, in variis lectionibus, &c. Hic quærat quis: an omnes cauſæ quæ mutant Rempub. ab Ariſtotele ſint enumeratæ, an ſint prætermiſſæ quædam? Et occurrit Fatum. Vir enim ſummi ingenii & admirandi iudicii Lipſius, quem veneror non ſolum in Politicis, ſed in aliis etiam ſuis libris Fatum inculcat. Imo in libello de Conſtantia eo nomine Ariſtotelem accuſat: Cur, inquit, Philoſophus Fatum inter cauſas rerum non numerat, cum tamen inter eas numeret fortunam. In notis ad Polit. duo adfert exempla, Cæſar, inquit, ad principatum venire debet? Societatem cum illo Pompeius coeat, & callide euehat iuxta ſeſe: Deiicere poſtea vult, fruſtram cauſam duntaxat armorum præbeat, turpiter & imperite ex Italia fugiat, aleam de ſumma re vno prælio iaceat feſtinanter.

Alterũ exemplum eſt in Monarchia Romana, Romanos, ait, imperare, fatum eſt? Annibal à Cannis Romam non petat: Philippus fœdus ſine effectu cum illo ineat, & nauis cum legatis, velut caſu capiatur, cæteri item reges, quieſcant,

& alii poſt alios vincantur, FATALI OMNIVM IGNAVIA. Ergo hæc omnia docent fatum fuiſſe Romam regnaturam. Ita etiam vulgo eſt in multorum ſermonibus. Sæpe iuuenes dicunt, coniugia eſſe fatalia, ſed Crato Medicus Imperatorius (cum quo biennium vixit Scherb.) dicere ſolebat: Coniugia ſunt fatualia, wenn der Hanß der Narr/ ein Narren gefreſſen hat/ an der Greden. Sed quod pace Lipſii dictum ſit, iniuriam facit Ariſtoteli. Nunquam enim fortunam inter cauſas numerat. Dicit quidem 2. Phyſcor. vulgus multos effectus referre in aliam cauſam: Sed docet poſtea quomodo incidant in iam adlatas cauſas. Et ita non eſt noua cauſa, ſed cauſarum priorum concurſus, qui concurſus cum nobis non ſit cognitus, inde fit vt fingamus nouam cauſam, cum tamen non ſit noua. Quando ſub tecto ambulo, & tegula decidit, quæ me interficit, ibi eſt concurſus cauſarum agentis & patientis, non eſt noua cauſa. Non enim prætereo, vt me tegula interficiat, nec tegula hac de cauſa decidit. Sic in reperiendo theſauro præter mentem & cogitationes hoc fit, ſi foſſio adhibetur. Imo apertiſſime princ. 12. Metaph. τὸ αὐτόματον & fortunam vocat στερήσεις, id eſt, priuationes cauſarum. Inde dicitur: vbi plurimum mentis eſt, ibi minimum eſt fortunæ, & vbi minimum mentis eſt, ibi plurimum eſt fortunæ. Ariſt. in problem. Fortuna eſt præter mētem. Hinc dicuntur fortunati medici, vt ſi ego alicui do purgamentum, & illud præter meam opinionem ægro maxime prodeſt, fit præter meam mentem. Sic etiam dicitur: vbi plurimum eſt naturæ, ibi mini-

minimum eſt caſus, & vbi minimum eſt naturæ, ibi plurimum eſt caſus. Caſus enim eſt aliquid præter naturam. Fortuna eſt priuatio mentis, & caſus eſt priuatio naturæ. Ad quæſtionem illam, cur Ariſtoteles inter cauſas mutationum Rerumpub. fatum non numeret? Reſpond. Per fatum intelligi aut cauſam aliquam, quæ ſupra lunæ circumflexum eſt conſtituta, vt quando dicitur; matrimonia in cœlis diſponuntur, in terra contrahũtur, aut ipſam diuinam prouidẽtiam, aut id quod ſequitur prouidentiam, vt prouidentia ſit quaſi in animo, & fatum ſit effatum quod ore profertur, & ſit quaſi quoddam conſequens, ſiue dicas: Fatum eſſe animam mundi, vt Plato, qui dixit; animam mundi eſſe Deam neceſſitatis, cuius tres ſunt filiæ, Clotho, Lacheſis, Atrapos, ſiue intelligas (vt Ficinus explicat) illam immobilem rerum mobilium diſpoſitionem, aut catenam & ſeriem cauſarum. Quidquid ex his intellexeris omnia pertinent ad ſuperiora, ad ea quæ ſunt ſupra Lunam. Dico itaque, Ariſtotelem fatum iure non poſuiſſe inter cauſas neque in Phyſicis neque in Politicis. In Phyſicis non potuit, quia omnia illa ſunt ſupra naturam. Natura enim eſt in ſublunaribus & tantillum in cœleſtibus. Eſt enim prope ſupra naturam corpus cœleſte. Tractatus de fato (prouidentia) potius pertinet ad ſupremam Philoſophiam. Non etiam in Politicis potuit, quia politicus debet rerum ſuarum, quarum ſcientiam tradit, cauſas adferre politicas, politica politice ſunt tractanda. At fatum non eſt cauſa politica. Quicquid enim ibi eſt, fit ab inſtituto &

conſilio humano,& non pendet à corporibus cœleſtibus. Homo eſt Architectus Rer. pub. Quemadmodum medicus non tradit illas morborum cauſas, quas tradit Theologus. Theologus dicit, peccatum cauſas eſſe morborũ: Medicus intemperantiam,aërem,humoris alicuius redundãtiam, non aſcendit ad eas cauſas, quarũ correctio nõ eſt in ipſius poteſtate.Ergo neq;in Phyſic. debuit neq; in Politicis mẽtionem facere, quando ꝓ ſupcęleſtibus vſurpatur. Neq; etiam in Metaphyſ. de Fato debuit agi,quia modus Philoſophandi Ariſt. longe alius eſt, quã Stoicorum,& Pythagoræorũ, Pythagoræi quidẽ & Stoici decreuerunt de reb. illis tanq̃ legiſlatores. Ariſt.Philoſoph. longe alia eſt. Incipit enim à nobis notioribus, & vbi demõſtrationes non poteſt habere, mauult ſilere. Non conſtat, inquam,decretis Philoſophia Ariſtotelis nec πιςὰ tradit,ſed ἐπιςητά. Differunt argumentum & Demonſtratio (demonſtratio eſt argumentatio) qui demonſtrat à primis initiis incipit, & non niſi præſuppoſitis fundamẽtis ac præmunitus progreditur,& reddit ἀμετάπτωτον. At Dialecticus, vel is qui argumentatur,ſumit θέσιν ex media ſcientia (quia ſubito irruit) wie der Bawr ins Wirdtshauß/ non præſuppoſitis fundamãtis, ſed ſtatim à genere,&c.Nunq̃ Ariſt. tractat de reb. ſupercœleſtib. niſi ex iis paulatim gradũ ſtruit ad altiora. Contra Plato & Stoici ſtatim à ſummis illis, q̃ nobis ſunt obſcuriſſima,incipiũt.Plato quidẽ ab intelligibili mũdo ad ſenſibilem.Ita Lipſius hodie in Phloſophia ſua Stoica incipit de Deo,de Fato,&c. nõ recte;oportet nos ſcala vti,qua Ariſt.ꝑ q̃ aſcẽdamus ad ſuꝑiora.Bonamicus rectiſſime ait:ſolus Ariſt.& Ga-

Digitized by Google

Gal. artē demōſtrandi nouerūt, Stoici vero argumentandi tantū. Stoici & Theologi tradunt πιστά. Dicunt enim αὐτὸς ἔφα. Ariſtot. vero ἐπιστητὰ Philoſophia enim ꝓfitetur τῆς ἀληθείας ἐπιστήμην, &c. Ergo Ariſtoteles non debuit de caſu & fato agere, quia fati nomen pertinet ad aliam ſcientiā. Quod ſi autem fatum ſignificet aliquid in his rebus inferiorib. v. g. ſi quis aliquoties è naufragio euaſerit, nec tamen deſiſtit ſe mari committere, ſi naufragio tandem pereat, vulgus eum fato periiſſe dicit.

Si quæris cauſam, dico, vt natura eſt principium motus ſpecierum, ita propria cuiuſq; natura eſt propior motuum cauſa. Contentioſitatum eſt cōtentioſa natura. Si cōtenſioſus occidatur fato ſuo, id eſt, naturali propenſione ad contentiones periiſſe dicitur. Conſilia & προαιρέσεις ſe fere ad naturam accommodant, & eidem reſpōdent. Homo timidus timida plerumq; init conſilia: animoſus contra animoſa, vbi miſcetur propria natura cum eo, quod eſt in noſtra poteſtate. Libertas ſequitur naturalem ꝓpenſionem cuiuſq; hominis, vt audax audacia capiat conſilia, in primis ſi fortuna ſecunda vel aduerſa accedat. Naturalis propēſio fatum eſt.) Si igitur. Ariſtotel. hoc nomine reprehendis, quod non attulerit Fatum in hac ſignificatione: Reſp. In ſcientiis Ariſtoteles non deſcendit ad Indiuiduorum cauſas, vt cauſæ illæ fatales ſunt ſupra ſcientiam, ita cauſæ indiuiduorum ſunt infra ſcientiam. In Phyſicis iubet Plato quieſcere, quando ad ſpecies ventum eſt.

Ad exemplum de Pompeio, quia mox amauit Cæſarem, mox odit. Reſpon. Imperitiam potius accuſandam eſſe Pompei, de quo Salluſt. ſcribit: Vir maiore fortuna quam ſapientia. Ita etiam de Roma: poteſt reuocari ad cauſas Politicas. At cui bono tractare de Fato, cū illud vitare nequeamus? Reſpondēt nōnulli, vt nos eo melius poſſimus applicare ad fatum, & non facto reſiſtamus. Veriſimile eſt, fieri aliquid præter veriſimile. In reb. humanis nō fiunt multa præter inclinationē.

Poſſet

in Oligarchiam, nunc in tyrannidem, nunc in Democratiam deteriorem, id eſt, in plurium dominatum quam antea, quæ eſt extrema & peſſima Democratia: ſic ſol nunc indurat lutum, nunc liquet ceram.

Διὰ τὴν τῶν δημαγωγῶν ἀσέλγειαν.] 1. modus, quo Democratia mutatur, ſeu oratoria facultas nuſpiam maiorem habet locum, quam in Democrat. Hinc Athenis & Romæ tot fuerunt oratores. Et plus poſſunt Demagogi in Democratia, quam ferrũ. Populus ibi auribus tenetur, inſtillant ipſi paulatim odium aduerſus diuites. Diuites autem quoniam populus ipſorum bonis, ac ſæpe etiam vitæ inſidiatur, illi coniungunt ſeſe communi metu, & collectis virib. impetum faciũt in populum, & ita populus ſæpe vincitur, & poſtea Oligarchia confirmat vires ſuas. Et ita cauſæ προηγουμενικαὶ ſunt concionatores, oratores dum priuatim malis conſiliis onerant populum, & publice eundem concitant.

Συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος.] Dicere quis potuiſſet: Diuites & nobiles ſæpe inter ſe diſcordant. Ergo vnus alterum ſinat à populo dilaniari. Reſpondit Ariſtoteles: communis metus plerunque homines coniungit vel inimiciſſimos. Propterea Veſpaſianus, cum obſidere vellet Hieroſolymam, & diſtracta eſſet inteſtinis ſeditionibus, fuerunt ei auctores nonnulli vt maturaret, noluit. Nam ſi iam venero, dixit, communis metus eos coniunget, expectabo vſque dum ipſi vires inter ſe conterant, & ita res fæliciter ſucceſſit. Θάρσος ſeu confidentia homines reddit ſocordes, negli-

negligentes ac plerunque etiam contumaces: poſtea, das ein Jahr gewinnen wir: das ander Jahr verlieren wir. Metus vero eos reddit attentos propenſoſque ad ordines ſeruandos. Quando medicus metum iniicit ægroto, incipit parere.

Et hoc non ſolum in vna Repub. fit, ſed & in magno aliquo imperio per ſe diſtracto, vt ſe coniungant propter communem metum.

In Græcia ſingulæ ciuitates cum ſingulis imperare ſtuderent, omnes ſimul imperium perdiderunt paulatim. Quemadmodum etiam non coniunctis virib. fuerunt contra Romanos magni & florentes Reges, Mithritates, &c. ſed alter poſt alterum capite interimitur, occupatur, & ita paulatim omnes, &c. Idem fit hodie (proh dolor) in Germania, die Fürſten ſehen gern daß Nürnberg/ die oder jene Stadt zugrund gieng. Recte Solimannus Imp. Turcarũ (cum illi de viribus Romani Imperii, principum diceretur) dixit, ſi eſſent coniunctis viribus, ſi eſſent vt manus in pugnum contracta, das thät etwas. wann die Finger (ordines Imperii) zuſammen hielten/ vnd der Daumen / id eſt, pollex, digitus reliquis pollens, (Imperator) darob lege. Vnus certe digitus & alter nihil poteſt, ſed ſi coniungunt vires multum valent. Hoc autem debebat facere communis metus. Immediata cauſa eſt metus, daß ſie zuſammen halten Vt ille metus excitetur in populo, oritur ab aſſentatione, adulatione.

Adulatores non ſolum euertunt Democr. ſed etiam regna: Vitium omnium turpiſſimum, nihil enim ſeruilius adulatione. Non eſt generoſus

ſpiritus

ſpiritus in eo, qui adulatur. Oportet enim vt omnia admiretur, ſeque plane illi ſubiiciat, cui aſſentatur.

Affectus adulationis eſt, vt intumeſcat animus. Nam ineſt hoc vitium omnibus φιλαυτία, vt quis de ſe magnifice ſentiat, vt quis eum ſe putet qui non eſt. Et cum per ſe ſit φιλαυτία cæca, ab adulatoribus magis augetur. Als wann einer ohne das von natur gern trincket/ augetur libido potandi, Wann einer zu guten Geſellen kompt. Ita ſuſcipiunt interdum principes res graues ex ſuperbia, ferocitate illa, quam alunt adulatores, quas tamen poſtea ad finem perducere nequeunt.

Propterea modeſtia, quam diſcimus rebus aduerſis, maxima pars eſt prudentiæ. Contra φιλαυτία præcipitat homines. Verum, teſte Athenæo, Adulatores artificium ſuum non κολακείαν ſed ἀρέσκειαν vocant. Sunt ἄρεσκοι non κόλακες, ſicut etiam meretrices ſe vocant Cordiſanas, id eſt, ciuiles ſeu blandas & humanas, gar Züchtige vnd Freundtliche Jungfräwlein. Semper aliud nomen imponitur.

Curtius inquit: Regum opes ſæpius adulatio euertit quam hoſtes. Nam hoſtem poſſumus aliquo modo vitare; adulatores vero cum applauſu ingrediuntur. Hoſtis corpus tantum petit, adulatores animum. Princeps poteſt habere ſatellites, ſtipatores aduerſus ſicarios, non aduerſus adulatores. Quemadmodum is, qui perſuaſionibus virginem inducit, vt liceat ſibi rem habere cum ipſa, deterior eſt eo, qui vi adigit. Hic .n. corpus quidem corrumpit, animus autem manet integer & in-

& incorruptus. Ille vero non ſolum corpus, ſed & animum eius corrumpit. Ita etiam adulatores, qui blande influunt in animos, deteriores ſunt hoſtibus, qui aperte corpus petunt.

ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχαίων.] 2. Modus in Tyrannidem. Olim maxima pars non erant Demagogi, ſed populus præficiebat Imperio aliquem peritum rei militaris, quia non poterant ſæpe adeſſe, illi poſtea plerunque Imperium occuparunt trib. de cauſis 1. Quia erant militares. 2. Quia magna Imperia committebantur ipſis. 3. Quia vrbes adhuc erant paruæ. Olim erat ſeculum rerum, nunc eſt verborum. Olim omnia fortiter fiebant & virtuoſe peragebantur; hodie more Græcorum virtuoſe diſputatur, id eſt, omnis noſtra virtus eſt in verbis, quid ſit Temperantia, Fortitudo. Quemadmodum Scythar. fides eſt in promiſſis, vel in iureiurando. Non tum eſt religio, quando digitus tollitur, &c. Scythæ de Græcis ſolebant dicere: Græci ſunt magiſtri verborum, id eſt modulate & compoſite ad populum verba facere poſſunt. Germani olim erant in ſeculo rerum faciebant non dicebant. Hodie ſecus eſt. Quid enim? Quot hodie adhortationes quæſo exſtant ad milites pro communi periculo depellendo: Heut zu Tag ſchreibt man wider den Türcken: Man läſt Türcken Gebetlein außgehen / vt videre eſt in Catal. Nundinar. Francofort. Eodem modo apud Græcos fiebat tempore Demoſthenis. Fides apud quoſdam populos eſt reipſa; apud alios verbis.

Frugalitas apud Hiſpanos reipſa eſt, apud alios verbis: Sed oportet virtutes re adeſſe, non verbis.

Veſti-

Veſtitus non ornat hominem, ipſe ſit formoſus oportet. Si natiua pulchritudo abeſt, plus interdum adſcititia deformatur quam exornatur. Marius apud Romanos ſemper conuiciis proſcindebat nobilitatem, & ita ſe apud populum inſinuauit, fuit reuera vibex Reip. wie auch der Müntzer im Bawren Krieg.

Μεζαβάλλουσι.] 3. Modus. Quando dominatio ad fecem populi migrat, quæ eſt inſolens & peſſima mutatio. Vt enim vinum optimum, cui plurimū aquæ infuſum eſt, in peſſimum abit, ita hæc Democratia, in qua tantum optimi antea dominabātur, abit in peſſimā. Hæc mutatio ita fiebat: In bona Democratia Magiſtratus per tribus & per delectum creabantur, ſed paulatim deducta res eſt ad ſortem & vrnam.

CAP. VI.

OLigarchiam ſæpius mutat vel cōtumelia, vel auaritia hominum Oligarchicorum, quando nempe vel famam plebeiorum lædunt, vel eos bonis exhauriunt. Ex his tamen iniuria eſt cauſa communis. Populus quidem ſæpe diu quieſcit & fert iniurias, donec Aeolus aliquis oriatur, qui turbas det & ſeditionum fluctus mouet, id eſt, vſque dum accipiat auctorem, inprimis ſi ſit vnus ex diuitibus, qui populo ſtudet. Sæpe aliquis famelicus homo, qui modo ſit feruidus, audax præficitur. Quemadmodum Florentini hominem, ſeminudum elegerunt, qui totius ſeditionis dux fuit, & q̄ victor poſtea tales dedit leges, quas à diuitibus minime accepiſſent. Ita etiam ſartor

ille, Hanß von Leiden / dux fuit Anabaptiſt. vide Schleidanum. Democratiæ firmiores ac ſtabiliores ſunt quam Oligarchiæ. primo: In Democratiis homines non ita diſſentiunt, quemadmodum in Oligarchiis ſunt & plebs, quæ Oligarahicos oppugnat, & ipſi homines Oligarchici inter ſe diſſentiunt. Democratiæ vero tantum ab hominibus Oligarchicis oppugnantur: plebs autem non ita inter ſe diſſentit, & tanto cum Reipublicæ detrimento. 2. In Democratia etiam mediocres homines honoribus afficiuntur: in Oligarchia magnum oportet cenſum habere.

3 Democratiæ ſunt viciniores politiæ, quam Oligarch. Ariſtocratiæ. Democr conſpirans ſeu conſentiens ex ſe ipſa, non facile interit. Oligarchiæ autem abeunt in Tyrannidem, cui valde ſunt vicinæ, aut in Demo cratiam: aut in Democratiam aut in Oligarchiã alterius gractus ſeu generis. Cauſæ harum mutationum interdum ſunt à plebe, interdum ab ipſis nobilibus ſeu diuitibus, ſed iis, qui non poſunt eſſe participes honorum in Rep. (Als zu Nürnberg werden nicht 2. Septemuiri auß einem Geſchlecht. Si quis ergo eſſet πεφρονηματισμένος, der gern hoch am Bret ſitzen wolte / ille alios eiicere niteretur) interdum ab ipſiſmet Oligarchicis, qui gerunt magiſtratum. A plebe, quãdo videlicet plebs à potentioribus illis vel multis afficiatur iniuriis, idque fit aut à plebe ſola, aut quando aliquem ducem habet feruidum, aut è ſemetipſis, ſeu ex ſuo ordine, aut ex ipſa nobilitate: Vel quando non quidem iniuriis eſt affecta, ſed quia videt nobiles inter ſe diſſentire. Diſſentiunt autem,

autem, quando nonnulli excluduntur honoribus, ver. gratia, filii natu minores. Arripit, ergo occaſionẽ, quia omnia ſita ſunt in tempore. Occaſio tanti eſt momenti, vt ex ea Medicus & Impr. definiantur. Ter. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum. Tãtum poteſt occaſio, vt ſi cauſa efficiens incidat in commoditatem & aptitudinem agendi, nomen ſuum mutet, id eſt; non amplius nominetur cauſa efficiens, ſed fortuna, q. diuerſa ſit cauſa aliqua, cum ſit commoditas agendi optima. Omne quod diſcordat eſt imbecile, & propterea ſapientis eſt ducis inter hoſtes diſcordiarum ſerere cauſas, tum fiunt imbeciles. Tacitus ait: Nihil fortuna poteſt magis præſtare quam hoſtium diſcordiam.

Æmil. de Mediolanenſi duce: Quã vulgo fortunam vocãt, ipſe ſibi fecit occaſionẽ. Quando operam do, vt occaſiones mihi naſcantur præclarę: quando ebrii ſunt hoſtes, & mitto vinum, mihi ipſi facio fortunam opprimendi.

Vegelius, quod citat Liſius: Nulla quamuis minima natio (ô notabile verbũ propter Ordines videlicet confœderatos Belgii) poteſt ab aduerſariis perdeleri, niſi propriis ſimultatibus ſe ipſam conſumpſerit.

Κινῶν) ʒ.] Nunc ad eas cauſas pergit, quæ ſunt in magiſtratu, vel in dominantibus ipſis; alteræ duæ erant in plebe & diuitibus. Adfert autem 7. cauſas. 1. Eſt aſſentatio quæ triplex eſt, quando vnus alterue ex diuitibus aſſentatur huic vel illi parti, tunc fit diſſenſio, vt Romæ alii erant à partibus Pompeii, alii Cæſaris. Cic. nimis eſſentiebatur

 Pompeio.

Pompeio. Hinc multi Ciceronem conuitiis prõſcindunt. 2. Quando aliquis ex illis nobilibus aſſentatur vel vniuerſo populo, vel aliquibus è populo. Et hoc frequenter fit, quando populus habet poteſtatem eligendi ſeu creandi magnum aliquem magiſtratum, tunc, qui peruenire volunt ad illum magiſtratum, adulantur populo, cui adulari faueat. Quemadmodũ Spartæ Ephori eligegebantur à populo, cui adulari cogebantur diuites, qui ad dignitatem iſtam aſpirabant. 3. Quando nobiles coguntur confugere ad populum (& hæc impropriè eſt aſſentatio) quia videlicet quidam Oligarchici nimis magnam poteſtatem ſibi ſumunt, Wann die Mittherrn einem zu viel ein nemmen/oder neuwe Religion einführen wöllen/ tunc cæteri confugiunt ad populum. Et hæc de prima cauſa, eiuſque modis tribus.

II. Cauſa eſt: Quando nonnulli ex Oligarchicis rem ſuam familiarẽ exhauſerunt, & facti ſunt obærati σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν, nemo ipſis fidem habet. Cic. res abiit, fides periit, das gibt darnach ein rechtes ſeminarium Catilinariũ. Et hoc fit vt plurimum, vbi nulla eſt cẽſura, vbi luxus legib. non cohercetur. Cum Tarquinius pulſus eſſet in exilium, ſciebat multos eſſe obæratos, iccirco per hoc volebat bellum inteſtinum excitare. Cato apud Plutarch. Reſp. non poteſt eſſe ſalua, in qua piſciculus pluris quam bos venditur. Delicatiſſima conuiuia Tripartita ex piſcib. olim erãt, vt ille Florent. ex hiſtoriis obſeruauit. Quid hic fit? Quia ead. inquit Cic. libido permanet, quæ fuit abundantia, tunc aut

ipſi

Digitized by Google

ipſi Tyrannidem affectant, aut operam dant, vt aliquis ex diuitibus fiat tyrannus, damit ſie wider zu Reichthumb mögen kommen/ aut compilant res cõmunes, quod alii non poſſunt ferre, ſe illis opponunt, aut ægro animo ferunt, quod ipſi non poſſint.

III. Cauſa eſt: Quando eſt geminatio Oligarchiæ, ſeu inſertio Oligarchiæ in aliam Oligarchiam, quod fit, ſi potentes affectant viam ad ſummum, verbi gratia, eſt Oligarch. in qua eſt ſenatus 50. alius ſenatus 24. alius 7. virorum, vbi non omnes peruenire poſſunt potentes ad auguſtiſſimum ſenatum, vbi καταλύονται.

IV. Differentia: quando neceſſarius vſus eſt militum, id fit vel tempore belli, vel etiam tempore pacis. Tempore enim belli Oligarchici non fidunt ſubditis vel ciuib. ſuis, vtuntur ergo milite conductitio, & tamen non poſſunt plane etiam illis fidem habere, ſed coguntur præfectum conſtituere ex ſe ipſis. Hic poſtea ſibi conciliat milites, & inſtituit contra Rempubl. quo facto abit Reſp. in Monarh. ibi γίγνεται δὲ μεταβολή.

Eodem modo tempore pacis, quoniam diuites ſibi ipſis diffidunt, tunc etiam poteſt fieri, vt qui præfectus eſt paulatim inuadat hac fiducia, quia ſuis ciuibus diffidunt. Vide verba ἐν δὲ τῇ εἰρήνῃ. Ita Romani metuunt Camillum, Cæſarem, Octauianum, Lepidum, &c.

V. Cauſa: Mutuæ diuitum ipſorum inter ſe iniuriæ & offenſiones. Hæc quidem cauſa communis eſt, ſed proprie fit apud Oligarchicos. In Monarchia nõ fit, quia vnus ſibi iniuriam non infert.

Neque in Democratia facile, quia multitudo non patitur. Iſtæ iniuriæ ſæpiſſime naſcuntur ex matrimoniis, ſed ex vxoriis conditionibus, als wann ein familia dieſe begert/ vnd man läſt einen durch den Korb fallen/daß thut wehe. q. familia contempta ſit, tunc exardeſcunt animi. Item, quando in iudiciis grauius puniuntur, putant, es komme daher/ quod aliquando iudicem offenderint, etiamſi ſecus ſe res habeat. vide verba γίνονται δὲ στάσεις

Διακαστηρία.] Oligarchia eſſe poteſt, licet iudicium forenſe non ex nobilibus conſtituatur. Iudicem eſſe in cauſis priuatis, nondum eſt eſſe ciuem ſeu partem ciuitatis: Es iſt zu klein. Vt olim apud Rom. adulterium non fuit capitale, ita hic quoque apud Græcos, ſie ſtelleten nur einen an Pranger/ Hodie neque in Italia, neque in Hiſpania, vt & multis locis Germaniæ non eſt capitale.

VI. Cauſa eſt impotens nonnullorum adminiſtratio: ibi, πολλαὶ δὲ

VII. Quando ipſorum potentum voluntate Oligarchia fit aut adſtrictior, aut laxior, & ita vna ſpecies abit in aliam, vna Oligarchia in aliam, leges q; ſubinde nouæ conficiuntur. ibi. γίγνονται.

Hæ ſunt cauſæ ſeptem, quæ per ſe ab ipſis Oligarchicis fiunt. Sed fit etiam mutatio per accidẽs, ex caſu & euentu.

Γίγνονται δὲ καὶ ἀπὸ.] vt quoniam Oligarchia conſtituitur per certũ cenſum, in principio ita erat inſtitutũ, vt qui 5000. fl. poſſidebat poſſet magiſtratus fieri particeps. Poſtea fit caſu quodã ciuitas ditior, & fit, cum antea centum ſolummodo tales

erant

erant, vt nunc ſint 300. Hinc Oligarchia fit remiſſior. Interdum autem homines celeriter & ſubito diuites fiunt, Als die im Jochimsthal. propter maximam argenti copiam, aut parta aliqua victoria, ſicut Romæ victo Antiocho, vbi iam omnes ſunt participes Reipublicæ. Et hoc fit vel in mercatoriis, vel in militaribus vrbibus, ibi neceſſario Oligarchia mutatur in anguſtiorem ſtatum.

CAP. VII.

IN hoc cap. Ariſtoteles agit de mutatione Ariſtocratiæ, non quidem illius propriæ, ſinceræ & per ſe, (nam ea non diſſoluetur, niſi ab externa aliqua cauſa, puta bello, &c. de cauſis autem mutationum internis loquimur) ſed mixtæ Ariſtocratiæ, id eſt, eius, quæ conſtat è Democratia, Oligarchia & virtute, id eſt, vbi & populi, & diuitum & virtutis habetur ratio; vel populi tantum & virtutis. Vulgo, vt & apud Platon. alioſque Oligarch. nominatur Ariſtocratia, qa diuites vulgo etiam boni viri putantur, cum quia melius ſunt educati, tum quia in contractibus magis fidem ſeruant. Hinc Romæ dicebantur aduerſarii optimates Cæſari. Ariſtocratiæ mutantur in Democratias, Oligarchias & plerunque in Tyrannides. Cauſa harum mutationum in genere hæc eſt, quod Ariſtocratiæ non ſunt mixtæ, non ſunt bene fermentatæ, ideo ſeipſas corrumpunt.

ἐν δὲ ταῖς ἀρ.] In ſpecie vero cauſæ hæ ſunt: Quia pauci ſunt honorū participes, quod eſt valde Oligarchicum: ideo facile abit in Oligarch. Nam vel Oligarchici, quia potentiores ſunt, ad ſe Rempub. trahunt, vel plebs inſurgit aduerſus potētiores, tanquam quæ ab illis iniuriam accipiat. Es iſt nicht wol vnter einander vermiſchet.

II. Quando negliguntur ii, qui magnos ſpiritus gerunt, qui ſunt generoſi pectoris πεφρονηματισμένοι, vnd der ſind ziemlich viel / illi poſtea volunt Rempub. occupare, vt Spartæ factum ab iis, qui Partheniæ, &c. ibi τῶν πεφρονηματισμένων.

III. Cum aliquis magnus vir, qui generoſi eſt ſpiritus, ignominia afficitur, ibid.

IV. Cum magna eſt æqualitas bonorum, wie es zuletzt zu Sparta iſt zugangen. Mixtio non eſt bona, non recta ratio virtutis.

V. Poteſt addi & hæc cauſa, quando vnus aliquis maiore poteſtate & auctoritate eſt præditus, quam cæteri, vt & apud Rom. Iul. Cæſar, Pauſanias.

Progreſſi ſumus ad eos ſtatus qui mixti ſunt. Nam in omni Republ. ſunt neceſſario certi hominum ordines, ad minimum duo, verb. grat. ordo plebeiorum & diuitum ſiue nobilium. Plerūque ſunt tres, mediocrium, infimorum & nobilium, vt Romæ erat ordo plebeius, equeſtris & ſenatorius. Noribergæ etiam tres ſunt ordines, Patricius, Mechanicus & Mercatorius. Spartæ erat ordo Regius, Senatorius & Plebeius. Athenis erant Patricii, mediocres & turba maritima. Quādo ergo Reſpub. melius ſeſe habent, tunc mixtæ ſunt ex hiſce ordinibus bene temperatis.

Cauſa

Cauſa ergo cauſar. mutationis cum Ariſtocratiæ tum Politiæ (quæ duæ ſunt præcipuæ mixtarum formæ) eſt non bona neque exacta miſtio. Quemadmodum in Oxymelite mixtio ex aceto & melle, ſi recte eſt facta, habet ſaporem talem, nec nimis acidum, nec nimis dulcem: ſiue plus ſit vel mellis vel aceti, ſo endert ſich ſchon der Sapor/ ita etiam quando iſti ordines duo, diuitum videlicet & plebeiorum non recte ſunt mixti, ſo endert ſich auch das ius, quod in bona mixtura æque diſtributum eſſe debet, id eſt, ſtatus migrat è ſuo iure, & migrat magis vel ad ius Oligarichicum, vel ad ius Democraticum. Sed videamus quomodo inclinet ad Oligarchiam Ariſtocratia ſeu optimatum ſtatus, ita enim ſimul etiam intelligemus, quomodo ad Democratiam vergat.

1. Si pauci ſint honorum capaces, das reimet ſich zu viel ad Oligarchiam. 2. Si quidam ſint præpotentes, & quidam valde pauperes, vbi nullum eſt medium. 3. Si magni & generoſi viri ab iis, qui Rempubl. poſſident, afficiantur ignominia; aut ſi aliqui æque pręſtantes πεφρονηματισμένοι plane excludantur honoribus.

4. Si vnus aliquis vir magnus ſit, maior fiat & quotidie accumuletur opibus. Hæc ſunt certa ſigna Ariſtocratiæ, & propter hanc malam mixtionem fiunt ſeditiones. ibi ἀρχή.

Eadem ratio eſt Politiarum. Illæ dicuntur Politiæ, q̄ magis inclinant verſus populum. Quando enim populus præponderat, ſemper ſuo commodo ſtudet, ſemper ſuam cauſam agit, ſibi in-

dulget, & rem ſuam auget: altera vero pars, quia negligitur, quia iniuriam accipiens inſurgit contra populum.

Summa Reſp. quando vnius tantum ordinis habet rationem, non eſt diuturna. In cereuiſia etiam accurata mixtio requiritur: ſecus tamen quotidie fieri videmus. Maiores, die groſſen ſtarcken Bengel apportant aquam, minores die kleine Männlein apportant frumenta, fit autem, vt cereuiſia nimis aqua miſta aceſcat.

Ariſtoteles hic non de puris & veris Politiis agit, quod quidem interpretes putant, ſed de mixtis & vſitatis, vt ex textu apparet. Primo habuimus Oligarchiarum & Democratiarum euerſiones, nunc agit rectiſſime de mixtis. Iam etiam inter ſe confert Ariſtoteles, quæ ſint ſtabiliores: qui ſc. ſtatus verſus populum vergit, eſt ſtabilior, quia in illo habetur ratio vtriuſque ordinis. Diuites & potentiores, vt Ariſtoteles in Rhetor docet, plerunque agunt impotenter, id eſt. nimium affectibus ſuis indulgent, ideoque ille ſtatus non diu durat.

Noribergæ ordo Patricius præualet, Mercatorius nihil fere eſt, ex Mechanico ordine quinque vel ſex viri eliguntur, qui Reip. ἀπάτης χάριν admouentur.

Venetiis officia honorum ſunt ſolūmodo penes Patricios, officia vtilitatis, die Gelt in die Küchen tragen ad alios transferunt.

Quando lien intumeſcit reliquum corpus tabeſcit.

Cic.

Cicero putauit ſe Roman. Rempubl. firmaſſe, cum ordinem equeſtrem coniunxiſſet cum Patricio, quem Cato iterum diſſoluit peſſime. Adfert etiam hic Ariſtoteles aliam mutationis cauſam τὸ μικρὸν, quando parua negligimus. Cauſa communis eſt parua negligentia, wann mann durch die Finger ſiehet.

CAP. VIII. ET IX.

AGIT de remediis, quomodo conſeruentur. Super hæc duo capita conſule Goleum in ſua Polit.

CAPVT X.

PROGREDITVR Ariſtoteles ad cauſas mutationum Reipublic. quam vnus obtinet, & quæ ſint remedia.

In Græcia non erant regna aut principatus, ſed liberæ fuerunt Reſpublicæ, indignum enim ipſis videbatur, homines libere natos tantummodo eſſe ſubiectos. Hodie apud nos contrarium eſt. Sunt enim pauciſſimæ Reſpublicæ in Germania, ſed plurima regna & principatus. Ariſtoteles ſeparationem fecit & primo egit de Republica, & deinde de regno & Tyrannide. Lipſius in ſuis Politicis contra de principatu ſaltem agit, quia pauciſſimæ hodie ſunt Politiæ & Ariſtocratiæ. Recte autem Ariſtoteles ſupra diſtinguit. Magnum quippe diſcrimen eſt inter Reſpublicas, quæ ab vno guber-

bernantur, & inter eas, quæ à multis. De duabus pariter agere non potuit.

παρεγκλίσια τοῖς.] Regnum eſt imitatio quædam Ariſtocratiæ, quia & ibi publicæ ſalutis habetur ratio. Tyrannis eſt ſimilis peſſimis formis. Democratiæ vltimæ, vbi fex populi dominatur, & Oligarchiæ extremæ, vbi paucorum impotentiſſima eſt poteſtas & libido. Hinc Plato vocat Tyrannidem omnis iniuſtitiæ ideam.

Agit autem 1. de origine & fine Regum. Iccirco eligitur Rex, vt ſit cuſtos iuſtitiæ, eamque defendat. Reges olim electi fuerunt propter virtutem auidam, ſed eorum ſucceſſores Reſpub. rurſus deprauarunt. Rex hunc habet finem, vt ne à plebeis abripiantur locupletum bona. Cic contra Rullum ait: Hoc eſſe fundamenta Reipubl. labefactare, Wann man den Reichen das jhre nimmet/ vnd den Armen gibet. Ariſtotel. in Rhetor iuſtitia eſt virtus, qua quis ſua ita habere poteſt, vt lex iubet. Vide Plinium in Panegyr. Traiani, qui laudat vota pro Traiano concepta ita: ſi bene Rempubl. (non priuatam) & ex vtilitate ciuium (ſcilicet omnium) rexerit. Ammianus imperium definit curam ſalutis alienæ. Cic de legibus. Salus populi ſuprema lex eſto. Propterea Rex comparatur parenti & paſtori. Tyrannus autem comparatur hero, coco & lanio. Tyrāno quodlibet licet. Et hoc eſt quod Ariſtoteles ait: Propoſitum autem eſt Tyranno iucundum. Hinc Seneca in Thyeſte Tyrannum introducit ita loquentem: Pietas, ſanctita, fides, priuata bonas ſunt: ſed reges eant

qua

qua lubet, die Bauern ſollen halten was ſie verheiſſen vnd zu geſagt haben. daß iſt gut Machiauelliſch. Machiauel. Regē multū confundit cū Tyranno.

Δημοφόρος βασιλεύς.] 1. Tyrannus. Ludouicus XII. Gall. Rex dicere ſolebat: Tyrannorum paſcua ſunt plebs & ruſtici.

ἐπιεικέσι.] Ariſtotel. τοὺς ἐπιεικεῖς, & vulgus τὸ πλῆθος fere inuicem opponit; id eſt, nomine vulgi homines complectitur improbos; Heylloſes Lumpen Geſindlein.

Ariſtoteles inter ſe diſcriminat Tyrannum & Regem. 1. ab origine 2. fine ſeu προαιρέσει. Multæ enim res Politicæ differunt ſolum fine ſeu τῇ προαιρέσει. Regis finis eſt Honeſtum: Tyranni vero Iucundum; & quidquid eo pertinet. Illius vtilitas publica, huius priuata. Sic ſupplicio afficitur, vt vel is, qui caſtigatur, melior fiat, vel vt exemplum ſtatuatur, & ſuppliciū eſt: Si vero ſanguinem effundas, vt iræ & libidini tuæ ſatisfacias, crudelitas eſt atque ſæuitia.

Sic fine differunt tributa & auaritia. Si ideo tributa imponis, vt rem tuam augeas, aut vt tuis inſeruire queas cupiditatibus, auaritia eſt: Sin ad publicum bonum hoc facis, iam proprie dicitur tributum. Sic & Sepulueda hoc loco ex Ioſepho: Foſſam ducere aut aggerē in militia ſtruere, ſi fiat vt mercedem inde exigas, ſeruile eſt: Sin vero facias Reipubl. cauſa, non item. Fiunt enim hæc etiam ab hominibus bene natis, quando neceſſitas requirit, & mandato iniungitur Imperatoris. Hinc Anachraſis, cum piſciculos in foro emptos ipſe domum ferret, à quodam hoc nomin reprehenſus,

ſus, quaſi id ſeruile, nihil aliud reſpondit, quam mihi porto, non alii, non mercedem exigo.

Iam Tyrannis, quæ eſt idea iniuſtitiæ, ex peſſimis quibuſque formis aliquid decerpit, vt ex Oligarchia σίφισμα illud Oligarchicum, plebi non imponere neceſſitatem arma habendi, ne videlicet plebs armis inſtructa in homines Oligarchicos irruat. Item excoriat, Schindet die Bauern / & ita diuitias congerit. Nā vt poſſit ſuis voluptatibus perfrui, oportet habeat pecuniam. Habet etiam vitia ex Democrat. Democratici non ferunt nobiles homines. Nam vitia ſemper oderunt virtutes. Nobilitas & opes in Democrat. crimen ſunt. Et hoc commune habet Tyrannis cum Democrat. Regib.n.inquit Salluſt. (intellige Tyrannos, iniuſtos dominos, vt & in illo: Reges odiſſe ſuperbos) boni ſc. malis ſuſpectiores ſunt. Mali .n. ipſis ſunt ſimiles: boni ſuſpecti ſunt ob virtutem, quam Tyranni maxime oderunt. Dio narrat immanem fraudem Cæſaris, qui in acie per ſuos curauit tolli, ſi quidem odiſſet. Hinc fit vt viri præſtantes in Tyrannide ſe non extollant, ſed latent in tenebris, ne videlicet ipſorum virtus innoteſcat Tyranno, atque ita tollantur, quia eradicantur illi, qui videntur æmulari, & ſapientiæ profeſſores tollunt, metuunt ne memoria eorū conſeruetur.

Sequuntur iam cauſæ mutationis. 1. Generaliter Monarchiarum. ibi καθάπερ ἐν σχεδὸν. 2. Tyrannidis in ſpecie. 3. In ſpecie regni, ibi. βασιλεία δὲ.

Communes cauſæ mutationum Monarchiarum ſunt eædem, quas ſupra in Oligarchia numerauit. Cauſa autem maxime communis eſt ira, quę tre-

frequenter naſcitur ab iniuria illata. Eſt aũt iniuria illa interdum proprie ſic dicta, quæ damnum nobis infert & fortunas noſtras lædit. Si. n. noſtra nobis adimãtur iraſcimur, & in ira aliquid facimus: Alia ira eſt quę naſcitur ex iniuria dedecorante, id eſt, contumelia.

Damnum facilius quis patitur quam ignominiam. Fit autem vel verbis, vel factis. Verbis nimirum iniurioſis, wann man einen ſo vnd ſo heiſt/ aut ſignis ignominoſis, quæ loco ſunt verborum. Als wann man einem den Eſel ſticht / wann man vber einen außſpeiet/&c. Quælibet fere gens habet ſuos geſtus, quibus ſignificat contemptum

Factis fit: illato ſtupro vxori aut filiæ, item verberibus, wenn mann einem ein Maulſchellen gibet/ oder ſonſten die Hauben rücket. Interdum mutantur Monarchiæ, non propter factam & illatam, ſed propter neglectam iniuriam. Si Rex non fungitur officio contemnit me, non audit me implorantem ipſius auxilium.

Verum interdum inuaditur princeps, interdum principatus, id eſt, interdum vitæ Monarchę ſtruuntur inſidiæ, interdum ipſe principatus appetitur, vt apparet ex Hiſtoria Gallica daß die Magſtri ſelbs gern weren König worden. Illo ad Halicarnaſſ. ad Appium: An te inebriauit amplitudo tui officii?

Sed inuaſiones quæ in principes fiunt, ſunt fere crebiores.

Exemplo ſint Caſſius, Brutus, qui non in principatum C. Cæſaris, ſed in caput coniurarant.

Con-

Neque in Democratia facile , quia multitudo non patitur. Iſtæ iniuriæ ſæpiſſime naſcuntur ex matrimoniis , ſed ex vxoriis conditionibus, als wann ein familia dieſe begert / vnd man läſt einen durch den Korb fallen/daß thut wehe. q. familia contempta ſit, tunc exardeſcunt animi. Item, quando in iudiciis grauius puniuntur, putant, es komme daher/ quod aliquando iudicem offenderint, etiamſi ſecus ſe res habeat. vide verba γίνονται δὲ στάσεις

Δικαστηρία.] Oligarchia eſſe poteſt, licet iudicium forenſe non ex nobilibus conſtituatur. Iudicem eſſe in cauſis priuatis, nondum eſt eſſe ciuem ſeu partem ciuitatis: Es iſt zu klein. Vt olim apud Rom. adulterium non fuit capitale, ita hic quoque apud Græcos, ſie ſtelleten nur einen an Pranger/ Hodie neque in Italia, neque in Hiſpania, vt & multis locis Germaniæ non eſt capitale.

VI. Cauſa eſt impotens nonnullorum adminiſtratio: ibi, πολλαὶ δὲ

VII. Quando ipſorum potentum voluntate Oligarchia fit aut adſtrictior, aut laxior, & ita vna ſpecies abit in aliam, vna Oligarchia in aliam, leſq; ſubinde nouæ conficiuntur. ibi. γίγνονται.

Hæ ſunt cauſæ ſeptem, quæ per ſe ab ipſis Oligarchicis fiunt. Sed fit etiam mutatio per accidẽs, ex caſu & euentu.

Γίγνονται δὲ καὶ ἀπὸ.] vt quoniam Oligarchia conſtituitur per certũ cenſum, in principio ita erat inſtitutũ, vt qui 5000. fl. poſſidebat poſſet magiſtratus fieri particeps. Poſtea fit caſu quodã ciuitas ditior, & fit, cum antea centum ſolummodo tales

erant, vt nunc ſint 300. Hinc Oligarchia fit remiſſior. Interdum autem homines celeriter & ſubito diuites fiunt, Als die im Jochimsthal. propter maximam argenti copiam, aut parta aliqua victoria, ſicut Romæ victo Antiocho, vbi iam omnes ſunt participes Reipublicæ. Et hoc fit vel in mercatoriis, vel in militaribus vrbibus, ibi neceſſario Oligarchia mutatur in anguſtiorem ſtatum.

CAP. VII.

IN hoc cap. Ariſtoteles agit de mutatione Ariſtocratiæ, non quidem illius propriæ, ſinceræ & per ſe, (nam ea non diſſoluetur, niſi ab externa aliqua cauſa, puta bello, &c. de cauſis autem mutationum internis loquimur) ſed mixtæ Ariſtocratiæ, id eſt, eius, quæ conſtat è Democratia, Oligarchia & virtute, id eſt, vbi & populi, & diuitum & virtutis habetur ratio; vel populi tantum & virtutis. Vulgo, vt & apud Platon. alioſque Oligarch. nominatur Ariſtocratia, qa diuites vulgo etiam boni viri putantur, cum quia melius ſunt educati, tum quia in contractibus magis fidem ſeruant. Hinc Romæ dicebantur aduerſarii optimates Cæſari. Ariſtocratiæ mutantur in Democratias, Oligarchias & plerunque in Tyrannides. Cauſa harum mutationum in genere hæc eſt, quod Ariſtocratiæ non ſunt mixtæ, non ſunt bene fermentatæ, ideo ſeipſas corrumpunt.

ἐν δὲ ταῖς ἀρ.] In ſpecie vero cauſæ hæ ſunt: Quia pauci ſunt honorũ participes, quod eſt valde Oligarchicum: ideo facile abit in Oligarch. Nam vel Oligarchici, quia potentiores ſunt, ad ſe Rempub. trahunt, vel plebs inſurgit aduerſus potẽtiores, tanquam quæ ab illis iniuriam accipiat. Es iſt nicht wol vnter einander vermiſchet.

II. Quando negliguntur ii, qui magnos ſpiritus gerunt, qui ſunt generoſi pectoris πεφρονηματισμένοι, vnd der ſind zimlich viel / illi poſtea volunt Rempub. occupare, vt Spartæ factum ab iis, qui Partheniæ, &c. ibi τῶν πεφρονηματισμένων.

III. Cum aliquis magnus vir, qui generoſi eſt ſpiritus, ignominia afficitur, ibid.

IV. Cum magna eſt æqualitas bonorum, wie es zuletzt zu Sparta iſt zugangen. Mixtio non eſt bona, non recta ratio virtutis.

V. Poteſt addi & hæc cauſa, quando vnus aliquis maiore poteſtate & auctoritate eſt præditus, quam cæteri, vt & apud Rom. Iul. Cæſar, Pauſanias.

Progreſſi ſumus ad eos ſtatus qui mixti ſunt. Nam in omni Republ. ſunt neceſſario certi hominum ordines, ad minimum duo, verb. grat. ordo plebeiorum & diuitum ſiue nobilium. Plerũque ſunt tres, mediocrium, infimorum & nobilium, vt Romæ erat ordo plebeius, equeſtris & ſenatorius. Noribergæ etiam tres ſunt ordines, Patricius, Mechanicus & Mercatorius. Spartæ erat ordo Regius, Senatorius & Plebeius. Athenis erant Patricii, mediocres & turba maritima. Quãdo ergo Reſpub. melius ſeſe habent, tunc mixtæ ſunt ex hiſce ordinibus bene temperatis.

Cauſa

Digitized by Google

Cauſa ergo cauſar. mutationis cum Ariſtocratiæ tum Politiæ (quæ duæ ſunt præcipuæ mixtarum formæ) eſt non bona neque exacta miſtio. Quemadmodum in Oxymelite mixtio ex aceto & melle, ſi recte eſt facta, habet ſaporem talem, nec nimis acidum, nec nimis dulcem: ſiue plus ſit vel mellis vel aceti, ſo endert ſich ſchon der Sapor/ita etiam quando iſti ordines duo, diuitum videlicet & plebeiorum non recte ſunt mixti, ſo endert ſich auch das ius, quod in bona mixtura æque diſtributum eſſe debet, id eſt, ſtatus migrat è ſuo iure, & migrat magis vel ad ius Oligarichicum, vel ad ius Democraticum. Sed videamus quomodo inclinet ad Oligarchiam Ariſtocratia ſeu optimatum ſtatus, ita enim ſimul etiam intelligemus, quomodo ad Democratiam vergat.

1. Si pauci ſint honorum capaces, das reimet ſich zu viel ad Oligarchiam. 2. Si quidam ſint præpotentes, & quidam valde pauperes, vbi nullum eſt medium. 3. Si magni & generoſi viri ab iis, qui Rempubl. poſſident, afficiantur ignominia; aut ſi aliqui æque pręſtantes πεφρονηματισμένοι plane excludantur honoribus.

4. Si vnus aliquis vir magnus ſit, maior fiat & quotidie accumuletur opibus. Hæc ſunt certa ſigna Ariſtocratiæ, & propter hanc malam mixtionem fiunt ſeditiones. ibi ἀρχή.

Eadem ratio eſt Politiarum. Illæ dicuntur Politiæ, q̃ magis inclinant verſus populum. Quando enim populus præponderat, ſemper ſuo commodo ſtudet, ſemper ſuam cauſam agit, ſibi in-

dulget, & rem ſuam auget: altera vero pars, quia negligitur, quia iniuriam accipiens inſurgit contra populum.

Summa Reſp. quando vnius tantum ordinis habet rationem, non eſt diuturna. In cereuiſia etiam accurata mixtio requiritur: ſecus tamen quotidie fieri videmus. Maiores, die groſſen ſtarcken Bengel apportant aquam, minores die kleine Männlein apportant frumenta, fit autem, vt cereuiſia nimis aqua miſta aceſcat.

Ariſtoteles hic non de puris & veris Politiis agit, quod quidem interpretes putant, ſed de mixtis & vſitatis, vt ex textu apparet. Primo habuimus Oligarchiarum & Democratiarum euerſiones, nunc agit rectiſſime de mixtis. Iam etiam inter ſe confert Ariſtoteles, quæ ſint ſtabiliores: qui ſc. ſtatus verſus populum vergit, eſt ſtabilior, quia in illo habetur ratio vtriuſque ordinis. Diuites & potentiores, vt Ariſtoteles in Rhetor docet, plerunque agunt impotenter, id eſt. nimium affectibus ſuis indulgent, ideoque ille ſtatus non diu durat.

Noribergæ ordo Patricius præualet, Mercatorius nihil fere eſt, ex Mechanico ordine quinque vel ſex viri eliguntur, qui Reip. ἀπάτης χάειν admouentur.

Venetiis officia honorum ſunt ſolũmodo penes Patricios, officia vtilitatis, die Gelt in die Küchen tragen ad alios transferunt.

Quando lien intumeſcit reliquum corpus tabeſcit.

Cicero putauit ſe Roman. Rempubl. firmaſſe, cum ordinem equeſtrem coniunxiſſet cum Patricio, quem Cato iterum diſſoluit peſſime. Adfert etiam hic Ariſtoteles aliam mutationis cauſam τὸ μικρὸν, quando parua negligimus. Cauſa communis eſt parua negligentia, wann mann durch die Finger ſiehet.

CAP. VIII. ET IX.

AGIT de remediis, quomodo conſeruentur. Super hæc duo capita conſule Goleum in ſua Polit.

CAPVT X.

PROGREDITVR Ariſtoteles ad cauſas mutationum Reipublic. quam vnus obtinet, & quæ ſint remedia.

In Græcia non erant regna aut principatus, ſed liberæ fuerunt Reſpublicæ, indignum enim ipſis videbatur, homines libere natos tantummodo eſſe ſubiectos. Hodie apud nos contrarium eſt. Sunt enim pauciſſimæ Reſpublicæ in Germania, ſed plurima regna & principatus. Ariſtoteles ſeparationem fecit & primo egit de Republica, & deinde de regno & Tyrannide. Lipſius in ſuis Politicis contra de principatu ſaltem agit, quia pauciſſimæ hodie ſunt Politiæ & Ariſtocratiæ. Recte autem Ariſtoteles ſupra diſtinguit. Magnum quippe diſcrimen eſt inter Reſpublicas, quæ ab vno guber-

bernantur, & inter eas, quæ à multis. De duabus pariter agere non potuit.

παρεκλάσια ἐϊς.] Regnum eſt imitatio quædam Ariſtocratiæ, quia & ibi publicæ ſalutis habetur ratio. Tyrannis eſt ſimilis peſſimis formis. Democratiæ vltimæ, vbi fex populi dominatur, & Oligarchiæ extremæ, vbi paucorum impotentiſſima eſt poteſtas & libido. Hinc Plato vocat Tyrannidem omnis iniuſtitiæ ideam.

Agit autem 1. de origine & fine Regum. Iccirco eligitur Rex, vt ſit cuſtos iuſtitiæ, eamque defendat. Reges olim electi fuerunt propter virtutem auidam, ſed eorum ſucceſſores Reſpub. rurſus deprauarunt. Rex hunc habet finem, vt ne à plebeis abripiantur locupletum bona. Cic contra Rullum ait: Hoc eſſe fundamenta Reipubl. labefactare, Wann man den Reichen das jhre nimmet/ vnd den Armen gibet. Ariſtotel. in Rhetor iuſtitia eſt virtus, qua quis ſua ita habere poteſt, vt lex iubet. Vide Plinium in Panegyr. Traiani, qui laudat vota pro Traiano concepta ita: ſi bene Rempubl. (non priuatam) & ex vtilitate ciuium (ſcilicet omnium) rexerit. Ammianus imperium definit curam ſalutis alienæ. Cic de legibus. Salus populi ſuprema lex eſto. Propterea Rex comparatur parenti & paſtori. Tyrannus autem comparatur hero, coco & lanio. Tyrãno quodlibet licet. Et hoc eſt quod Ariſtoteles ait: Propoſitum autem eſt Tyranno iucundum. Hinc Seneca in Thyeſſe Tyrannum introducit ita loquentem: Pietas, ſanctita, fides, priuata bonas ſunt: ſed reges eant

qua

qua lubet, die Bauern ſollen halten was ſie verheiſ-ſen vnd zu geſagt haben. daß iſt gut Machiauelliſch. Machiauel. Regẽ multũ confundit cũ Tyranno.

Δημοφόρος βασιλεύς.] 1. Tyrannus. Ludouicus XII. Gall. Rex dicere ſolebat: Tyrannorum paſcua ſunt plebs & ruſtici.

ἐπιεικέσι.] Ariſtotel. τοὺς ἐπιεικεῖς, & vulgus τὸ πλῆθος fere inuicem opponit, id eſt, nomine vulgi homines complectitur improbos, Heylloſes Lumpen Geſindlein.

Ariſtoteles inter ſe diſcriminat Tyrannum & Regem. 1. ab origine 2. fine ſeu προαιρέσει. Multæ enim res Politicæ differunt ſolum fine ſeu τῇ προαιρέσει. Regis finis eſt Honeſtum: Tyranni vero Iucundum, & quidquid eo pertinet. Illius vtilitas publica, huius priuata. Sic ſupplicio afficitur, vt vel is, qui caſtigatur, melior fiat, vel vt exemplum ſtatuatur, & ſuppliciũ eſt: Si vero ſanguinem effundas, vt iræ & libidini tuæ ſatisfacias, crudelitas eſt atque ſæuitia.

Sic fine differunt tributa & auaritia. Si ideo tributa imponis, vt rem tuam augeas, aut vt tuis inſeruire queas cupiditatibus, auaritia eſt: Sin ad publicum bonum hoc facis, iam proprie dicitur tributum. Sic & ſepulueda hoc loco ex Ioſepho. Foſſam ducere aut aggerẽ in militia ſtruere, ſi fiat vt mercedem inde exigas, ſeruile eſt: Sin vero facias Reipubl. cauſa, non item. Fiunt enim hæc etiam ab hominibus bene natis, quando neceſſitas requirit, & mandato iniungitur Imperatoris. Hinc Anachraſis, cum piſciculos in foro emptos ipſe domum ferret, à quodam hoc nomin reprehenſus,

frequenter naſcitur ab iniuria illata. Eſt aũt iniuria illa interdum proprie ſic dicta, quæ damnum nobis infert & fortunas noſtras lædit. Si. n. noſtra nobis adimãtur iraſcimur, & in ira aliquid facimus: Alia ira eſt quę naſcitur ex iniuria dedecorante, id eſt, contumelia.

Damnum facilius quis patitur quam ignominiam. Fit autem vel verbis, vel factis. Verbis nimirum iniurioſis, wann man einen ſo vnd ſo heiſt/ aut ſignis ignominoſis, quæ loco ſunt verborum. Als wann man einem den Eſel ſticht/ wann man vber einen außſpeiet/&c. Quælibet fere gens habet ſuos geſtus, quibus ſignificat contemptum

Factis fit:illato ſtupro vxori aut filiæ, item verberibus, wenn mann einem ein Maulſchellen gibet/ oder ſonſten die Hauben rücket. Interdum mutantur Monarchiæ, non propter factam & illatam, ſed propter neglectam iniuriam. Si Rex non fungitur officio contemnit me, non audit me implorantem ipſius auxilium.

Verum interdum inuaditur princeps, interdum principatus, id eſt, interdum vitæ Monarchę ſtruuntur inſidiæ, interdum ipſe principatus appetitur, vt apparet ex Hiſtoria Gallica daß die Magſtri ſelbs gern weren König worden. Illo ad Halicarnaſſ. ad Appium: An te inebriauit amplitudo tui officii?

Sed inuaſiones quæ in principes fiunt, ſunt fere crebiores.

Exemplo ſint Caſſius, Brutus, qui non in principatum C. Cæſaris, ſed in caput coniurarant.

Con-

Contra fuit in Rege Galliar. quem voluerunt monaſterio includere. Non enim petebant vitam eius, ſed principatum. Coniurationes in Neronem, Seuerum, Domitianum, &c. non in principatu, ſed in ipſorum vitam fuerunt.

οὐχ ὑπεροχῆς.] id eſt, Non vt ipſum Imperium inuadant.

φιλίππου] Philippus Rex Macedonum, cum oraculum Delphicum conſuleret, quando ipſi eſſet pereundum? oraculum reſpondit: vt ſibi caueret à quadrigis. Quare Philippus in toto ſuo regno quadrigas ſcindi curabat. Sed oraculum illud erat flexuoſum & intelligebat quadrigas capulo ſeu manubrio enſis Pauſaniæ inſculptas. Fuit autem interfectus Philippus à Pauſania.

Μαστιγῶσαι.] Refert Plutarch. hæc aliter, ita nimirum: cum quidam Euripidem ob oris fœtorem notaret, Euripides reſpondiſſe fertur, nec mireris animam mihi fœtere, ſi quidem plurima arcana mihi commiſſa in ore meo computruerunt.

Ὁμοίως δὲ καὶ διὰ φόβον.] 2. Cauſa Metus. Quē metuunt homines, eum oderunt, & quem odio proſequuntur, eum è medio ſublatum eſſe optant.

Cic. in off. Omnium rerum nec aptius eſt quidquam ad opes parandas, quam diligi, non timeri. Hinc Micipſa apud Saluſtium iam moriens id conſilii dat filiis ſuis, vt malint à ſuis ciuibus diligi quam metui.

Διὰ καταφρόνησιν] 3. Cauſa contemptus. Si qui incipiant contemnere principem. Contemptus iſte tandem erumpit in audaciam. Contemnunt autem,

Digitized by Google

tem ii principem frequenter, qui amicis potentioribus pollent, vel qui magiſtratibus præſertim bellicis funguntur, vt patet ex hiſtoria Franc. apud Æmil..

Verum quemadmodum Auctoritas & Maieſtas paratur grauitate morum & ſubductione, daß ſich einer nicht zu gemein machet: ita & contemptus nimia familiaritate. Liui. Aſſiduitas illa magnos homines facit minus verendos quadam ſatietate. Tacitus: Omne ignotum magnificum. Hinc Reges Parſarum ad auctoritatem ſeu maieſtatem ſuam tuendam non niſi exuuiis leoninis induti ac laruati in publicum prodibant. Nimia familiaritas parit contemptum, qui contemptus validus eſt ſtimulus ad inuadendum. Hinc Machiauellus vult, omnes coniurationes fieri à familiaribus, propterea etiam Tacitus: Maior, inquit, eſt è longinquo reuerentia.

οἱ δὲ καὶ διὰ.] alia cauſa.

Τὴν φύσιν θρασεῖς.] Brutus & Caſſius non vocabāt Ciceronem ad conſilium, quod de Cæſare interficiendo inierunt, quia videlic. Cic. erat timidior. Erat enim lingua promptus, non manu. Detexerunt multas coniurationes ii, qui non habuerunt animum præſentem, maieſtate videlicet principis territi.

Quidam tollunt Tyrannos, nec propter ipſos ſcil. principes, nec propter principatum, ſed propter ſolam nominis celebritatem φιλοτιμίαν. Fiat autem hoc rarius. Apud Græcos ſummi honores decernebantur τυραννοκτόνοις. Hinc plures reperti ſunt, qui ſcilicet præſentiſſimam mortem ob oculos

ſ habe-

cehaberent, propter nominis tamen gloriam & celebritatem Tyrannos occiderunt. Græcia nullo modo ferre poterat Regium Imperium, ſed libertatem æquabilem mirifice amabat. Et facere & pati fortia atque militaria hoc Romanum eſt, Sceuola ad Porſenam. Huc pertinet Brutus etiam. Omnis Reſp. quæ à pluribus gubernatur, contraria eſt ei, quæ ab vno gubernatur, propter diuerſa videlicet inſtituta. Hinc principes liberas ciuitates fere odio habere videmus, ibi φθείρεσαι.

Δύω δὲ οὐσῶν.] Iam de Tyrannide proprie dicta agit Ariſtoteles. Duo euertunt maxime Tyrannides, odium & contemptus. Vt palmitum luxuries; ſic regum filii interdum reſecantur & è medio tolluntur. Huius rei exemplum nobis præbet familia Othomannica, quæ tollit filios plures, ne diuidatur Imperium. Liuius: Etiam qui Tyrānos fecerunt, ipſi eos oderunt.

Contemptus altera eſt cauſa, ibi: ἐκ δὲ τοῦ. Qui occuparunt Tytannidem, fuerunt homines generoſi, propterea etiam retinuerunt, inquit Ariſtoteles. Cæterum filii degenerantes à virtute patris, contemnuntur. Idem fere in νεοπλούτοις videmus euenire. Primi enim homines plerunque ingenioſi fuerunt ac induſtrii, nec luxurioſe, ſed parce vixerunt: Recordati enim adhuc ſunt, q̃ durum telum fuerit paupertas, & quantis laboribus diuitiæ parentur. At filii ipſorum, vel nepotes, quia bona à parentibus iam parta acceperunt, luxurioſe vtplurimum viuentes, eadem prodigunt.

Iſta duo ergo, vt dixi, maxime euertunt Tyranni-

ſides, odium & contemptus. Odium illud oritur ex metu, quando videlicet metuit quis, ne idem ſibi eueniat, quod aliis euenit, & ſimul ex cupiditate vindictæ. Illa vindictæ cupiditas & metus pariunt quoddam affectus genus, quod odium vocatur, quod non ita facile poteſt ſedari, inprimis ſi accedat contemptus. Et comparat inter ſe odium & contemptum.

Βασιλεία δὲ. Iam adfert cauſam euerſionis regni. Loquitur hic Ariſtoteles de eo regno, quod propter multa merita ac beneficia delatum eſt alicui à populo, ei videlicet, qui licet non ſit heroica virtute præditus, multis tamen virtutibus eminet, & æquitatis amans eſt. Regnum autem eiuſmodi minime extrinſecus interit, quia Rex ab omnibus ſuis ſubditis amatur, nec ipſi hac in re inuicem ſunt diſcordes. Interit autem duobus modis. 1. Si ipſius cognati inter ſe diſcordant ſeu diſſentiunt, Ipſe quidem Rex colitur ab omnibus, ſed ipſius cognati ſe inſinuant, & diſcordias ſerere nituntur.

2. Si ipſe incipit Tyrannice agere, quod fit plerunque diuturnitate temporis. Reges enim imperii amplitudine inebriati paulatim fiunt deteriores. Initia enim tantum plerunque Regni ſolent eſſe læta, quemadmodum in matrimoniis, ſagt man/ Jch finde kein Mangel/ er finde ſich dann ſelbſten noch. Primo enim inter coniuges eſt ſummus amor, qui poſtquam deferbuit, vterque coniunx redit ad ſuum ingenium, & vitia vtriuſque erumpunt. Jener Mann hat ſein Weib alle Tag geſchlagen/ da ſie nun klagte/ ſie hette kein frӧliche Stund bey jhm gehabt/ reſpōdit: Seind wir denn nicht die er-

ſten zwen Tag luſtig geweſen? Egregium certe reſponsū, Aber es pflegt ſo zu zugehen/ wann die Küßtag furuber ſind.

Ita Tiberius, Carolus audax & alii fuerunt ab initio optimi Imp. ſed lento gradu omnia ad ſe reuocarunt, & in Tyrannos euaſerunt. Ita in omnibus Rebuſp. fit, vt homines paulatim repant ad euerſionem. Hoc autem non fit in Regno Heroico, de quo Ariſtoteles hic non loquitur; vbi Rex virtutem habet iam confirmatam, & omnibus modis habiticatam. Regna vero, de quibus hic loquitur, hoc in loco (vbi eſt eminens virtus, non perfectiſſima) pautatim fiunt ſub Tyrānide, & denique Tyrannides. Omnis populus gaudet nouo magiſtratu, verbi gratia, in Academiis in Rectore. Apparet & hoc in re familiari.

οὐ γίνονται δὲ.] Ariſtoteles dicit, non exiſtere amplius Regna vera, ſed *quæ* nominatenus tantum ſint regna, vel potius Tyrannides. Verum enim Regnum eſt imperium voluntate populi vni ex paribus virtute eminenti datum. Romani, etiam Alexander multa regna euerterunt, ſed non fuerunt vera, vt diximus. Apud veteres quidem, inquit Ariſtoteles, erant illa Regna, cum ciuitates eſſent paruæ. Nunc autem cum maiores factæ ſunt, non amplius ſunt. Innatum enim eſt homini, vt non libenter pareat illi, cui eſt par. Secus tamen eſt apud Barbaros, qui ſeruili plane ſunt ingenio. Hinc illud ortum: Eſt imperium vel dominatus nulli per ſe tolerandus. At dices: Regna hæreditaria nonne ſunt Regna? Illa enim ſunt voluntaria. Reſpondet Ariſtoteles in textu. Nouus

uus ſeu iuuenis Rex ſimilis eſt raſæ tabellæ; vt in illa nihil ſcriptum: ſic in huius animo adhuc nulla eſt ſolertia gubernandi. Educatione igitur fit bonus, ſi nimirum eiiciantur adulatores, &c.

Seneca. Quid magnis faſtigiis ac palatiis deeſt? Qui verum dicat. Corrumpuntur in iuuentute boni principes per adulatores, vt & tabula mala ſcriptione.

CAP. XI. ET XII.

HActenus egit de cauſis euerſionis, iam his duobus capitibus agit de cauſis ſalutis & inſtitutione vel conſeruatione Rerumpubl. quæ ex textu ſunt facilima.

Finis libri quinti.

POLITIC. ARISTOTELIS LIBER VI.

LIBRI Hi Politici dum docentur ſunt libri Theoretici: Theoria vero hæc reuera eſt eiuſmodi, quæ ad vlteriorem referatur finem, nempe ad praxin, quemadmodum in Medicina. Non enim Politica cognoſcitur, vt cognoſcatur, ſed vt ad vſum transferatur. Finis autem vltimus ſcientiæ Politicę eſt πρᾶξις, quæ in duobus conſiſtit: In conſeruatione & inſtitutione, ſeu conſtitutione & ordinatione Rerumpubl. Finis primus eſt conſeruatio, vt fiã prudentior in conſeruanda & fulcienda Repub. labante. 2. Eſt inſtitutio, conſtitutio

Reipubl. Nam Reſp. eſt corpus quoddam quod gignitur ab humano conſilio. Hoc autem paucis contingit, vt ab initio Reipubl. adhibeatur, vt ſit Moyſes. Solon, Zeleucus, Lycurgus, Salluſt. vocat ordinationem Reipubl. libro de ordinanda Republ. Reſpubl. enim eſt ordo. Sic Medicinæ finis ſeu πρᾶξις eſt labantem humani corporis conſtitutionem conſeruare, id eſt, corpus à natura iam factum conſeruare, non autem gignere, daß können die Bauern ſelbſten wol/ können Kinder machen / dörffen deß wegen nicht zum Medico gehen/ vnd jhn darumb fragen.

Fontes ſeu primi Scopi, ſiue Aphoriſmi conſeruationis & conſtitutionis ſeu ordinationis Reipubl. ſunt 7.

I. Cura & cuſtodia diligentiſſima præſentis ſtatus & inſtitutor. Reipubl. totiuſque ciuitatis. Quem ſtatum ſi conſeruare volo, norim oportet exacte inſtituta: Als in Medicina muß ich wiſſen/ was du für ein cerebrum oder hepar habeſt.

II. Concordia maxima gubernatorum Reip. deinde concordia maxima partium ciuitatis ſeu ordinum: denique omnium ciuium inter ſe ſe. Diſcordiæ in ipſo ſemine ſunt extinguendæ.

III. Modus ſiue commenſus tum honorum, tum potentiæ in ſingulis ciuibus & ordinibus. Man muß daß Futter höher legen/ ſagt jener Schneider/ alß ſeine Jungen vor Ohnmacht / da ſie nicht genug geſſen hatten/ auß dem Beth fielen.

IV. Accommodatio omnium quæ in ciuitate ſunt

Digitized by Google

ſunt & fiunt ad præſentem Reip. ſtatum. Media enim dirigenda ſunt ad finem.

V. Abſtinentia ab omnibus iniuriis.

VI. Beneficiorum collatio, in quib. tamẽ Reſp. non lædatur, ſed quantum ſtatus Reipublicæ patitur.

VII. Cultus iuſtitiæ, quantum ſtatus præſens fert. Nam aliud ius eſt in Democratia, aliud in Oligarch. aliud in Regnis. Tanquam alius ſapor ſequitur aliam mixtionem. Sæpe comparat Ariſtoteles Rempub. naſo, wann die Naſen groß iſt/ müſſen auch die Brillen gröſſer ſein.

Hæc ſunt 7. quaſi Elementa, ex quibus iam ſequuntur quaſi ſyllabæ: ſiue inſpectis fontib. iam ad riuos veniamus.

Sunt autem Hi. I. Ne quid ex legibus inſtitutiſque propriis loco moueri, ne item præterlabi aliquid ſinito, cauendo inprimis id, quod parui momenti eſſe videtur, id eſt, μικρόν.

II. Cuſtodiendæ Reipubl. diligentiam, etiam timore iniecto, excitato, augeas: pericula vicina tamquam iamiam ceruicibus imminentia proponito: pericula longinqua itidem ob oculos ſubiicito. Sic Medicus metum iniicit ægroto, Alß auch jener Pfaff/ da er predigt/ hatt er zum Beſchluß dieſe Träwung angehencket: wann jhr euch nicht werdet bekehren/ ſo wirdt euch der Teuffel holen / darzu helff vns GOTT Vatter / S. V. H. G. et cætera.

III. Partem ciuium, quæ ſtatu Reipubl. præſente contenta viuit, eſſe alterã, quæ eum mutari

vellet, potentiorem, nec tamen ſupra modum prouideto.

IV. Magiſtratus ſummos aut ſolis aut pluribus eorum, qui in quaque Rep. præualent, mandari curato.

V. Intendi ſupra modum ſtatum Reipub. tamquam rem pernitioſiſſimam, vitato.

VI. Commentis hinc ad populum, inde ad diuites circumueniẽdos excogitatis, nullam fidem habeto, neq; iis vt:tor.

VII. Gubernatores & participes Reip. Patricii in Oligarchia, plebeii in Democratia, erga omnes probos ſe gerunto, & inter ſe populariter tractanto, nullos iniuria afficiunto: quin imo primarios eorum, qui alias non eſſent participes Reip. in publicas adminiſtrationes inducũto: homines cupidos honoris & generoſorum ſpirituum nulla iniuria afficiunto, neque multitudinem lucro fraudanto.

VIII. Magiſtratus diuturni haud ſunto, ſed vel ſemeſtres vel annui, quo ſimilibus aliis omnibus poſſunt communicari, & ne improbe agendi vel moliendi aliquid contra Remp. iis, qui in Magiſtratu ſunt, diuturnitas temporis facultatem aut animum det.

IX. Honorib. neminem ſupra modum cumulato: quod ſi factum fuerit, auferto illos paulatim, non ſimul omnes, Man muß einen die Stiegen nicht herab ſtoſſen.

X. Opibus aut clientelis, ne vllus valde excreſcat, legibus caueto: ſi quis creuerit, in alias eum regiones amandato per ſpeciem publici alicuius mu-

muneris, aut alterius honeſtæ cauſæ, ſi fieri poterit, ſin minus exilium indicito,

XI. Vitas & ſtudia priuatorũ, quæ ſtatui Reip. paulatim nocere poſſent, conſtituto adhuc magiſtratu, diligenter obſeruato.

XII. Si qua pars ciuitatis proſperitate fortunæ vſa ſit, alteri parti, quæ ei oppoſita eſt, res gerẽdas & magiſtratus mandato.

XIII. Seditiones & contentiones inprimis nobilium & procerum etiam legibus caueto. Si ortæ fuerint, ſtatim componito, & operam dato, ne qui illis nondum ſunt implicati, iis implicentur.

XIV. Magiſtratibus honor non lucrum propoſitum ſit, nullamq; illis facultatem quæſtus faciẽdi relinquito, idque legibus & omni alia ratione proſpicito.

XV. Pauperũ & diuitum multitudinem inter ſe miſceto, aut numerũ mediorum ciuium augeto.

XVI. Amicos Reip. ciues omnes fieri curato, vel ſaltem ne gubernatores Reip. pro hoſtib. habeant, operam dato.

XVII. Pueros apte ad ſtatum Reip. erudiri & educari curato, vt eorũ vita & mores deinde cum legibus & inſtitutis Reip. conſentiant.

Hi ſunt fontes generales, & riuuli inde deducti, & ſunt tanquam apud Medicos Aphoriſmi Hippocratis.

Sed non ſatis eſt rem cognouiſſe in genere, ſed etiam κατὰ μέρος oportet cognoſcatur, i. e. à genere deſcendendum eſt ad ſpecies: Iccirco iam ſequitur, vt inſtituta Democratiæ perſequamur, &

I. Vniuerſe in genere. 2. Deſcendendo in ſpecie ad hanc vel illam formam Democratiæ conſeruandam.

In vniuerſalib. tantū doctum eſſe nihil eſt, ſed in ſpecie (in particularib.) eruditum eſſe, hoc opus, hic labor eſt. Propoſitio vniuerſalis Es iſt nur ein Eſels geſchrey. Vna quæque res optime tractatur, quando per propria tractatur, & per cauſas ex viſceribus rerum deductas demonſtratur. Laudare hominem vel Achillem quod ad Troiam fuerit, nihil eſt, tribuitur hoc etiam Therſiti. Democr. & Oligarch. Sunt duæ Rerumpubl. formæ non per admixtionem, ſed per ſe vitioſæ. Ad Democratiam quod attinet, in genere ius propriū ipſius eſt; ex quo deducitur iuſtum populare, quod eſt æqualitatis Arithmeticæ.

Inſtituta vero Democratiæ in genere hæc ſunt.

I. Imperari ab omnibus vnicuique, & ab vnoquoque viciſſim omnibus Es iſt einer ſo gut als der ander/ es gehet gleich zu / es zeucht keiner den Hut für dem andern ab

II. Deliberari ab omnib. & de omnibus rebus.

III. Magiſtratus omnes ex omnibus & ab omnibus creari. Ich bin ein Holtz/ ſagen ſie / darauß mann Bürgenmeiſter machet / ja wann du villeicht ſageſt / du wereſt ein Holtz darauß mann Seutrög machet.

IV. Iudicia exerceri ab omnibus, & ex omnibus, & de omnibus, vel certe de pluribus, & de maximis rebus, vt de repoſcendis rationibus publicarum adminiſtrationum, de Republ.

V. A cenſu aut nullo aut tenui participes eſſe Reipub. & concionum.

VI. Parti-

VI. Participes eſſe Reipub. pauperes, ignobiles, opifices, & alios tabernarios, ita quidem vt huic parti ſemper committantur magiſtratus maximi. quorum in Repub. ſumma eſt auctoritas.

VII. Concionem omnium rerum aut certe plurimarum & maximarum ſummam poteſtatem habere; Magiſtratum autem nullius aut paucarum rerum.

VIII. Ad comitia & conciones vt veniant & ad iudicia, mercedem pauperibus, diuitibus pœnam conſtitutam eſſe.

IX. Plebs ſi nimis ſuperet in concionibus alios ciues, vel non dare omnibus plebeis ad comitia venientibus mercedem, vel multos eorum ſorte eiicere, donec exæquentur.

X. Mercedem tribui aut omnib. conuentib. i.e. concioni, iudiciis magiſtratib. etiam aut his principalibus.

XI. Conciones & iudicia de multis rebus haberi, ſed quando non ſuppetunt publici reditus, at mercedem pauperibus dandam, pauca fieri, & paucis diebus abſolui. Nicht ſo lang als zu Speyer im Kammergericht.

XII. Magiſtratum, quem vocant conſilium ſiue ſenatum conſtituere, vbi omnibus ad concionem conuenientibus merces non poteſt dari.

XIII. Conſultores æquales numero ex vtraque parte, id eſt, pauperibus & diuitibus vel ſuffragio vel ſorte deligi.

XIV. Mercedem ad neceſſarios conuentus ſi aliunde non ſuppetat, cõferri à diuitib. qui interea liberẽtur à ſumptibus munerum inanium, vt ſunt ludi, qui dantur publice populo, ſeu ſpectacula.

XV. Magi-

XV. Magiſtratus ſortito creaturi, aut omnes, aut eos, qui experientia rerum non indigent, vel tandem magiſtratum dicidere, vt aliis ſorte, aliis delectu & ſuffragiis mandetur,

XVI. Magiſtratus eoſdem bis iiſdem tribui aut nullos aut paucos præterquam bellicos, ratio eſt, quia hi vſu & experientia indigent.

XVII. Magiſtratus eſſe breuis tẽporis aut oẽs aut certe eos, quorũ ratio id patitur In bellicis magis magiſtratibus es thuts nicht/ daß man alle Monat ein neuwen Kriegßoberſten wolte erwelen.

XVIII. Magiſtratum nullum eſſe perpetuum, ſi quis autem ſit ab aliqua cauſa è veteri Republ. eius cum poteſtatem minuere, tum creationem à ſuffragiis ad ſortem reuocare.

XIX. Cauſas publicas quam pauciſſimas in iudicium adduci, magnis cõſtitutis poenis aduerſus eos, qui temere crimen alicui intendant.

XX. Diuitibus parcere, non eos calumniari, neque iniuriis afficere, non agros eorum, non fructus diripere: non imponere illis munera ſumptuoſa.

XXI. Tribuere etiam diuitibus ex cæteris rebus vel paria vel etiam potiora, exceptis tamen ſummis Magiſtratibus. Nam alias non maneret Democratia.

XXII. De damnatorum bonis quibus mulctantur diuites nihil, diuidi populo, nihil etiam in ærarium referri, ſed ſacris addicere ins Spitthal verſchaffen.

XXIII. Paupertate nimia ne plebs prematur aliqua ratione prouidere.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV. Vectigalibus vbertim ſuppedentibus non ſtatim id quod neceſſariis ſumptibus ſupereſt diuidere, ſed collectam iſtam pecuniam certo temporis ſpatio diſtribuere, vel viritim, ſi tantum adſit, vel agrum aliquem ex eo emere, aut aliquid aliud, quod publice quæſtum adferat, vel diſtribuere per tribus ſeu φρατρίας. die Bauern im Schweitzerland haben jhrem Pfarherrn auff zwey Jahr vrlaub geben / den ſie ſonſten beſoldet haben/ dieweil ſie mit demſelben Gelt ein Vieh Weit kauffen wolten.

XXV. Omnino autem Democraticas Reſpubl. multitudo hominum conſeruat.

Et hæc ſunt inſtituta vniuerſe loquendo Reip. Democraticæ, ſed non ſufficit τὸ ὅλον ὁλικῶς tradere, ſed oportet vt etiã κατὰ μέρος. Iam igitur auxilia & remedia videamus Democratiæ eius, quæ optima cenſetur: eius nimirum, quæ conſtat ex paſtoribus, agricolis, hortulanis, qui non conueniunt quotidie ad conciones celebrandas.

I. Magiſtratuum creandorum & corrigendorum, iudiciorum itẽ exercẽdorũ, oẽs aut ex omnibus delectos aliquos viros habere poteſtatem.

II. Quando communicatio Reipubl. eſt ab exiguo cenſu, cenſeri non totas poſſeſſiones, ſed per tantas partes diuidendo poſſeſſiones. vt poſſint etiam tenuiores Reipublicæ per illos paruos cenſus participes fieri.

III. Eos quibus maxima imperia & magiſtratus mandantur diligere, vel à cenſu maiore, vel nulla cenſus habita ratione, ſtatim magis idoneos creare.

Digitized by Google

IV. Agri certam menſuram ſtatutam eſſe, qua non liceat alicui plus poſſidere.

V. Vendere agrum prima ſorte attributum non alicui licere.

Iam ſequuntur inſtituta & conſtitutiones eius Democratiæ, quæ eſt omnium peſſima, quæ conſtat ex colluuione omni, & quæ ægre admodum poteſt permanere, niſi bonis legibus boniſq; moribus fulciatur.

I. Adſciſcere in ciuitatem quam plurimos & ciues facere non ſolum legitimos, ſed etiam ſpurios & ex alterutro parente ciue tantum natos, tamen vſque eo tantum, donec plebs ſuperet nobiles ſiue diuites & medios.

II. Concionem omnium rerũ eſſe Dominam, (was Meiſter Hanß/vnd Meiſter Martin erkent haben/darbey bleibt es) iudicio magiſtratuum nihil relinqui.

III. Tribus & φρατρίας nouas facere.

IV. Quæ pertinent ad priuata ſacra (more gentilium) in pauca & publica redigere: Alle Monat einmal in die Predigt gehen / kurtze Predigt / lange Bratwürſt.

V. Conſuetudines & ſodalitates, ſi quæ ſunt è priore Repub. relictæ, tollere, & omnes inter ſe permiſcere.

VI. Viuendi licentiam tribuere ſeruis, mulieribus, pueris (es darff jederman in der Faßnacht lauffen) & indulgere omnibus, vt vnuſquiſque viuat arbitratu ſuo.

Hæc ſunt Democratica Inſtituta Democratiæ mediæ, id eſt, inſtituta earum, quæ ex iſtis dua-

bus

Digitized by Google

bus extremis formis, facile cognoſcentur, pro vt videlicet quælibet ad hanc vel illam magis inclinat. Iam ad inſtituta & auxilia, quæ firmant Oligarchiam, cuius finis ſunt diuitiæ, & nobilitas, ſicut finis Democratiæ eſt Libertas. Iuſtum Oligarchicum eſt æquale non numero, ſed dignitate κατ' ἀξίαν, id eſt, proportio ſpectatur Geometrica.

I. Generalia.

I. A cenſu magno aditum eſſe ad Rempublicam.

II. Deliberare de omnibus paucos, & ex cenſu.

III. Magiſtratus omnes à quibuſdam paucis ſuffragio, item & à cenſu creari.

IV. Iudicia omnia, aut certe capitalia, eſſe in poteſtate paucorum.

V. Cenſeri ciuitatem ſtatis temporibus initiaque ſemper ratione bonorum præſentis temporis illius, quo primum ratio cenſus ad Rempublicam, capeſſendam inſtituta fuit, augeri, vel minui, vt proportio ſit eadem quæ initio fuit.

VI. Leuis armaturæ milites non fieri ex populo, ſed diuitum filios; adoleſcentes bellica munera doceri, vt cum exceſſerint è pueritia, ſint idonei cuiuſque generis vſui armorum.

VII. Hæreditates non donatione, ſed iure cognationis, & ad vnum vnam tantum, non multas peruenire.

VIII. Magiſtratibus maiorib. iis diuites gerere opor-

oportet munera ſumtuoſa adiungi, verbi gratia, Magnificorum ſacrificiorum (Hecatombe) item exſtructio ædificiorum in publicos vſus.

IX. Pauperum curam magnam haberi, tribui iis etiam magiſtratibus, è quibus lucri aliquid capitur, Schreiberey.

Eodem modo in cæteris reb. tribui, ipſis æqualia, vel etiam potiora, exceptis tamen ſummis magiſtratibus, grauiorem item pœnam ſtatuere, ſi diues pauperem, quã ſi pauperem: vel diues diuitem contumelia affecerit.

X. Populares in partem aliquam deliberationis Reipubl. recipi vno ex his 4. modis, vel deligi à paucis quoſdam è plebe, qui cum ipſis deliberent, vel creari ex vtraque parte magiſtratum aliquem, quem vocat præſultatores & cuſtodes legum, qui de iis rebus prius diſputent, de quibus poſtea pauci illi decernunt: vel vt populus ead. ſciſcat, & nihil diuerſum ab iis, quæ à paucis antea decreta ſunt & ad populum relata: vel vt omnes conſulendi quidem habeant facultatem, ſtatuendi autem illi pauci tantum qui dominantur.

XI. Popularibus perueniendi ad honores ſpeciem & locum dari, ſi cenſum ſtatutum ſint adepti, vel ſi certo tempore ſordidis artibus abſtinuerint, vel ſi ſe dignos eo beneficio reddiderint.

XII. Vno verbo contraria illis, quæ democraticos ſtatus conſeruant, conſeruabunt etiam ſtatus ſingulos Oligarchicos, iis oppoſitos. Omnes autem & Oligarchicos, & Democraticos moderatio, id eſt, vt nec nimis laxi ſint, nec nimis reſtricti.

2. In

2. In ſpecie:

Inſtituta Oligarchiæ eius, quæ eſt optima inter eas, id eſt, quę finitima admodum eſt Politiæ.

I. Cenſus partiri in maiores & minores, vt è minoribus neceſſarii, è maioribus maiores magiſtratus creentur:

II. Cenſus ſic ordinare, vt cum eo numero plebeiorum hominum, quibus per cenſum aditus ad Rempublic. patebit, Oligarchici ſint potentiores.

III. E meliore parte populi eos diligere, qui in Reipubl ſocietatem admittantur. In Dynaſtia, id eſt, in deterrima Oligarchia, quæ maxime violenta & tyrannica eſt, ideoque infirmiſſima, plurimam cautionem adhibere, adhibitis etiam iis, quæ iam dicentur conuenire Tyrannidi conſeruandæ.

Inſtituta Rerumpubl. mixtarum 1. Politiæ.

I. Permiſcere oportet recte ſtatum pop. & donationem paucorum pro dignitate in mandandis magiſtratibus, & in Repub. communicanda.

II. Concionum ſiue deliberationum publicarum participem fieri è cenſu mediare.

III. Deliberari ab omnibus de quibuſdam rebus, & de quibuſdam à magiſtratib. ad hoc creatis, ſiue ſuffragio ſiue ſorte (nam eſt mixta Reſp.)

IV. Magiſtratus creari nulla cenſus habita ratione, vel omnes ex omnibus, vel omnes ex quibuſdam, vel quoſdam ex omnibus, & quoſdam ex quibuſdam; non tamen creari ab omnibus ſimul (eſſet enim hoc nimis Democraticum)

V. Iudicia exerceri omnia ab omnibus, & quædam à quibuſdam.

VI. Iudicia vt exerceant diuitibus pœnam, pauperibus mercedem conſtitui.

VII. In abſoluendo ratam eſſe Magiſtratuum ſententiam, in contemnando non item, ſed plerunque prouocari poſſe ad multitudinem maiorum.

Inſtituta Ariſtocraticæ Reipubl.

I. Recte permiſceri inter ſe ſtatum populi, paucorum potentiam & virtutem.

II. Deliberari ab omnibus de quibuſdam rebus; de quibuſdam autem à magiſtratibus ad hoc creatis.

III. Magiſtratus creari ſuffragio & non à cenſu, quoſdam quidem à quibuſdam ex omnibus, & quoſdam ab omnibus ex quibuſdam.

IV. Magiſtratus quoſdam proprios creari, vt παιδονόμον, γυναικονόμον & alios ad modeſtiam pertinentes.

Inſtituta Regnorum non Heroicorum, ſed diminutorum aut mixtorum.

I. Ad mediocrem rationem vim imperandi reuocare, ne nimis multa Regis arbitrio permittantur.

II. Prouidere, vt nec diuites iniuria, nec plebs contumelia afficiatur.

III. Cuſtodiam ſi habeat, habere ex ciuibus ſuis.

IV. Amicorum opera & ſtudio maxime niti.

V. Magnum neminem vnum facere. Sed potius multos, ſi omnino vnũ oporteat cauere eum, qui ſit moribus audax.

VI. Et

VI. Et quæcunque paulo poſt dicentur conſeruare Tyrannides ſecundi modi, omnia (ſi vim & ſimulationem detraxeris) huc pertinent conſeruantque iſtiuſmodi regna mixta, & deminuta.

Inſtituta Tyrannidis.

Heic I. Scire oportet eſſe modos conſeruandarum Tyrannidum, maxime inter ſe contrarios. 1. Eſt ſatis vſitatus & miſerabilis, nimirum quando Tyrannis iniquiſſima & ſæuiſſima adminiſtratione exercetur, & omni vi dominatio retinetur.

2. Modus eſt mitior, quando Tyranni Regium vultum induunt & ementiuntur, tantum retinendo poteſtatem dominandi æque in inuitos & voluntarios, eumque ſtatum beneuolentia populi (quam aſtute aucupantur) fulciendo.

Primi modi inſtituta.

I. Conuentus omnes prohibere, non conuiuia, non ſodalitates, non diſciplinarum & literarum ludos permittere.

II. Ignoti vt quam maxime inter ſe ciues ſint operam dare.

III. Peregrinos & ſatellites circa fores ciuium & in aliis publicis ac priuatis locis ſemper conſpici.

IV. Exploratorum & delatorum plenam eſſe ciuitatem, vt quid quiſque dicat aut faciat à Tyranno non ignoretur.

V. Calumniari alios apud alios, die Leut an einander hetzen/ amicos cum amicis, plebem cum nobilitate, diuites inter ſe committere.

VI. Pauperes reddere illos, quibus imperatur.

VII. Subitos occupatos tenere continentibus operibus & curis.

VIII Populo nullo in re ſe committere & arma adimere.

IX. Præſtantes viros deprimere & elati animi viros è medio tollere.

X. Nobiles clàm aut palàm vel tollere vel exterminare.

XI. Plebem affligere, ſub mouere munitioribus vrbis locis, & cogere ſeorſim habitare.

XII. Bella concitare.

XIII. Amicis minime omnium fidem habere.

XIV. Mulieribus & ſeruis viuendi licentiam tribuere (cum enim hæ perſonæ animum habeant muliebrē & ſeruilem, non ita facile quid moliuntur aduerſus ipſum.)

XV. Adulatores & improbos in pretio habere.

XVI. Grauium & liberorum virorum conſuetudine minime delectari: ſed eos odio perſequi.

XVII. Peregrinos & aduenas potius quam ciues ad conuiuia & familiaritatem adhibere, & honoribus augere.

Inſtituta ſecundi modi, mitioris nempe Tyrānidis.

I. Deos colere eximie (Lipſius in Polit. multa præſcribit ſuo principi, quæ ſumuntur ex hac Tyrannide) citra ineptias tamen & citra ſuperſtitionem (hoc enim eſt admodum muliebre) ſemper videri.

II. Mu-

II. Munire & ornare ciuitatem vt procuratorem, non vt Tyrannum.

III. Communium rerum curam oſtentare non abſumentem pecuniam in eiuſmodi largitionibus, quæ multitudinem offendant, & accepti & expenſi rationem reddendam.

IV. Tributa ſic imponere vt Reipubl. iuuandæ cauſa, & ad vſum militarem pecuniam cogere videatur.

V. Moribus eſſe ad virtutem accommodatum, aut ſemi bonum & non improbum, ſed ſemi improbum.

VI. Grauis & venerandi, non aſperi & timendi hominis faciem præ ſe ferre.

VII. Mediocritatem in omni vita non exuperantiam videri ſequi.

VIII. Sobrietatis & modeſtiæ opionem de ſe gignere, vel intemperantiam omnem, crapulas & ebrietatem aut vere fugere, aut ſaltem ſe ſimulare fugere.

IX. Virtute aliqua præſertim bellica ſi poteſt excellere, aut ſaltem videri.

X. Ciuili diſciplinæ deditum eſſe, & talem de ſe exiſtimationem excitare.

XI. Contumeliis in virgines & mulieres abſtinere; item nullis contumeliis viros afficere, multo minus ferre vt ipſius aulici hoc faciant,

XII. Pleraque legum præſcriptis agere.

XIII. Egregios & præſtantes aliqua in re viros ſic honorare, vt illi arbitrentur, ſe etiam in libera Republ. non plus honoris adepturos.

XIV. Honores & præmia ipſum per ſe tribuere, pœnas per alios, id eſt iudices & magiſtratus.

XV. Vtrumque ordinem plebeiorum & diuitum ſic fouere, vt vtrique exiſtiment ſuam ſalutem in tali imperio eſſe incluſam.

XVI. Nobiles familiaritate, plebem indulgentia & facilitate ſibi conciliare.

VXII. Magnum neminem vnum facere, vt etiam in Regno.

XVIII. Potentia & opes alicuius ſi frangendæ erunt paulatim id facere.

XIX. Cauere maxime eos, qui aut ſe aut ſuos contumeliis affectos putant.

XX. Cætera omnia quæ faciunt vt videatur Paterfamilias potius in tractandis rebus communibus, quam earum interuerſor.

Vtriuſque autem modi Tyrannidis commune hoc eſt, cuſtodiam habere ex peregrinis. Obiter obſerua: Quod Lipſius in ſuis Politicis ſequutus eſt verſionem Lambini, aut quod ipſe non aliter intellexit textum atque Lambinus, vbi de pœnis ſubditorum agit. Rectius à Victorio & longe melius verſa eſt ita. ſiue verbera videri inflexiſſe more parentum, non ſupplicia, vt Lambinus & Liſius vertit. Nam de ſuppliciis Ariſtoteles ſupra egit, hic vero. Wann mann Maulſchellen außgibet / ſo ſol ers mittigieren / ſe animo paterno feciſſe. 2. πατρικῶς non eſt more patrio, ſed paterno.

Ἀνακεφαλαίωσις.

In lib. 1. habuimus lapides & ligna, id eſt, materiam ex qua cōportata hæc domus fuit exſtructa. In 2. libro habuimus limen ſeu aditum ad hác do-

domum. In libro 4.5. & hoc 6. habemus hanc domum totam exſtructam & omnibus contignationibus abſolutam.

Finis libri ſexti.

POLITIC. ARISTOTELIS LIBER VII.

OSTENDIT Ariſtoteles libris ſuperioribus, quæ ſint partes huius domus Politicæ & contignationes, quæ ſunt Magiſtratus, deliberationes & iudicia: propoſuit multifariam Rerumpubl. formam, aperuit tandem morbos ſeu mala, quibus hæc domus infeſtetur, id eſt, quo igne conſumatur, quibus imbribus afficiatur, cariem & putredinem lignorum demonſtrauit, Iam reliquum eſt (qui mos Philoſophi) vt etiam ſuam ſententiam in medium ꝓferat. Hi duo ergo libri poſteriores ſunt de beata Repub. ex ſententia Ariſtoteris beata. Continent enim Rempub quam Ariſtot. putat eſſe optimã, quæq; poſſit dari, dũ Heroicum regnum habere non poſſumus. Conſiderat autem 1. Beatam ciuitatem, in qua re conſiſtat. 2 Materiam, id eſt, ſitum huius ciuitatis, ſeu vrbem, & agrum in quo eſt exſtructa. 3. Tandem conſiderat formam externam, & modum gubernationis. Quod ad 1. attinet, Beata ciuitas (formaliter loquendo) eſt ea quæ optima eſt, quæ agit recte & honeſte (Recte ex prudentia & reliquis

virtutibus dianoëticis, honeſte ex virtute morali) comulata bonis externis & corporis ſcilicet quãtum ſatis faciunt iſta bona ad recte & honeſte viuendum. Recte & honeſte viuere non recipiunt menſuram; virtutem in infinitum expetimus: cætera bona ad certum modum, quia Organica ſunt: ſi nimis parua hęc ſint parum faciũt ad vſum: ſi nimis magna, vſui obſtant.

Definitio beatę ciuitatis ex effectu hęc eſt: Beata ciuitas eſt, in qua optima forma adminiſtrata, ciues qui in ea degunt optimam vitam viuunt ex virtute, & bona illa organica habent, quantum ſatis eſt Cic. in lib. de Rep. Beatam ciuitatem definit, quod ſit virtute honeſta, gloria ampla (Venediger Macht) & copiis locuples. Materia huius ciuitatis ſunt ciues, in quibus ineſſe debet hæc forma ſeu beatitudo. Quæritur quanta multitudo eſſe debeat ciuium? item quales eſſe debeant ciues? Tanta autem ciuium debet eſſe multitudo, quanta ipſa ſibi eſt αὐτάρκης ad omnia ciuilia munera exequenda, id eſt, ad tuendam ſuam ciuitatem, ad iudicia reddenda, ad deliberationes inſtituẽdas, ad magiſtratus obeundos. Dicit Ariſtot. ciuitatem hanc debere eſſe εὐσύνοπτον, id eſt, vt ciues inter ſe poſſint eſſe noti, & vt inter ciues ſit amicitia & ſocietas illa ciuilis, quæ non eſt ita inter ignotos: nec tamen illa ciuitas nimis parua eſſe debet, wie Hewbach/die zwen an einer Stangen weg trugen. Ciues debent eſſe idonei ad libertatem tuendam: Es muß nicht Hundsfütter drinnen haben/ (Ariſtoteles in his duobus libris poſterioribus, quaſi quintum Reipub. eſſentiam proponit) **Proponit autem Ariſtoteles ciuium genera 5.**

Duo

Duo priora genera non ſunt partes ciuitatis principales, ſed adminiſtræ tantum ſeu inſtrumentales, id eſt, cauſæ ſine quibus non. Sunt inſtar vnguium ſiue capillorum in humano corpore. 1. Sunt agricolæ. 2. Opifices,& in vrbibus maritimis turba naualis. Hæc duo genera non ſunt veræ beatitudinis capaces. Vt enim corpus, ita & animus horum eſt incuruatus ad vtile nimirum, ſemper intenti ſunt lucro, non ſpectant honeſtatem, ſed vtilitatem. (Vtilitas autem eſt aliquid propter aliud expetendum. Honeſtas vero per ſe) ἀγεννὴς ὁ βίος τούτων καὶ ὑπεναντίος πρὸς ἀρετήν. Quatuor poſteriora ciuium genera (in quibus requiritur vt locupletes ſint propter vſus videlic. cum ciuiles tum bellicos.) 1. Sunt bellatores, qui inprimis debent eſſe iuuenes. 2. Magiſtratus, deliberatores, iudices, qui ſint mediæ ætatis. 3. Sacerdotes, qui debent eſſe ſeniores, in quibus videlicet affectus iam deferbuerunt (hodie ſecus: iuuenes ſunt ſacerdotes, ſed peſſime) ſenectus præterea auctoritatem addit rebus diuinis.

II. Ad vrbem ipſam (Materiam) quod attinet, conſiderandus eſt vrbis ſitus. Hic votis res agitur. Vrbs ex vna parte ſita ſit ad mare, idque non propter mercaturam, ſed propter commodas rerum exportationes & importationes; ex altera parte ager ſit ferax frumenti & frugum. Quod ad vrbem ipſam attinet, ſita ſit ad Orientem (ventus enim Orientalis ſolet eſſe ſaluberrimus) vel ad Septentrionem (ventus Septentrionalis licet ſit frigidus, tamen ſalubris eſt) non ad Auſtrum, qui ventus corpora emollit atque effœminat.

2. Debet habere ſcaturiginem perennium aquarum. Homines ſæpe fiunt ſtrumoſi, quia bibunt aquas ſtagnantes vel cœnoſas. Deinde ædificiis, cum ad pacem tum ad bellū ſit adornata. Etiam extera forma debet egregia eſſe, vt Vratislauiæ videndum eſt, vt faciles ſint ciuium egreſſus, & difficiles hoſtium ingreſſus Alſo im Schweizerlandt/vnd in der Stadt Venedig ad ædificia pertinent mœnia, propugnacula, curiæ ſeu publicæ magiſtratuum ſedes, templa, &c.

CAP. I.

INitio cap. quærit Ariſtoteles, quod ſit optimum vitæ genus? Deinde: vtrum ſit optimum priuatim & publice? In priuato vno quoque ex actione cognoſcitur Beatitudo. Beata vita in bene viuendo cōſiſtit. Bona valetudo licet non prima, tamen aliqua eſt pars beatitudinis: ſi enim non eſſet aliqua beatitudinis pars, cur homines infirmi & ægroti dicerentur miſeri? Stoici ad honeſtum referunt omnia, nec Peripatetici admodum repugnant: interim tamen etiam externa bona admittunt. In publicis negotiis ad honeſtatem fraudum feces admiſcendas eſſe nonnulli ſtatuunt. Lucianus Peripateticos notans dicit; eos eſſe Eſotericos & Exotericos, quod aliter loquantur apud ſapientes, aliter apud vulgus. Homines plebei rationum Analyt. non ſunt capaces. Libri Ariſtot. partim ſunt Exoterici, partim Analytici: Exoterici omnes perierunt, & de illis illud Ciceronis eſt accipiendum: Ariſtotelis eſſe aureum flumen orationis. In iis enim libris ſtylus eſt oratorius, & ad popularem intelligentiam accommodatus.

Lo-

Loquendi genus in libr. Analyticis, qui ſoli nobis relicti ſunt, eſt breuiſſimum & conciſum.

Cuiuſque rei forma cognoſcitur ex actione ſeu energiâ illius rei. Forma hominis ex vita. Sic illa Reſpubl. eſt optima, quæ facit vt ciues bene viuant ſeu bene ſe habeant. Conſiſtit autem illa in bonis, quæ omnes concedunt eſſe bona. Et hæc ſunt triplicia: Alia enim ſunt animi, alia corporis, alia fortunæ. Bona animi iterum ſunt duplicia, alia ethica, vt ſunt virtutes morales, alia dianoetica. Vtraque Virgil. coniungit, cum inquit. Vir bonus & ſapiens, &c. Probat igitur Ariſtoteles bona animi requiri ad bene beateque viuendum. Nemo enim dixerit eſſe beatum, qui extreme ſit crudelis, intemperans, &c. Quod ad Dianoetica attinet, nemo ſtolidum dicet Brutum. De his non eſt, inquit Ariſtoteles, concertatio: ſed de eo, quod pleriq; anteponunt externa bonis animi, & externa certa menſura expetunt. Anteponenda autem eſſe probat 1. Ex factis. Bona externa bonis animi cum adquiruntur tum conſeruantur, vt valetudo, diuitiæ, &c. Bona vero externa virtutes nobis non conciliant, ibi: ἀλλὰ ταῦτα μὲν λεγόμενα.

καὶ τὸ ζῆν.] Deinde inquit, qui bonis animi præditi ſunt, poſſunt eſſe magis beati, quam qui externis p̄diti ſunt. Voluptas eſt appendix, inquit Ariſtoteles in Eth. beatitudinis. Neque voluptas illa, quæ ex virtute proſilit, eſt melior, quam ipſa virtus. Lucullus auariſſimus homo bona ſibi exoptabat, quæ ſufficerent non modo ſibi tanquam domino, ſed quæ etiam ſufficerent furibus. Plerunq; euenit vt illi, qui his bonis exſuperant, ſint crudeles, ſuperbi, voluptuoſi.

Digitized by Google

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ.] 2.hoc probat ex rationib. Quod finitur & cui mēſura p̄ſcribitur ab altero, eſt deterius eo, à quo mēſurā accipit. μέτρον eſt p̄ſtãtius μετρητοῦ. Virtutes ſunt menſura, externa bona ſunt menſuratum. Interna bona ſunt infinita: Ea enim abſque modo expetere debemus. Hinc nemo nimium poteſt virtutibus eſſe præditus. Secus in externis. Habent enim illa menſurā, quia Organica ſunt. Omne organum debet eſſe certa quantitate præditum, non infinitum Culter ſi nimis eſt exiguus aut nimis longus, non eſt vtilis. Teſtudo nimis magna à cytharœdo pulſari non poteſt. Idem fit in nimis parua. Etiam in cæteris omne inſtrumentum oportet ſe accommodare ad vtentem.

ὅλως δὲ δῆλον.] non probat ex ſubiectis: ſi affectiones, quæ in rebus inſunt, inuicem comparentur, eæ præſtantiores ſunt, quæ in rebus præſtantibus inſunt (Hoc idem axioma eſt in 3. Topic. de comparat.) verbi gratia, 1000. flor. hat ein alt Weib. 1000. flor. hat ein ſchöne Jungfrauw / hæc eſt præſtantior. Sunt enim 1000. flor. in nobiliori ſubiecto. Iam autem animus eſt præſtantior quam corpus vel diuitiæ. Ergo bona animi ſunt præſtantiora quam bona corporis & fortunæ καὶ ἁπλῶς καὶ ἡμῖν. Poſſet hic quis dicere ſimpliciter quidem [ἁπλῶς] & ſua natura animus eſt præſtantior ſed addit καὶ ἡμῖν & nobis, reſpectu noſtri.

Philoſophi diſtingunt inter nota ſimpliciter & nota nobis: bona ſimpliciter & bona alicui, ἁπλῶς καὶ τινι Si comparo viperam cum frumento, vipera eſt præſtantior quam frumentum, ſcil. ſimpliciter, (vipera enim habet animam non ſolum ſentientem,

tem, ſed etiam vegetantẽ) non autem quo ad nos ſeu nobis. Frumentum enim reſpectu noſtri melius eſt. Sic informaturus puerum, promitto illi pomum ſi diſcat diligenter: Ibi diſcere ſimpliciter eſt præſtantius, ſed non puero; huic enim pomum melius eſt. Sic notiora alia ſunt notiora ſimpliciter, alia nobis. Deus eſt notum quid ſimpliciter. Eſt enim actus puriſſimus, & ſol intelligibilis; non autem eſt notum quid nobis. Non habemus vocabula humana quibus exprimere poſſumus naturam Dei. Si enim aliis vtimur vocabulis quãdo loquimur de pricipibus, quam cum loquimur de homine aliquo priuato (dicimus enim Jhr F. G. non autem. Er. & coniugem ipſius vocamus Gemahl non Weib / filias Fräwlein non Töchterlein) quanto magis aliis deberemus vti vocabulis, quando dę Deo, quam quando de hominibus loquimur. De Deo quando loquimur, ſemper balbutimus. Eſt enim Deus ἀκαταλήπτον τι. Quemadmodum oculis ſolem directe intueri non poſſumus: Sic Deum non niſi à tergo intuemur (Hinc Exod. 33. Poſteriora mea videbis, id eſt, creaturis eum agnoſcimus, Interdum autem coincidunt, vt idem ſit notum nobis & ſimpliciter: bonum nobis, & ſimpliciter.

ὅτι μὲν οὖν ἑκάστῳ.] Aliud Argumentum: Finis eſt præſtantior eo, quod ad finẽ refertur. Hinc græce τέλος dicitur ὅτι τελεῖ, perficiat. Sic victoria eſt præſtantior quam prælium. Portus eſt præſtantior quam nauigatio. Omnes enim ſanæ mentis homines expetunt bona externa propter bona animi. Ergo etiam ſunt præſtantiora. Sed vulgus

hac

hacin re aliter ſentit. Nam expedit bona animi propter bona externa. Iuuenes faciunt hoc ſtulti, & his ſtultiores parentes ipſos iubent (Studier das/damit du Reich werdeſt) Hinc Galenus, tantus vir affirmare non dubitauit, ſe in tota ſua vita non niſi 4. vel ad ſummum 5. vidiſſe, qui maluerint eſſe docti quam videri. Adeo vulgus hominum eruditionem & bona animi ad bona tantum externa tanquam ad finem dirigit: vnde illud: Lieber ſohn lernſtu wol/wirſtu bratner Hůner voll/ lernſtu aber vbel/ſo muſtu mit der Saw vbern Kůbel.

Multi etiam cupiunt diutius viuere, non propter bona animi, ſed vt voluptatibus fruantur.

Μάρτυρι τῷ θεῷ.] id eſt, Deus eſt beatus, nec tantũ eſt diues, ſed eſt ſapientiſſimus. Sed hæc dicuntur ἐξοτερικῶς: eſt enim Deus ipſa iuſtitia & bonitas,

Item fortuna reiicitur à beatitudine: at illa non reiicitur à bonis externis, ver. gr. & ars & fortuna vnum idemque ſæpius poteſt facere, verbi gratia, ſanitatem facit & medicus & fortuna: Fortuna, vt in Iaſone Phæreo. Beatitudo (ſcilicet tota) non niſi animi bonis ſeu internis poteſt acquiri.

ἐχόμενον δὲ.] Ergo, Ciuitas etiam erit beata, quæ virtutibus eſt inſtructa. Agendũ eſt igitur, quod virtus poſſit ingenerari ciuibus tam ethica, quam dianoetica. Si enim in virtute priuati beatitudo conſiſtit, quidni etiam ciuitatis? Neque hic excluduntur externi.

CAP.

CAP. II.

Πότερον δὲ] Dicas: fortaſſis ſumis tibi hoc: Eandem eſſe beatitudinem ciuis & ciuitatis Reſpon. Minime, commune enim eſt hominum iudicium eſſe eandem. Nam quicunque beatitudinem in diuitiis reponunt, ciuitatem beatam fore iudicant, ſi diues ſit. Et rurſus qui herilem vitam ſiue tyrannicam ſuſpiciunt, late dominantem beatam eſſe dicunt.

Ὅτι μὲν οὖν.] Definitio optimæ Reipubl. per Effectus. Talis eſt, ſi dicam: optima corporis conſtitutio eſt, qua quis optime poteſt agere, verbi gratia, concoquere, videre, incidere, omnibus iniuriis externis reſiſtere, &c. Optima Academia eſt, in qua diſciplina ſumma habetur, & iuuentus in omni genere ſcietiarũ optime informatur. Hic finis eſt verus. Sic bruta Reſp. eſt, quæ habet primum & ſummum bonum, id eſt, virtutes, & adſunt bona externa, quantum ad virtutis exercitationem ſatis eſt. Illa externa accipiunt mẽſurã ab ipſa virtute.

Ἀμφισβητεῖται δὲ] Cum virtutes animi ſint duorum generum. Aliæ enim virtutes ſunt Ethicæ, aliæ Dianoeticæ, quæritur quam maxime debeant coli, id eſt, quæ ſint priores & alteris anteponendæ? (vulgo hanc diſputationem non recte proponũt, an literæ, an arma ſint anteponẽda. Nõ ita informari debet, ſed totũ cũ toto debet comparari, non totũ cum parte. Omnes optãt virtutes cum ſapiẽtia nõ parare, non cũ aliqua ſpecie) ſi de priuato homine quęris, huc nõ ptinet, ſed in lib. 10. Eth. de hac eſt actũ. Sin aũt de Rep. quæris, tres sũt de hac quęſtiõe ſententiæ. Alii.n. practicã vitã

ante-

anteponunt: alii partem huius ſumunt tandem, & militarem virtutem anteponunt, ac Rempubl. omnibus modis ſtudent facere militarem: alii denique vitam anteponunt theoreticam: Ad eos ꝙ attinet, qui vitam militarem anteponũt, complures & olim fuerunt, & hodie adhuc ſunt nationes in hac ſententia florentiſſimæ. Sic in Spartana Republ. omnes leges ſpectabant, vt ciues eſſent bellicoſi, lib. 2. apud Macedones illi, qui nullum interemerunt hoſtem infamia notabantur; omnia enim ad dominatricem virtutem referebant: Apud Iberos, &c. virtus in ſepulchro honorabatur. Sexcenta alia exempla adferri poſſunt, quibus manifeſtum euaderet, vel pœnis vel præmiis homines ad virtutem militarem exercendam inuitatos fuiſſe. Hinc Coronæ Ciuicæ Triumphi. Et vt homines priuati maxima fere ex parte nihil aliud agunt, quam vt diuitias accumulent: ita etiam Reſpubl. in eam fere curam incumbunt, vt multis imperent, & orbis terrarum fiant dominæ: Contra horum opinionem diſputat Ariſtoteles præſertim contra legiſlatores. 1. Fortitudo & Tolerantia eſt pars tantum virtutis, non in ſe complectitur omnes, hoc ipſum etiam argumentum habet Ariſtoteles contra Spartanam Remp. libr. 11. Reſpubl. enim debet omnem virtutem ſpectare.

11. Virtus bellica non eſt virtus princeps, ſed adminiſtra tantummodo. Bellum enim gerimus non vt bellum geramus, ſed vt pace fruamur. Bellum enim refertur ad pacem vt finem: Finis autem eſt præſtantior in omnibus rebus.

III Adde-

III. Adde: Quod virtus bellica licet pacem afferat quo ad hoſtes externos, cum ipſi videlicet iam ſunt ſubacti, non tamen adfert pacem inter ipſos ciues. Licet enim hoſtes iam deuicerint, cum tamen ad leges ſolummodo bellicas ſint aſſuefacti, quieſcere non poſſunt, ſed ſemetipſos atterũt. Huiuſmodi nationes complures bellis inteſtinis tandem fuerunt conſumptæ. Exemplo nobis ſunt Græci, qui cum conueniſſent ſeipſos attriuerunt. Item Romani de quibus Luceanus:

—Populumque potentem
In ſua victrici conuerſit viſcera ferro.

IV. Virtus illa bellica ſæpe non eſt virtus. Iniuſtum enim ſæpe eſt bellum, cum eos ſcilicet, qui ſeruitute digni non ſunt, in ſeruitutem redigimus. Quemadmodum in vita domeſtica imperium herile tum demum eſt iuſtum, cum ſeruus natura eſt ſeruus: ita in Rep. illud bellum iuſtum eſt, quod vel ſui defendendi cauſa ſuſcipitur, vel quod iis infertur, qui nati ſunt ad hoc, vt opera corporis potius, quam animi præſtent, vt ſunt populi barbari. Hinc Auguſt. Barbaros cogere hoc iuſtum eſt. Vnaquæque virtus eſt virtus, ſi certo modo adminiſtretur. Forma virtutis ipſa facit virtutem. In virtutibus enim hoc tempus, illa vel illa circumſtantia facit virtutem. Sic in hos bellum inferre iuſtum eſt: in hos non, hoc tempore iuſtum eſt. Libere loqui licet cum iuuene, non item cum ſene, adhibita enim reuerentia id fiat oportet. Cum igitur non ſemper ſit legitimum, legiſlator non debet tales leges præſcribere. Sed dices: Fit legitimum, quia præſcriptum eſt? non oportet

V tet

tet enim nimis declines à recto, quod pugnat cū rer. naturā. Nōn continuo quod legibus ſcriptum eſt, eſt iuſtum. Ergo qui imperia hæc confundunt cum natura pugnant, ibi: καὶ τῷ δόξει ἐν ἀνάγκαν.] Differunt imperium ciuile & herile. Ciuile eſt æqualium in æquales : herile vbi dominus natura prudentior eſt, ſeruus autem non animi, ſed corporis valet viribus.

Ἀλλ' ἐοίκασιν.] Italicum eſt prouerbium: Iuſtitiam in alienis ædibus deſideramus atque expetimus, ex noſtris vero expellimus. Romani nō potuerunt ferre imperium Cæſaris. At quid ipſi fecerunt? Nonne etiam illi alias gentes ſub iugum miſerant? Lipſius de magn. Rom. diſputat, an omnia bella Roman. fuerint iuſta? Neſcio ego, ſed puto leuiſſima ſæpe de iniuria bella geſſiſſe. Cæterum natura præmonſtrat, optime barbaros gubernari debere à prudentib. Recte Auguſt. vt ſupra populum iniuſtum ad iuſta cogere, non eſt iniuſtitiæ. Nihil fidem ſubditor. magis conſeruat quam recte & iuſte imperare. Sic lene ac iuſtum Romanum imperium effecit, vt fœderum ſocii etiam cum turbis, cum bellis omnia ardebant, fidem ſeruarint.

Ὥσπερ οὐδὲ θηρεύειν.] aliud argumentum, venatio eſt rudimentum quoddam & inchoatio bellicar. exercitation. vt autem non quæuis captamus animalia, ſed ea potiſſimum quæ eſui ſunt apta : ita non quoſuis populos in bello quaſi captare debemus, ſed eos ſolummodo, qui vt illis imperetur digni ſunt. DICES: Nonne venamur etiam vulpes, vrſos, lupos? Reſpond. venationis vocabu-

cabulum ab Ariſtotele late accipitur, & aucupium quoque atque piſcationem comprehendit, ea etiam ratione ad modos acquirendi refertur lib. 1. Polit. Hyppocrates inter cibos refert canes, quædam nationes deuorant vulpes, vrſos, quædam mures. Septentionales venantur animalia propter pelles. Ariſtoteles igitur loquitur vt Græcus. In Græcia enim non erat vſus pellium, non erant pelliti vt apud nos. Quod ſi illis qui nobis æquales ſunt bellum inferatur, contra naturam agi videtur. Atque hæc contra eor. ſententiam, qui anteponunt Remp. militarem, diſputantem, & quid Philoſophice in Scholis: Nam reuera hodie ſe res aliter habent. Omnia enim metimur noſtra cupiditate, quæ finem non habet. Exemplo ſit Philippus Macedo, Alexander, M. Hiſpanus, Turca: ſunt enim hi inſtar Helluonum, qui repleri vel ſatiari nequeunt. Sed hæc vt diximus in Scholis tantum diſputantur.

ἀλλ' μὴν δεῖ.] Aliud argumentum. Non negat Ariſtoteles rationem fortitudinis eſſe habēdam, ſed non ſolius. Non enim eſt vltimus finis. Interdum enim arte bellica opus eſt in Repub. non tam propter alios ſibi ſubiiciendos, quam ne finitimi quid contra eam durius tentent. Legislator in legibus ferendis non ſuam tantummodo, ſed finitimam etiam Rempubl. ſpectare debet ibi: καὶ τοῦτο τῆς νομοθετικῆς.

CAP III.

QVI Practicam vitam Theoreticæ anteponunt, hoc potiſſimum nituntur fundamento, quia ipſa Beatitudo ſit actio. Eſt enim Beatitu-

Digitized by Google

do actio animi ex virtutum perfectiſſimarum præſcripto(inter virtutes Ethicas perfectiſſima eſt iuſtitia : Dianoeticas vero ſapientia)igitur vita practica eſt anteponenda. Reſpondetur : verum quidem eſt, beatitudinem eſſe actionem. At etiam Theorica eſt actio, mentis videlicet. At, inquis, Theorica non eſt actio proprie dicta, qualis eſt virtutum Ethicarum.

Reſpondit. Imo Theoretica vita non eſt ocium, ſed eſt maxime actio,& maior quidem quam illorum qui manibus aliquid agunt. Vitruuius aliquis, qui mente & conſilio præſcribit, quid & quomodo fabri debeant facere ſtructuram,magis agit, quam ipſi fabri & cæmentarii, &c. Sic Imperator in bello,qui præſcribit aciem,plus agit quam milites. Non aliter ſe habet vita practica ad theoreticam, &c. Ethicæ virtutes plurimum dependent à ſapientia. Theoria præſcribit illi. Sic in Medico Architectonico,qui Empirico,Chirurgo. Cic. in orat. per Muræna. (qui homo fuit militaris.) cauſæ ſuæ inſeruiens,ſcientiam militarem extollit contra iuriſprud. omnes facultates & artes ſunt ſub diſciplina militari. Accuſabatur enim Muræna à Caio Sulpitio ICto. At idem Cic. in libr. de offic. vbi ſibi ipſi inſeruit, anteponit prudentiam Pompei & aliorum rebus geſtis. Quod ſi dixeris : Vita Theoretica & Practica vna alteram adiuuat. Virtutes. n. Ethicæ Dianoeticis hãc vtilitatem præſtant, vt hæ locũ poſſint habere. Quam diu enim affectus non ſunt domiti atque ſopiti, virtutes dianoeticę caliginę ſunt ſuffuſæ. Ex altera parte vtilitatem etiam præſtant virtutes dianoeticæ

ticæ

ticæ Ethicis, quatenus illis præſcribunt. Errant tamen, qui dicunt Practicam & Theoreticam eſſe ab vno, i.e. Practicam totã pendere à Theoretica, licet altera ab altera iuuetur. Nã ſi vita Practica & vita Theoretica eſſent ab vno, tunc vna ſublata etiam reliqua periret. Imo vita Pract. & vita The. ſunt duo viatores, qui ad eandem metam contendunt, ad beatitudinem ſcilicet, ſed non eadem via.

CAP. IV.

FInis tam diu dicitur finis, quam diu nondum eſt acquiſitus & in re impreſſus; iam dicitur rei forma & perfectio, quæ etiam rem denominat, verbi gratia, diuitiæ mihi ſunt finis, ego propterea nondum poſſum dici diues, ſed poſtquam iam diuitias acquiſiui, tum demum à diuitiis denominor, & vocor diues. Ariſtoteles quæſiuit hactenus finem, qui ſi introducatur in ciuitatem, tum dicitur beata Reſpubl.

ἐπειδὴ.] Iam Ariſtoteles poſt præmium incipit agere de ipſa Materia, in quam introducere vult iſtum finem, & poſtea formam euolutius tractat, quæ antea fuit implicita. Oportet enim vnicuiq; artifici certam & aptam ſubiici materiam, vt opus aliquod præclarum efficiat, verbi gratia, ſtatuarius, ſi vult efficere ſtatuam elegantem & nitidam, neceſſe eſt vt marmor ei ſit parium, tunc poteſt fingere talem. Eodem modo ſtatuendum eſt de ciuium numero & multitudine (in ciues enim tanquam in materiam introducenda eſt beatitudo, tanquam forma & perfectio) de ſitu vrbis, vt ſit ad mare, vel ad aliquem fluuium. Hæc ſunt

Digitized by Google

eiuſmodi, inquit Ariſtoteles, quæ non pendent à legiſlatoris prudentia & conſilio, ſed voto. Vrbs Athenarum ex vna parte mari attribuebatur, ex altera parte vero agrum habebat, non quidem fertilem, ſed ſabuloſum. Sie ſind Sandhaſen geweſen.

οιον ζωαι μὲν οὖν.] Vulgus hominum magnitudinem rerum metitur, vel ex quantitate cõiuncta, id eſt, mole, vel ex quantitate deiuncta, id eſt, multitudine numeri. Imo, inquit Ariſtoteles, magnitudo alicuius rei eſt metienda ex opere & officio eiuſdem. Hoc in tota Philoſophia Ariſtotelica obtinetur, vt opere & facultate omnia æſtimentur, videlicet cap. 2. libr. 4. Meteor. Sic Hippocrates eſt magnus vir, quod opera medica præſtat, non magnitud. corporis. Sic diues ille magnus dicendus eſt, non qui plurimas diuitias poſſidet, ſed qui artem etiam tenet diuitiis fruendi, id eſt, cuius diuitiæ ſunt, non tam κτήσει quam etiam χρήσει. Quando res id, cuius cauſa ſuſcepta eſt, præſtare poteſt, tunc eſt perfecta. Demoſth. οὐκ ἐν τῷ μέγα τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Sed, vt modo dictum, vulgo metimur res aut mole partium, aut numero partium. Et ſic metimur exercitum; ſed non multitudo hominum, ſed militum metienda eſt. Sunt ſæpe multi inter eos lepores galeati, vt Cornificius milites ſuos vocabat. Ita Reſpub. quæ habet multos peregrinos, inquilinos, aut turbam naualem, debet potius dici frequens, non magna. Eodem modo Academia, in qua abundat multa turba clamantum, pecorum ignauorum, non ſtudioſorum, non eſt magna dicenda, ſed frequens.

Eodem

Eodem modo in aliis. In corpore humano partes aliæ ſunt principales, vt cor, cerebrum, hepar, pulmones, ventriculus, manus, pedes, &c. aliæ ſunt partes quidem, ſed non primariæ, & aliquem vſum præſtant, licet non principalem, vt ſunt pili & vngues. Quædam partes eſſe videntur reuera, & tamen non ſunt partes, vt digitus per ſe quidem eſt pars corporis humani, ſi quis tamen habeat ſex digitos in vna manu, ſextus ille digitus non eſt pars, ſed ſuperabundat. Quædam ſunt mera excrementitia in corpore, vt ſtrumæ, verrucæ. Sic in arboribus die Schwām non ſunt partes arboris. Ita etiam ciuitas metienda eſt ſuo opere. Ciuitatis autem opus in genere loquendo eſt imperare & parere. Partes ciuitatis quæ imperant 1. ſunt bellatores tempore belli. 2. Iudices tempore pacis. Iudices hic voco non tantum in ſpecie ſic dictos, ſed etiam conſiliarios & Magiſtratus, & tertia pars ciuitatis primaria ſunt ſacerdotes, id eſt, qui res diuinas tractant. Partes ciuitatis quæ parent ſunt veri ciues, id eſt, qui licet iam non imperent, aliquando tamen imperare poſſunt. Si hæ partes adſunt, vt munus nimirum imperandi & parendi recte impleatur, tunc ſatis magnus eſt numerus. Nimis parua vero eſt illa ciuitas, in qua non omnia munera adminiſtrari poſſunt à diſtinctis perſonis.

Pragæ audio eſſe 5. Iuriſdictiones, quia ciuium numerus non eſt σύνοπτος Non eſt homo niſi opus hominis præſtare poſſit. Et vnum quodque perfectum eſt, quando opus ſuum perficit, & quando ſibi ſimile poteſt procreare. Als die Studenten/

wann ſie etwas hinder ſich laſſen. Planta item & frumentum tum demum dicitur perfectum, quando ſibi ſimile poteſt generare. Primum eſt herba, poſt adſurgit in calamum, deinde ariſtas ſortitur, tandem grana ſeu ſemen accipit, & tunc eſt perfectum. Illud ſemen enim in terra proiectum aliud frumentũ producere poteſt. Oportet in Rep. magnitudinem metiri ex iis partib. quæ vſui ſunt, ſic pinguis homo non eſt proprie magnus, qa pinguedo non modo nõ facit ad actiones, ſed etiam impedit actiones. Wann einer ein ſolchen Bauch hat/daß jhr 2. daran zu tragen haben/oder ein Speck einer Eln dick/wie die Schwein in Engellandt/als vnſer Speckſchneider ſagt. Summa, ſi ciues veri adſunt, (non inquilini vel otioſi) tũc ciuitas eſt magna. Sæpe tamen fit vt plures adſint, ſiue ſerui ſiue peregrini, quàm veri ciues, vt Romæ. Hinc ſcribit Seneca, aliquando in ſenatu Rom. dictam fuiſſe ſententiam, vt cultu ſeu veſtitu diſcernerẽtur liberi homines à ſeruis; tunc, inquit, apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſerui nos (liberos ſc.) numerare cœpiſſent.

Hæc fuit frequens non magna Roma. Non. n. oportet magnitudinem metiri ex multitudine, vt Lipſ. in lib. de Magn. Rom. facit, ſed ex opere, vt noſter Ariſtoteles. Verorum ciuium, inquit Lipſius, multitudo eſt fundamentum potentiæ & diuturnitatis ſtatus.

In vrbe vbi ſunt multi mechanici, ea non eſt magna, quia ibi non multi, qui libertatem tuentur. Sed dices: tantum ſunt ciues. Reſpond. Concedo, ſunt ciues, ſed non talis ciuitatis, qualem Ariſtiſtoteles vult. Non omnia pronuncia-

Digitized by Google

ta de certa forma Reipbublicæ ſunt intelligenda. Non oportet vniuerſe accipere quod vniuerſe in Politia effertur. Hoc recte dicitur in regno, recte in Democrat.

Ἀλλὰ μὴν καὶ.] Porro non quamuis multitudinem eſſe vſui, euentu & rationibus probatur. 1. Quia ciuitatis opus vt gubernet ordine quodam, & lex iubet ordine agere in omnibus rebus. Et ordine gignit (imo ipſa lex eſt ordo) quemadmodum eſt Imper. ordo militiæ. Sed in multitudine infinita non poteſt ordo eſſe. Lex non poteſt gubernare tam multos, ſed hoc potius diuinæ potentiæ: ibi: ὅλε γὰρ νόμος.

ἐπεὶ δγε.] Deinde ex vera & recta magnitudine illud ſequitur, vt vrbs dicatur pulchra. Nam aliquis dici poteſt nomine formoſus, non vero pulcher, quia non habet magnitudinē quam hominem decet, ſeu ſtaturam decentem. Eodem modo vt hæc proprietas vrbi adſit, requiritur, vt ſit numerus partium definitus. A materia, inquiunt Philoſop. oritur infinitum, non terminatum. Forma eſt terminus, ſeu rem terminat, & inde ſequitur pulcritudo, vide 8. Top. vbi Ariſtot. ad Dialogum requirit decentem quandam magnitudinem. Et Galenus ait: librum debere certam magnitudinem habere, non monſtroſam. Requirit etiam Ariſt. certam magnitudinem in Comœdiis & Tragœdiis, in Poetis. Itaque res ita metiendæ ſunt, vt proportio ſit congrua. Poteſt etiam eorū, qui veri ſunt ciues, nimia eſſe multitudo, vt de Gallia dicitur, tertiam fere partem eius conſtare ex aduocatis, id eſt, hominibus litibus inſeruientibus.

tibus. Solche Leut / die ſich mit der Federn erhalten. Adeo litibus dedita Gallia. Sic alibi: Si multi iudices, medici, milites, certa quædam magnitudo in omnibus rebus cōſpicitur, materia eſt ἀόριστος, forma eſt ὡρισμένη.

C A P. V,

AGer ſatis magnus eſt, ſi ſit αὐτάρκης, id eſt, ferax omnium rerum, quibus ciuitas indiget: ſed vulgus hominum agrum ſimilem inquit Ariſtot. eum magnum eſſe iudicat, qui late patet.

σχολάζοντες.] Non vt compoſitis manib. domi deſidere, ſed vt ab omni opere ſeruili vacare poſſint. Ad agri conditionem quod attinet, plerique malas ſuas affectiones hac in re ſequuntur, & eum agrum laudant, qui ipſorum ingenio reſpondet, luxurioſus, luxurioſum: qui parci & contenti ſuo victu ſunt probant mediocres & minus feraces agros. Vnuſquiſque nititur ſuo ingenio, hinc hominū diſſenſiones. Sic in ſtaturis hominum fieri conſueuit, qui eſt mediocris ſtaturæ vituperat homines lōgioris vel breuioris ſtaturæ. Sic etiam in membris ſingulis naſo, ore, &c. vbiuis materia carpendi eſt obuia. Ager autem an planus eſſe debeat, an mōtoſus, quæritur? Reſp. Ariſtot. hic requirendum eſſe iudicium hominum militarium rerum peritorū. Situm quod attinet maximas cōmoditates ciuib. præſtant maria & maiora flumina, hinc tot egregias vrbes ad Rhenum & Danubium exædificatas videmus. Eiuſmodi autem vrbes plerunque exædificantur in longitudinem, pro commoditate videlicet fluminis præterlabē̄tis, vide totum cap.

CA-

Digitized by Google

CAP. VI.

CIuitatem, quæ ad mare eſt, non bene ſe habere ratio hæc affertur: quia cum turba nauali à peregrinis hominibus completur, mores hominum facile corrumpuntur. Ciues enim, qui ab ineunte ætate ad has vel illas ſunt aſſuefacti, cum vident alios aliter agere, putant ſuas res non eſſe ſanctas, ſed ab hominum inſtituto tantum profectas, & ab illis facilime deſciſcunt. In ciuitate enim curari debet, vt omnes ab ineunte ætate leges tanquam à Diis eſſe latas credant, verbi gratia, ſanctum eſt in Republica Die Veneris non licere carnibus veſci: Si peregrinus veniat & comedat, paulatim etiam ciues diſcunt comedere. Hæc cauſa fuit, quod Moyſes prohibuit, ne ducerent Iudæi vxores niſi eiuſdem gentis, ne forte vitiis gentilibus aſſueſcerent iiſque implicarentur, Ioſephus libro octauo: ideoque vitio datum fuit Salomoni quod alius nationis vxores duxit. Hæc etiam in Republica Roman. cenſetur fuiſſe cauſa diurnitatis Reipublicæ, quod per aliquot centum annos à nauali malitia abſtinuerint. Daher auch jener Pfarrherr offentlich auff der Cantzel geprediget: was bringen vnſere Jungen mit auß Welſchlandt vnd Franckreich? Nichts / als Welſche Bäuch / vnd Calviniſche Köpff. Hinc apud ruſticos quia nõ peregrinãtur reperitur antiquus veſtitus & antiquæ voces: ſic ẽt apud fœminas antiquus loquẽdi modus. Eodem modo ſapiẽtes nõ facile concedũt plures religiones in Republica quam duas. Si enim plures ſunt

ſunt religiones in vna ciuitate, fit vt vna paulatim imminuat auctoritatẽ alterius. Eodem modo res ſe habet vt in manu. Si te aſuefeceris ab ineunte ætate ad dextram, eris dexter; ſi ad ſiniſtram, eris ſiniſter. 2. Ratio, quia eiuſmodi ciuitates facilime efficiuntur mercatoriæ, quas Ariſtoteles non beatas eſſe poſſe affirmat. Vbi enim mercatura exercetur, ibi multitudo hominum eſt. Atqui multitudo hominum ne quidem verarum partium, id eſt, eorum, qui veri ſunt ciues, commoda eſt ciuitati, quia non poteſt gubernari, debet enim eſſe εὐσύνοπτος. Commoda autem ciuitatis maritimæ tum tempore pacis, tum belli, hæc ſunt. 1. Quod ſit aptior ad auxilium ferendum, id eſt, vt & nos aliis, & alii nobis eo facilius poſſint opem ferre. 2. Ad neceſſaria importanda, & ſuperuacanea exportanda. Incommoda autem illa dicuntur, de quibus modo dictum, hac ratione vitari poterunt 1. Si ciuitas non niſi ſibi mercaturam faciat, id eſt, eatenus mercaturam exerceat, quatenus ſibi neceſſarium eſt, non vt emat & rurſus vendat, atque ita quæſtum faciat. Si igitur pauci veniant mercatores, non poteſt tam facile Reſpub. corrumpi. Sed quæ tota eſt mercatoria, ea diſtorta eſt valde Reſpub. Hæc enim omnibus rebus anteponit quæſtum & pecuniam, quæ inter externa infimum & omnium viliſſimum eſt (honor enim inter externa bona ſummum eſt) Taceo, ſi ei honeſtum vile eſt, cui corpus eſt nimis charum, quanto magis cui diuitiæ? Non poteſt quis ſe extollere, aut diuina mortalis attingere, niſi omiſſis diuitiis. Salluſt: Vbi diuitiarum cupido in-

do inuaſit, neque diſciplina neque bonæ artes multum valent. At inquis, vt vrbes martimæ aliis periclitantibus auxlium ferre poſſint, opus eſt vt ſint inſtructæ claſſibus. Ergo opus erit turba nauali, atque ita iterum corrumpuntur mores. ℞. Ariſtoteles: huic incommodo poteſt occurri, ſi portus non ſint ad vrbem, ſed paulo remotiores, & vt ibi habitet turba naualis & certis legibus gubernetur, ſicut apud Athenienſes, in Britãnia, vbi erat tota Democrat. Illi autem qui pugnant debent eſſe ex ciuibus, remiges ex ruſticis. Nota hunc locũ contra noſtros. Hodie enim Veneti & alii vtuntur remigibus hominibus facinoroſiſſimis, & illis qui ſunt excrementa ciuitatum Allerley lumpen vnd loß Geſind/ qui facile poſſunt corrumpi, atque ita maximas dare turbas in pugnis naualibus.

CAP. VII.

IAm explicat varietatem, ingeniorum gentium ad imperandum, quæ pendet ab ipſa natura, non voluntate legislatoris. Ariſtoteles adfert duplicem differentiam ingeniorum. Alia ingenia habet Auſter, alia Boreas ſiue Septentrio. Homines Septentrionales fere ſunt robuſti, pugnaces, militares, prodigi animarum ſuarum, vt Germani, Galli, &c. Auſtrales enim ſunt acutiſſimi & ſolertiſſimi in conſiliis, & maxime vafri, vt Afri, Ægyptii, ſed corpore deficiunt, ſind Hundsfütter/ vt Hannibal, qui Romanos vafritie, calliditate, aſtutia vicit. Hinc etiam Cæſar dixit: Pompeium cum fœminis bellum geſſiſſe (Aſiaticis) ſe cum viris

viris (Celtis) In bello autem requirũtur duo imperans & parens : ille conſilium habet, hic bene pugnat. In medio, quod eſt vtriuſque extremi particeps , concurrunt hæ virtutes, vt & corporibus & animo valeant, vt præcipue in Græcia. Dux belli inprimis ſit vulpes, exercitus vero conſtet è Leonibus. Regio temperata ita ſe habet, vti ibi ver ſit temperatum, id eſt, ybi circa æquinoctium vernum neque de calore neque de frigore poſſis conqueri , vt in Hiſpania. Græcia item vmb Neapolis herumb. Vide Bodin. de variis gentibus. Victruu. de Architect. lib. 6, tot. c. 1. Meridianæ nationes inquit ex acuto feruore, mente expeditius celeriuſque mouentur ad conſil. cogitationes: Septentrionales autem gentes infuſæ craſſitudine cœli, per obſtantiam aëris humoris refrigeratæ ſtupentes humanæ mentes. Hæc Victruuius. Exemplum peti poteſt à viperis.

φανερὸν εἶναι.] Dixerat Plato libr. 2. de Republ. cuſtodes ſimiles eſſe debere canibus. Vt enim canes blandiri ſolent notis, ignotos allatrare : ſic cuſtodes debere eſſe humaniſſimos in notos, ſeu amicos, in ignotos autem ſeu inimicos ſæuire & *ἀγρίους* eſſe. Sed Ariſtoteles inquit , eos debere eſſe *θυμοειδεῖς.* Nam qui eſt *θυμοειδὴς* ille habet vtramque hanc conditionem , quam Plato requirit. Amicitia ſedem ſuam habet in ipſo *θυμῷ.* Qui eſt *θυμοειδὴς*, is magnus iraſcitur amicis, ſi ab ipſis lædatur, quam inimicis, quia videlicet non ſolum iniuria afficitur, ſed etiam priuatur illo commodo, quod ex amicitia expectabat, beneficia mutua. Hinc *χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελ-*

φῶν inquit Ariſtoteles, probatur in θύμῳ eſſe amicitiam. Contraria verſantur in eodem ſubiecto, verbi gratia, ſi ſuperficies aliqua eſt ſubiectum albedinis, eadem etiam ſubiectum eſſe poteſt nigredinis. θύμος eſt ſedes iræ, Ergo θύμος eſt etiam ſedes amicitiæ. At, inquis, ſi θύμος eſt ſedes amicitiæ, cur Ariſtoteles 4. Top. φιλίαν potius ponit in ἐπιθυμητικῷ? Reſpondeo Ariſtoteles 1. loquitur ibi ex ſententia Platonis. 2. Etiam loquitur de ea amicitia, quæ voluptatis cauſa inſtituitur, verbi gratia, amicitiam aliquis habet cum ancilla aliqua, aber warumb? eiuſmodi amicitia videtur naſci ab ἐπιθυμητικῷ, ſed amicitia virtutis vel etiam vtilitatis cauſa inſtituta eſt, id eſt, humanitas illa ſeu beneuolentia illa vera eſt in θύμῳ, non ἐπιθυμητικῷ. Parui animi homines inuident, id eſt, vilis eſt pectoris inuidere. Eſt enim inuidia rubigo pectoris. Ergo amicitia illa vera eſt ἐν τῷ θύμῳ. Milites linguaces, id eſt, quorum animus ſitus eſt in lingua, nullius ſunt precii. Theophraſtus varietatis ingeniorum inter populos duas cauſas ponit. 1 Inſtitutionem. 2. Situm loci. Ex locis confragoſis meliores veniunt milites. Die kõnnen was leiden. Curtius: Ingenia hominum vbique locorum ſitus format.

CAP. VIII.

QVÆ pertinent ad fundamentum & materiam beatæ Reip. non eſt difficile intelligere, ſed difficile eſt ea efficere. Iam magis particulari-

eiuſmodi, inquit Ariſtoteles, quæ non pendent à legiſlatoris prudentia & conſilio, ſed voto. Vrbs Athenarum ex vna parte mari attribuebatur, ex altera parte vero agrum habebat, non quidem fertilem, ſed ſabuloſum. Sie ſind Sandhaſen geweſen.

οἷον ζωι μὲν ἦν.] Vulgus hominum magnitudinem rerum metitur, vel ex quantitate cõiuncta, id eſt, mole, vel ex quantitate deiuncta, id eſt, multitudine numeri. Imo, inquit Ariſtoteles, magnitudo alicuius rei eſt metienda ex opere & officio eiuſdem. Hoc in tota Philoſophia Ariſtotelica obtinetur, vt opere & facultate omnia æſtimentur, videlicet cap. 2. libr. 4. Meteor. Sic Hippocrates eſt magnus vir, quod opera medica præſtat, non magnitud. corporis. Sic diues ille magnus dicendus eſt, non qui plurimas diuitias poſſidet, ſed qui artem etiam tenet diuitiis fruendi, id eſt, cuius diuitiæ ſunt, non tam κτήσει quam etiam χρήσει. Quando res id, cuius cauſa ſuſcepta eſt, præſtare poteſt, tunc eſt perfecta. Demoſth. οὐκ ἐν τῷ μέγα τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Sed, vt modo dictum, vulgo metimur res aut mole partium, aut numero partium. Et ſic metimur exercitum; ſed non multitudo hominum, ſed militum metienda eſt. Sunt ſæpe multi inter eos lepores galeati, vt Cornificius milites ſuos vocabat. Ita Reſpub. quæ habet multos peregrinos, inquilinos, aut turbam naualem, debet potius dici frequens, non magna. Eodem modo Academia, in qua abundat multa turba clamantum, pecorum ignauorum, non ſtudioſorum, non eſt magna dicenda, ſed frequens.

Eodem

Eodem modo in aliis. In corpore humano partes aliæ ſunt principales, vt cor, cerebrum, hepar, pulmones, ventriculus, manus, pedes, &c. aliæ ſunt partes quidem, ſed non primariæ, & aliquem vſum præſtant, licet non principalem, vt ſunt pili & vngues. Quædam partes eſſe videntur reuera, & tamen non ſunt partes, vt digitus per ſe quidem eſt pars corporis humani, ſi quis tamen habeat ſex digitos in vna manu, ſextus ille digitus non eſt pars, ſed ſuperabundat. Quædam ſunt mera excrementitia in corpore, vt ſtrumæ, verrucæ. Sic in arboribus die Schwäm non ſunt partes arboris. Ita etiam ciuitas metienda eſt ſuo opere. Ciuitatis autem opus in genere loquendo eſt imperare & parere. Partes ciuitatis quæ imperant 1. ſunt bellatores tempore belli. 2. Iudices tempore pacis. Iudices hic voco non tantum in ſpecie ſic dictos, ſed etiam conſiliarios & Magiſtratus, & tertia pars ciuitatis primaria ſunt ſacerdotes, id eſt, qui res diuinas tractant. Partes ciuitatis quæ parent ſunt veri ciues, id eſt, qui licet iam non imperent, aliquando tamen imperare poſſunt. Si hæ partes adſunt, vt munus nimirum imperandi & parendi recte impleatur, tunc ſatis magnus eſt numerus. Nimis parua vero eſt illa ciuitas, in qua non omnia munera adminiſtrari poſſunt à diſtinctis perſonis.

Pragæ audio eſſe 5. Iuriſdictiones, quia ciuium numerus non eſt σύναπτος Non eſt homo niſi opus hominis præſtare poſſit. Et vnum quodque perfectum eſt, quando opus ſuum perficit, & quando ſibi ſimile poteſt procreare. Als die Studenten/

wann ſie etwas hinder ſich laſſen. Planta item & frumentum tum demum dicitur perfectum, quando ſibi ſimile poteſt generare. Primum eſt herba, poſt adſurgit in calamum, deinde ariſtas ſortitur, tandem grana ſeu ſemen accipit, & tunc eſt perfectum. Illud ſemen enim in terra proiectum aliud frumentũ producere poteſt. Oportet in Rep. magnitudinem metiri ex iis partib. quæ viui ſunt, ſic pinguis homo non eſt proprie magnus, qa pinguedo non modo nõ facit ad actiones, ſed etiam impedit actiones. Wann einer ein ſolchen Bauch hat/daß jhr 2. daran zu tragen haben/oder ein Speck einer Eln dick/wie die Schwein in Engellandt/als vnſer Speckſchneider ſagt. Summa, ſi ciues veri adſunt, (non inquilini vel otioſi) tũc ciuitas eſt magna. Sæpe tamen fit vt plures adſint, ſiue ſerui ſiue peregrini, quàm veri ciues, vt Romæ. Hinc ſcribit Seneca, aliquando in ſenatu Rom. dictam fuiſſe ſententiam, vt cultu ſeu veſtitu diſcernerẽtur liberi homines à ſeruis; tunc, inquit, apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſerui nos (liberos ſc.) numerare cœpiſſent.

Hæc fuit frequens non magna Roma. Non. n. oportet magnitudinem metiri ex multitudine, vt Lipſ. in lib. de Magn. Rom. facit, ſed ex opere, vt noſter Ariſtoteles. Verorum ciuium, inquit Lipſius, multitudo eſt fundamentum potentiæ & diuturnitatis ſtatus.

In vrbe vbi ſunt multi mechanici, ea non eſt magna, quia ibi non multi, qui libertatem tuentur. Sed dices: tantum ſunt ciues. Reſpond. Concedo, ſunt ciues, ſed non talis ciuitatis, qualem Ariſtiſtoteles vult. Non omnia pronuncia-

ta

ta de certa forma Reipbublicæ ſunt intelligenda. Non oportet vniuerſe accipere quod vniuerſe in Politia effertur. Hoc recte dicitur in regno, recte in Democrat.

Ἀλλὰ μὴν καὶ.] Porro non quamuis multitudinem eſſe vſui, euentu & rationibus probatur. 1. Quia ciuitatis opus vt gubernet ordine quodam, & lex iubet ordine agere in omnibus rebus. Et ordine gignit (imo ipſa lex eſt ordo) quemadmodum eſt Imper. ordo militiæ. Sed in multitudine infinita non poteſt ordo eſſe. Lex non poteſt gubernare tam multos, ſed hoc potius diuinæ potentiæ: ibi: ὁ δὲ γὰρ νόμος.

ἐπεὶ τό γε.] Deinde ex vera & recta magnitudine illud ſequitur, vt vrbs dicatur pulchra. Nam aliquis dici poteſt nomine formoſus, non vero pulcher, quia non habet magnitudinē quam hominem decet, ſeu ſtaturam decentem. Eodem modo vt hæc proprietas vrbi adſit, requiritur, vt ſit numerus partium definitus. A materia, inquiunt Philoſop. oritur infinitum, non terminatum. Forma eſt terminus, ſeu rem terminat, & inde ſequitur pulcritudo, vide 8. Top. vbi Ariſtot. ad Dialogum requirit decentem quandam magnitudinem. Et Galenus ait: librum debere certam magnitudinem habere, non monſtroſam. Requirit etiam Ariſt. certam magnitudinem in Comœdiis & Tragœdiis, in Poetis. Itaque res ita metiendæ ſunt, vt proportio ſit congrua. Poteſt etiam eorū, qui veri ſunt ciues, nimia eſſe multitudo, vt de Gallia dicitur, tertiam fere partem eius conſtare ex aduocatis, id eſt, hominibus litibus inſeruientibus.

tibus. Solche Leut / die ſich mit der Federn erhalten. Adeo litibus dedita Gallia. Sic alibi: Si multi iudices, medici, milites, certa quædam magnitudo in omnibus rebus cōſpicitur, materia eſt ἀόριστος, forma eſt ὁρισμένη.

CAP. V,

AGer ſatis magnus eſt, ſi ſit αὐτάρκης, id eſt, ferax omnium rerum, quibus ciuitas indiget: ſed vulgus hominum agrum ſimilem inquit Ariſtot. eum magnum eſſe iudicat, qui late patet.

σχολάζοντες. [Non vt compoſitis manib. domi deſidere, ſed vt ab omni opere ſeruili vacare poſſint. Ad agri conditionem quod attinet, plerique malas ſuas affectiones hac in re ſequuntur, & eum agrum laudant, qui ipſorum ingenio reſpondet, luxurioſus, luxurioſum: qui parci & contenti ſuo victu ſunt probant mediocres & minus feraces agros. Vnuſquiſque nititur ſuo ingenio, hinc hominū diſſenſiones. Sic in ſtaturis hominum fieri conſueuit, qui eſt mediocris ſtaturæ vituperat homines lōgioris vel breuioris ſtaturæ. Sic etiam in membris ſingulis naſo, ore, &c. vbiuis materia carpendi eſt obuia. Ager autem an planus eſſe debeat, an mōtoſus, quæritur? Reſp. Ariſtot. hic requirendum eſſe iudicium hominum militarium rerum peritorū. Situm quod attinet maximas cōmoditates ciuib. præſtant maria & maiora flumina, hinc tot egregias vrbes ad Rhenum & Danubium exædificatas videmus. Eiuſmodi autem vrbes plerunque exædificantur in longitudinem, pro commoditate videlicet fluminis præterlabētis, vide totum cap.

CA-

CAP. VI.

Ciuitatem, quæ ad mare eſt, non bene ſe habere ratio hæc affertur: quia cum turba nauali à peregrinis hominibus completur, mores hominum facile corrumpuntur. Ciues enim, qui ab ineunte ætate ad has vel illas ſunt aſſuefacti, cum vident alios aliter agere, putant ſuas res non eſſe ſanctas, ſed ab hominum inſtituto tantum profectas, & ab illis facilime deſciſcunt. In ciuitate enim curari debet, vt omnes ab ineunte ætate leges tanquam à Diis eſſe latas credant, verbi gratia, ſanctum eſt in Republica Die Veneris non licere carnibus veſci: Si peregrinus veniat & comedat, paulatim etiam ciues diſcunt comedere. Hæc cauſa fuit, quod Moyſes prohibuit, ne ducerent Iudæi vxores niſi eiuſdem gentis, ne forte vitiis gentilibus aſſueſcerent, iiſque implicarentur, Ioſephus libro octauo: ideoque vitio datum fuit Salomoni quod alius nationis vxores duxit. Hæc etiam in Republica Roman. cenſetur fuiſſe cauſa diurnitatis Reipublicæ, quod per aliquot centum annos à nauali malitia abſtinuerint. Daher auch jener Pfarrherr offentlich auff der Cantzel geprediget: was bringen vnſere Jungen mit auß Welſchlandt vnd Franckreich? Nichts / als Welſche Bäuch / vnd Calviniſche Köpff. Hinc apud ruſticos quia nō peregrinātur reperitur antiquus veſtitus & antiquæ voces: ſic ēt apud fœminas antiquus loquēdi modus. Eodem modo ſapiētes nō facile concedūt plures religiones in Republica quam duas. Si enim plures ſunt

ſunt religiones in vna ciuitate, fit vt vna paulatim imminuat auctoritatẽ alterius. Eodem modo res ſe habet vt in manu. Si te aſuefeceris ab ineunte ætate ad dextram, eris dexter; ſi ad ſiniſtram, eris ſiniſter. 2. Ratio, quia eiuſmodi ciuitates facilime efficiuntur mercatoriæ, quas Ariſtoteles non beatas eſſe poſſe affirmat. Vbi enim mercatura exercetur, ibi multitudo hominum eſt. Atqui multitudo hominum ne quidem verarum partium, id eſt, eorum, qui veri ſunt ciues, commoda eſt ciuitati, quia non poteſt gubernari, debet enim eſſe εὐσύνοπτος. Commoda autem ciuitatis maritimæ tum tempore pacis, tum belli, hæc ſunt. 1. Quod ſit aptior ad auxilium ferendum, id eſt, vt & nos aliis, & alii nobis eo facilius poſſint opem ferre. 2. Ad neceſſaria importanda, & ſuperuacanea exportanda. Incommoda autem illa dicuntur, de quibus modo dictum, hac ratione vitari poterunt 1. Si ciuitas non niſi ſibi mercaturam faciat, id eſt, eatenus mercaturam exerceat, quatenus ſibi neceſſarium eſt, non vt emat & rurſus vendat, atque ita quæſtum faciat. Si igitur pauci veniant mercatores, non poteſt tam facile Reſpub. corrumpi. Sed quæ tota eſt mercatoria, ea diſtorta eſt valde Reſpub. Hæc enim omnibus rebus anteponit quæſtum & pecuniam, quæ inter externa infimum & omnium viliſſimum eſt (honor enim inter externa bona ſummum eſt) Taceo, ſi ei honeſtum vile eſt, cui corpus eſt nimis charum, quanto magis cui diuitiæ? Non poteſt quis ſe extollere, aut diuina mortalis attingere, niſi omiſſis diuitiis. Salluſt: Vbi diuitiarum cupido in-

Digitized by Google

do inuaſit, neque diſciplina neque bonæ artes multum valent. At inquis, vt vrbes martimæ aliis periclitantibus auxlium ferre poſſint, opus eſt vt ſint inſttuctæ claſſibus. Ergo opus erit turba nauali, atque ita iterum corrumpuntur mores. ℞. Ariſtoteles: huic incommodo poteſt occurri, ſi portus non ſint ad vrbem, ſed paulo remotiores, & vt ibi habitet turba naualis & certis legibus gubernetur, ſicut apud Athenienſes, in Britãnia, vbi erat tota Democrat. Illi autem qui pugnant debent eſſe ex ciuibus, remiges ex ruſticis. Nota hunc locũ contra noſtros. Hodie enim Veneti & alii vtuntur remigibus hominibus facinoroſiſſimis, & illis qui ſunt excrementa ciuitatum Allerley lumpen vnd loß Geſind/ qui facile poſſunt corrumpi, atque ita maximas dare turbas in pugnis naualibus.

CAP. VII.

IAm explicat varietatem, ingeniorum gentium ad imperandum, quæ pendet ab ipſa natura, non voluntate legislatoris. Ariſtoteles adfert duplicem differentiam ingeniorum. Alia ingenia habet Auſter, alia Boreas ſiue Septentrio. Homines Septentrionales fere ſunt robuſti, pugnaces, militares, prodigi animarum ſuarum, vt Germani, Galli, &c. Auſtrales enim ſunt acutiſſimi & ſolertiſſimi in conſiliis, & maxime vafri, vt Afri, Ægyptii, ſed corpore deficiunt, ſind Hundsfütter/ vt Hannibal, qui Romanos vafritie, calliditate, aſtutia vicit. Hinc etiam Cæſar dixit: Pompeium cum fœminis bellum geſſiſſe (Aſiaticis) ſe cum viris

Digitized by Google

φῶν inquit Ariſtoteles, probatur in θύμῷ eſſe amicitiam. Contraria verſantur in eodem ſubiecto, verbi gratia, ſi ſuperficies aliqua eſt ſubiectum albedinis, eadem etiam ſubiectum eſſe poteſt nigredinis. θύμος eſt ſedes iræ, Ergo θύμος eſt etiam ſedes amicitiæ. At, inquis, ſi θύμος eſt ſedes amicitiæ, cur Ariſtoteles 4. Top. φιλίαν potius ponit in ἐπιμηθικῷ? Reſpondeo Ariſtoteles 1. loquitur ibi ex ſententia Platonis. 2. Etiam loquitur de ea amicitia, quæ voluptatis cauſa inſtituitur, verbi gratia, amicitiam aliquis habet cum ancilla aliqua, aber warumb? eiuſmodi amicitia videtur naſci ab ἐπιμηθικῷ, ſed amicitia virtutis vel etiam vtilitatis cauſa inſtituta eſt, id eſt, humanitas illa ſeu beneuolentia illa vera eſt in θύμῳ, non ἐπιθυμηθικῷ. Parui animi homines inuident, id eſt, vilis eſt pectoris inuidere. Eſt enim inuidia rubigo pectoris. Ergo amicitia illa vera eſt ἐν τῷ θύμῳ. Milites linguaces, id eſt, quorum animus ſitus eſt in lingua, nullius ſunt precii. Theophraſtus varietatis ingeniorum inter populos duas cauſas ponit. 1 Inſtitutionem. 2. Situm loci. Ex locis confragoſis meliores veniunt milites. Die kommen was leiden. Curtius: Ingenia hominum vbique locorum ſitus format.

CAP. VIII.

QVÆ pertinent ad fundamentum & materiam beatæ Reip. non eſt difficile intelligere, ſed difficile eſt ea efficere. Iam magis particulari-

lariter agere incipit Ariſtoteles,& multitudinem ciuium diſtribuit, præſuppoſitis duobus fundamentis. 1. eſt: non ſi quid requiritur ad aliquam rem, vt ſine eo res illa eſſe nequeat, illud continuo eius rei pars eſt, (licet è contrario omnis pars conſtituens aliquam rem ita ſit affecta, vt ſine ea res illa eſſe nequeat) verbi gratia, ſine agris & iumentis non poteſt eſſe ciuitas, ſed non ſequitur, has eſſe ſocietatis ciuilis partes. Sic pili & vngues non ſunt partes hominis. In mundo naſcuntur quædam συμπτωματικῶς, ſine quibus tamen mundus eſt. Oſſa non ſunt pars conuiuii, nec conuiuator ea mente cōuiuium celebrat, cōuiuis oſſa vt apponat, ſed mens humana potiſſimū conuerſione propoſitionum decipitur.

2. Fundam. Cauſæ efficientes, quicquid ad eas reducitur, vt Organa ſeu inſtrumenta non ſunt partes operis facti, etiamſi ſine illis opus fieri non poſſit (verbi gratia, ſine ſerra, maleo, &c. domus fieri non potuit, neque illa tamen ſunt pars domus) Cum ergo opus ſit ad ciuitatem opificibus, agricolis, non tamen ideo ſunt pars ciuitatis. Quia nos agimus de ciuitate beata ex virtute: qui ergo virtutis non ſunt capaces non ſunt participes ciuitatis, ſc. beatæ. Idem eſt quod in pilis, vnguibus & comis animantium. Nam ſi animal conſideratur vt totum, erunt partes: ſed ſi conſideretur vt ſentiens, quoniam ſenſus non ſunt participes, non poſſunt dici partes. Eodem modo ciuitas conſideratur quia particeps eſt beatitudinis. Beatitudo eſt actio virtutis. Huius autem non ſunt participes, opifices, ſartores, ſutores, qui ſunt ver-

rucæ,

rucæ, ſtrumæ,&c. vſu quidem præſtant,ſed non ſi boni & veri ciues. Ariſtot. autem loquitur de ciuitate beata, ſiue ea, in qua idem eſt vir bonus & ciuis bonus. In Rep. enim diſerta, quæ eſt παρέκβασις differunt hæc duo vir bonus,& ciuis bonus. In eiuſmodi Rep. ẽt opifices becchii,ſunt partes ciuitatis, imo non ſolum partes, ſed ſæpe etiam partes primariæ.In tali inquam Repub. non eſt idem vir bonus & ciuis bonus, quia huius ciuitatis finis eſt,nõ beatitudo, ſed vtilitas ſeu emolumentum. Salubre ſimpliciter eſt ſalubre reſpectu hominis bene temperati, qui eſt corpore bene conſtituto. Sic vero dico:hoc eſt ſalubre phthiſico,puerperę, febricitanti, id non eſt ſimpliciter ſalubre, ſed alicui ſalubre. Ita opifices & agricolæ ſunt partes ciuitatis non ſalubris, ſed ægræ,diſtortæ. Quod eſt iuſtum in Rep. diſerta & ægra, id non eſt iuſtum in vera & recta ac ſana Republ.

Quæritur an pars ciuitatis conſiliaria debeat ſpectare honeſtatem, an vero vtilitatem? Pars iudiciaria ſpectat iuſtum, & de hoc non eſt controuerſia. Pars conſiliaria in Republ. diſerta ſpectat vtilitatem: eadem vero apud homines politiores ſpectat honeſtatem. In vera Repub. idem eſt vtile & honeſtum, ſicut in eadem idem eſt vir bonus & ciuis bonus:ſecus eſt in Rebuſpub diſertis: ibi enim honeſtum vel valde vel prorſus negligitur. Rom.1. erãt & fortes,& ſancti, poſt Cinnam (vt recte Machiauel.) fuerunt quidem fortes,ſed non amplius ſancti. Virtus conſuetudine & diuturnis actionibus comparatur,nam,vt Stoici volunt,aduenit vnicuique,modo fores aperiã-

Digitized by Google

tur. Prima virtutis rudimenta ſunt à Natura, item ab Educatione. Deinde paulatim illa virtus abit in mores. Denique mores illê abeunt in virtutes morales. Principium ſunt rudimenta tantummodo ſeu præparatio virtutis, & hoc princpium eſt Natura & Educatio. 2. Medium eſt mos ſeu conſuetudo, nec adhuc eſt virtus, ſed ſemiuirtus, & ſemiuitium. 3. Denique eſt virtus, id eſt, habitus, & hoc eſt extremum. Non omnes homines bene naſcuntur & bene educantur, neque omnibus hominib. eſt ocium ad virtutem colendam (Ocium hic voco ocium honeſtum, id eſt, vacuitatẽ à curis ſeruilib. ſed generoſũ pectus requiritur. Hinc pueri & fœminæ excluduntur à beatitudine, quia nõ ſunt vere participes virtutis. Nec n. naturâ ita ſunt cõparatę, vt ſint generoſo pectore. A teneris vnguib. oportet aſſuefieri ad virtutẽ. Hinc vidẽdus eſt ille Marcus, q inuitarat hoſpites, & eo ipſo die, quo celebrari conuiuiũ debebat, iubebat fil ũ ire ad Lyriconẽ, & artẽ chordis ludendi diſcere, vt veſperi conuiuas poſſet exhilarare. Partes autem veræ eſſentiales ciuitatis tres ſunt. 1. Bellatores ſeu homines bellicoſi. 2. Iudices (late autem hic ſumitur vocabulum iudicis, & non ſolum eos complectitur, qui in foro iudiciali verſantur, ſed etiam conſiliarios, id eſt, qui de rebus futuris deliberant, & Magiſtratus quoque) 3. Sacerdotes. Et his tribus hominum generib. hæc ineſſe debet conditio, vt ſint locupletes, id eſt, vt agri ſint illorum, quos agricolę tanq̃ ſerui colũt, bellatores reliquos ciues defendere debẽ[t], ni fiant ſerui hoſtium, ſed vt potius ociũ illud ipſis ſuppetat, & hoc modo ciuitas eſſe queat beata.

Bea-

Beatitudo. n. requirit ociũ. At ſeruis non ſuppetit ocium ad virtutẽ colendã. Duplex eſt vſus armorum. 1. Aduerſus hoſtem, ne fiamus ſerui hoſtium. 2. Vt leges domi poſſint defendi aduerſus ciues im℘bos, & ita quaſi in bello inteſtino. Hunc locũ Ariſt. citat Hotõ. in procem Inſt. in explicatione illorũ verborum, imperatoriã maieſtatẽ nõ ſolum armis, &c. ἡ δικαιοσύνη γίνεται ἰατρικὴ τῆς πονηρίας. Poſtea ſunt ſacerdotes. Plutarch. quemadmodum vrbs non poteſt eſſe ſine ſolo: ita Reſp. non poteſt eſſe ſine Religione. Religio eſt fundamentum Reipublicæ. Cic. de Aruſp. reſponſ. Romani non calliditate aut robore, ſed pietate ac religione omnes gentes ac nationes ſuperarunt. Sed vnius rei plures poſſunt eſſe cauſæ. Cur Romani reliquorum gentium domini facti ſunt, cũ Cic. hoc in loco ponat religionem? Victruuius naturam, qua videlicet nec plane auſtrales neque ſeptentrionales ſed intermedii fuerint: Veget. veram & ſeueram diſciplinam militarem. Alii cenſuram, quæ eſt ἐπιτελείωσις Reipub. Non vero ſatis eſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male viuitur. Lipſius fatum addit, ſed nihil eſt, vt ſupra diximus.

Religionem in Republ. Romana inprimis introduxerat Numa Pompilius. Fœlicitatis itaque Reipubl. Romanæ, id eſt, tantæ molis plures ſtatui poſſunt cauſæ. Optatus Afer inquit: Reſpub. eſt in Religione, & religio oportet ſit in Republ. Male enim ibi viuitur, vbi non bene ſtatuitur de animæ immortalitate, id eſt, de præmiis bonorum & pœnis malorum poſt hanc vitam. Ex hoc ſequitur, non eſſe conſultum, vt in Republ. plures ſint Religiones quam vna. Si enim plures ſint, vna al-

teram facit dubitare & ambigere. Vbi autem Religio cum dubitatione coniuncta eſt, nulla ea eſt religio. Cum feruore enim religio eſt accipienda, ſi frigida eſt, vix eſt religio. Non debet Magiſtratus permittere, vt vnuſquiſque ſibi fingat Deum qualem ipſe vult. Quod ſi vnicuique liceat religionem fingere, etiam omnia poterit perpetrare & ſibi imaginari Deum, omnia ſibi ſcelera ignoturum, & ita ſcelera paulatim irreperint in animos hominum, Als wie jener Pfaff/q captus amore ancillæ, vxorem veneno ſuſtulerat, hat geſagt/ ſe bene propitios redditurum ſuperos, modo Magiſtratus ſibi parceret: & de adultera ſagt er/ ſie verliere auff einmal nit viel Ehr. Religionis duo ſunt vitia contraria, profanitas & ſuperſtitio. Et præſtat ſuperſtitionem, id eſt, nimiam religionem eſſe in Republ. quam prorſus nullam religionem. Licet enim ſuperſtitio ſit nimia Religio, ea tamen animi ciuium in officio & virtutis cuſtodia continentur. At vbi nulla prorſus eſt Religio, ibi omnis generis ſcelera erumpunt.

At inquis: Quorſum refers Philoſophos? Non poſſunt enim hi referri inter agricolas & opifices, nec etiam debent eo referri: non etiam illos retuliſti inter bellatores, aut iudices, aut ſacerdotes. Ergo Philoſophi non ſunt pars ciuitatis? Reſpondeo. Philoſophi (de veris loquor Philoſophis, non Philoſophaſtris) Rempub. maxime iuuant & conſilio & exemplo. Licet hi Rempubl. non gubernent, ſuppeditant tamen ipſis atque ſubiiciunt maiorem propoſitionem, id eſt, talia axiomata, vniuerſales propoſitiones, &c. & ſuo etiam exemplo Reipubl. maxime proſunt.

CAP.

CAP. IX.

IN diſtorta Republ. inquit Ariſtoteles, officia illa ſupra enumerata poſſunt omnia eſſe communia omnibus. In Democratia fieri poteſt, vt aliquis ſit & opifex, & agricola, & iudex, & conſiliarius, & bellator. In Oligarchia omnia ſunt ſeiuncta, ibi non tantummodo quædam paucis ſunt commnia. Et hæc diſtinctio ab ipſa natura dependet: Natura iuuenibus dedit corpora robuſta, iccirco debent eſſe bellatores; ſed eo tempore non debent eſſe vel iudices, vel conſiliarii, vel ſacerdotes. Poſtea tamen ætate nimirum progrediente, cum iudicium aduenerit, iidem poſſunt fieri iudices, vel conſiliarii, ſiue deliberatores: tandem feſſi iam ætate, ſacerdotes quoque, id eſt, præfecti rerum ſacrarum & ceremoniarum. In beata itaque Republ. iſthæc communia ſunt quidem iiſdem, ſed non eadem ætate. Agricolæ autem, opifices, nautæ, mercatores, turba forenſis ſemper ſunt ſeparandi, ſiquidem non ſunt pars ciuitatis, Wann ich diß einem Schuſter ſagte/ ſo ſolt der Bech mir wol ein Leiſt an Kopff werffen.

Vita tabernaria & cauponia eſt vilis ἀγενὴς (igitur nobilitatem non parit) καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπεναντίος id eſt, virtuti ſubcontraria. Fortitudinem hæc vita non comparat. Homines enim iſti vitæ dediti, nec præparationem ad fortitudinem habent. γυμναστικὴ eſt præparatrix ad fortitudinem. Et licet etiam plebeii ſint bellatores, non tamen dici poſſunt fortes. Fortitudo, vt Ariſtoteles in Eth. docet, eſt multiplex: vna tantummodo eſt vera, nempe quæ honeſtatis cauſa pugnat pro patria.

Digitized by Google

Multi pugnant ſolummodo metu pœnæ, (ſic in obſidione illa Viennenſis vrbis Turca ſuos milites baculis coegit ad oppugnandam vrbem: non fuit hæc fortitudo) complures ſpe lucri. Sic iam quomodo colere poſſunt homines toti deditі lucro? quomodo poſſunt, inquam, hanc virtutem exercere ac parare? Imo id potius agunt, quo comparatur iniuſtitia & πλεονεξία, vnde & ipſi tales efficiuntur. Eadem eſt ratio Liberalitatis: Item Temperantiæ ac Tolerantiæ, quæ maxime in bello comparatur. Porro innocentiores ſunt agricolæ quam opifices & mercatores. Agricolæ enim homines ſunt terræ addictæ, & agro ſuo inſeruiunt, exoptant imbrem, niuem, ſerenitatem, non verſantur in turba hominum, non tot vitia addiſcunt. Qua de re Rom. illis vſi ſunt in bello. Vide Veget. lib. 1. Prudentia ciuilis non ſubito adquiritur. Ad ciuiles actiones opus eſt ocio. Philoſophus theoreticus eatenus inſeruit Philoſopho practico, quatenus naturam ipſi oſtendit, ex qua ille ſemina ſua debet haurire. Quæ à natura oriuntur habent firmas radices.

εὐδαίμονα δὲ πόλιν.] Platonem hic notat, qui ſtatuebat beatam poſſe dici ciuitatem, in qua pars ſeu ordo aliquis ſit beatus. Sunt quædã ita comparata, vt id quod toti ineſt non inſit partibus, verbi gratia, acies non ineſt niſi in toto exercitu: non autem ineſt in ſingulis militibus, & tamen illud totum, nempe exercitus, conſtat è militibus. Ordo non eſt, niſi in toto. Beatitudo non eſt tale quid, ſed neceſſe eſt, vt ſit in omnibus partibus, vt ciuitas poſſit dici beata.

Etiam

Digitized by Google

Etiam natura quã exerto digito oſtendit ſenes debere eſſe ſacerdotes, quia animũ iã habẽt ſedatum & refrigeratum, nõ amplius feruent appetitionib. cupiditatibus & libidinibus. Cultus diuinus non eſt in duro veſtitu, duro cibo aut in vigiliis, ſed in animo. Ideoque ſacerdotibus non debet præſcribi durus veſtitus aut victus, ſed vt obſeruantes ſint religionis & ceremoniarum. Nam ſenib. opus eſt ſeruo & cibis concoctu facilibus. Vulgus hominum, inquit Paul. Æmil. magis exemplo, quam verbis regitur.

CAP. X.

BEatæ Reipubl. partes, ſi homines ſpectemus, quædam ſunt ſine quibus eſſe nõ poteſt, quædam ſunt partes vitæ, & eſſentiales. Partes ſine quibus eſſe non poteſt, ſunt opifices & agricolæ; intelligo etiam paſtores, turbam nauticam (quibus in locis ea eſt) turbam mercenariam, forenſem, &c. Propriæ ſunt illæ 4. Bellatores, iudices, ſacerdotes, locupletes. Et iſtæ partes cadunt in eũdem hominem, diſtinctum tantum ætate. Sunt quidam Philoſophi qui dicunt, nihil eſſe periculoſius, nihil moleſtius, quam ſi milites in Repub. ſint, id eſt, homines qui nihil aliud didicerunt & nihil aliud tenent quam artem militarem & arma tractare. Eſt enim periculoſum hoc genus hominum, quia dum rei militaris ſcientiæ & armis ſuis fidunt, facile fieri poteſt, vt Remp. opprimant. Præſtare igitur dicunt, vt agricolæ ſint bellatores, & qui domi eſt bonus paterfam. foris etiam ſit ſtrenuus bellator. Sic apud Rom. vnum genus erat militum & eorum, qui tempore

Digitized by Google

pacis in agris colendis erant occupati. At Ariſtoteles, ſeiungit agricolas à militari ordine: imo non vult agricolas eſſe armatos. Reſpõ. Quod attinet ad militem peregrinum, vtrique recte ſentiunt: Quia Ariſtotel. agricolas vult eſſe colonos, id eſt, non habere proprios agros, ideo non debent eſſe milites. Cur enim deberent eſſe milites, cum non habeant domi quo Reip. ſint quaſi obſtricti, ne fiant profugi? At illi Philoſophi loquuntur, de illis agricolis, qui habent ſuos proprios agros. Ab his nullum eſt periculum vt occupent Rempubl. quia ſunt ciues: ſunt illi quorum ſunt agri, ſunt illi qui & ipſi tandem fieri poſſunt iudices, item ſacerdotes. Ab illis eſt periculum, qui proprie ſunt milites, neque ſperant alia in Repub. munera. De his veriſſimum eſt, quod dicitur, eos aſperum eſſe genus hominum, quod nec in ocio poſſit quieſcere. Hæc diſtributio, quia proculdubio noua viſa fuit, eam antiquiſſimam eſſe Ariſtoteles confirmat auctoritate in prin. c. 10. Romani nullam diſtictionem adhibuerunt, apud eos fuit vnus miles & agricola.

φειδίτια.] ſeu concœnationes publicæ (à φείδω quod eſt frugalẽ eſſe) cum ad tẽperantiam, tum ad amicitiam inter ciues alendam conducunt. Inſtituta, quorum Ariſtoteles meminit, perierunt, vt folia in ſyluis cadunt ac renaſcuntur, ita etiam inſtituta humana pereunt & renaſcuntur. Idem dicit Ariſtoteles in Metaphyſ. de omni Philoſophia, non de Politicis tantum. Olim Græcia mater fuit Philoſophiæ, fuit cultiſſima: hodie ipſa barbaries eſt, vt ſcribit Steuechius & Buſbequs.

Con-

Digitized by Google

Contra Germania olim nihil niſi Barbaries fuit, nullus in ea cultus: hodie & pulcherrimæ, vt Victruuius ſcribit, in ea reperiuntur vrbes, & complures liberæ Reſpubl. & inſtituta maxime præclara. Non nego tamen quin aliquid Barbariei adhuc redoleat. At olim maxime erant Barbari Germani. Hinc Galenus dicit, ſe nõ ſcribere medicinam Germanis, vtpote vrſis & leonibus. Non ſecus ac Moſchi hodie ſunt, ita & nos fuimus, imo deteriores. Ergo πάντα τὰ ἀνθρώπινα κυκλοειδῆ. Omniũ rerum humanarũ viciſſitudo. Excultiſſimi horti, ſi per aliquot annos non excolantur, ſterileſcunt vel ſilueſcunt. Idem fiet, quod tamen Deus auertat, de noſtra Germania.

Eſt q. circulus quidam humanarum rerum. 4. Meteorol. Rerum enim humanarum ſuæ ſunt iuuentutes, ſuæ ſenectutes & rurſus iuuentutes. Ex ſententia autem ſua dicit Ariſtoteles πολλάκις χρόνων, quia ſtatuit mundum eſſe æternum. In intentione vero ex renouatione rerum humanarum hoc eſt diſcrimen, quod quædam ſint omni modo neceſſaria, quædam pertinent tantum ad περιουσίαν εὐσχημοσύνην, ſeu ſunt περιττά, omnino erũt neceſſariæ, habent rationem materiæ, vt ita dicam, præ illis alteris (nam hæ rationem formæ habent) hæ primo omnium inueniuntur, & poſtremo omnium pereunt, aut ſaltem non per ſe pereunt. Contra eæ res, quæ ſpectant ad περιουσίαν & τὸ εὖ omnium tardiſſime & poſtremo inueniuntur, & primo omnium intereunt. Exemplo ſit veſtis, domus. Domus eſt neceſſarium quiddam, ſed domus magnifica eſt περιττὸν quid, eſt τῆς εὐσχημοσύνης. Domus for-

mam quod attinet, poſtremo inuenitur, & primo perit, adeoque in omnibus quæ ad formam pertinét, tardiſſime reperiuntur, & citiſſime pererunt. Cum nondum eſſet inuenta εὐσχημοσύνη aciei ordinandæ vſi fuerunt vel equitibus: poſtquam inuenerunt formam, peditatum inſtruxerunt. Illa tantum acies tarde inuenta protinus periit. Breuiter illa primum pereunt, quæ pertinent ad τὸ εὖ, quæ ad formam, quæ perfectionem afferunt: ſed quod eſt neceſſitatis, permanet. Vt in Architectura (vide Victruuium & Lipſ.) quę ad τὸ εὖ ſpectant amiſſa ſunt. Summa illa pars Architecturę in cloacis, theatris ædificandis periit. Qui hodie ſcripſerunt de amiſſis rebus memoralibus, tantum memorabilia referunt: ſed formalia omnia, vt dixi, ſunt amiſſa. Oſtendũt hoc illa, quæ de purpura dicũtur ex quib. ſc. conficiatur. Nam modũ conficiendi ignoramus, licet materialia ſciamus. In coquaria multa perierunt, multa naſcuntur. Sed quæ neceſſitatis ſunt, illa non pereunt. Nur die Schleſſer biſzlein veterum perierunt. Sic ars vitri flexibilis faciendi periit. Quod attinet ad bona communia, Ariſtoteles eam communionem probat, q̃ eſt τῇ χρήσει, nõ q̃ eſt τῇ κτήσει vt in primitiua Eccleſia. Agri in beata ciuitate diuiduntur in duas partes, nempe in publicos & priuatos. Publici rurſus diuiduntur in eos, ex quibus ſacra diis fiunt, & genus ſacerdotum alitur: Qui enim ſeruit altari alatur ex altari: Alii ſunt ij, quibus ſuſtineantur conciones illæ publ. iuuenum ſeu militum, iudicum, ſacerdotum, vt ciues nihil de ſuo conferant, & omnes poſſint harum communium fieri participes,

cipes, non vt excludantur egentes, qui non poſſent contribuere, ſi de ſuo deberent expendere, quod reprehenſum eſt in Republ. Spartana. Reliqui agri aſſignẽtur ciuibus proprii. Sed hi ita diuidantur, vt quidam ſint ſuburbani, id eſt, proprie vrbem, quidam in finibus vltimis. Et ita ſint inter ciues diſtributi, vt ſinguli habeant & agrum ſuburbanum & agrum remotiorem ab vrbe. Et hoc non ſine cauſa. Nam ſi hoſtes impetum faciunt in agros remotiores. Si tuos agros omnes habeas ad vrbem, non laborabis de aliis, & alii tantum trepidabunt, ne agri ſui qui remotius ab vrbe diſtant, vaſtẽtur. At ſi agri eo modo, vt dictum eſt, ſint diſtibuti, fiet, vt ſit communis coniunctio armorum & defendendi agros ab hoſtibus. Sed vbi hoc locum habet? aliud eſt τὸ δέον, aliud τὸ γινόμενον Demoſthenes: ſi communio vxorũ & liberorum eſt concedenda, illa eſt inter ſeruos. Ita enim fiet, vt amicitia inter ipſos diluatur ac diſtrahatur.

Neque animoſi, id eſt, qui ſint ingenio Aſiatico, non homines πεφρονηματισμένοι.

CAP. XI.

CONſiderauit Ariſtoteles vrbem reſpectu agri & maris. Iam de vrbe, in ſe conſiderata, agit Ariſtoteteles, non relata ad mare. In ſe conſiderata 4. debet habere. 1 Spectare debet valetud. ciuium, ratione habita ventorum. Valetudo enim cõſideratur in aere & aquis. Aer debet eſſe purus, expoſitus ventis Septentrionalibus Orientalibus (quorum ſunt optimi venti) Auſter der Sudwind/ humi-

humilis repit ſuper terram & corpora reddit languida. 2. Vt & ad ciuiles actiones in pace (wie Preßlauw / Florentz / Augſpurg) & ad oppugnationes ſit commoda, vt ingreſſus ſint impediti & anguſti. Plateæ in quincuncem ædificatæ, wie zu Venedig.

3. Vt bonam habeat aquam, Die Venediger vnd Straßburger haben nit friſch Waſſer. Hic Altorphii venti quidem ſunt optimi, ſed aqua non eſt ſatis bona. Eſt enim dura, craſſa, hyemalis & in inteſtinis murmurans. O jhr lieben Herren trincket kein Waſſer. Aer non inquinetur à locis plautoſis & vndis, item nebulis aſcendentibus, aut ex ſpiritib. terreſtribus. In locis plautoſis habituales facile fiunt lienoſi.

καὶ τὰ πρὸς τὴν ἄλλην χρείαν.] Vt, verbi gratia, ad lauandum, eluendum. Iuſtinus lib. 44. dicit de Hiſpania: ſalubritas, cœli per omnem Hiſpaniam æqualiſque aeris ſpiritus; nullus paludum graui nebula inficitur. (wie die nobiles die jhren Sitz inn Weyern haben) Huc accedunt & marinæ auræ vndique aduerſus aſſidui flatus, quibus omnem Prouinciam penetrantibus è ventilato terreſtri ſpiritu (wann die vapori / wie jener ſagt / vom Wind getrieben) præcipua omnib. ſanitas redditur: Hæc ille. In iis rebus, quæ pertinent ad bonam valetudinem ciuitatis, ſunt aer & aqua, vt aqua ſtagnãs & aer ſtagnans, vt ita dicam, i.e. nõ motus aſſiduis flatibus, der nicht durchgehend iſt / inſalubris eſt. De aquis vide tot. li. 8. Vitruuii. Inter cætera, inquit, eſt aqua neceſſaria maxime, & ad vitam, & ad delectationes, & ad vſum quotidianum. Eo enim

fœli-

Digitized by Google

facilior erit, ſi fontes erunt aperti & fluentes,&c. Aqua Tyberina, licet ſit turbida, ſalubris eſt: in ollis enim purificatur.

In ſe ſi conſiderentur ædificiorum deſcriptiones, probat Ariſtoteles duos modos Hippodami, vt anguſtiam in extremis plateis. De muris & propugnaculis, vtrum illis ciuitas ſit munienda, non attigiſſet illam quæſtionem Ariſtoteles, niſi tum opinio quædam à Spartanis fuiſſet orta. Muri enim & propugnacula credebãtur adimere robur & fortitudinem ciuibus. Spartani erant ſuperbiſſimi (vt fere ſunt homines militares) ob fortitudinem & militarem ſuam ac tolerantiam. Et quidem talis rumor in ipſis hæret, daß wenn der Feind kām / ſie nicht fragtē/wie viel ihr weren: nur wo ſie weren fragten ſie/ & ſtatim erumpebant, non verebãt muros ſeu mœnia. Sed Ariſtotel dicit, eos nimis priſce, ridicule de hac re loqui. 1. Reſp. poteſt quidem hoc concedi, ſi non maior numerus hoſtium aduentaret quam eſt numerus ciuium. Sed quia hoſtis ſæpe ſubito & maxima expeditione impreſſionem facit, oportet muros habeamus. 2. Nonne ipſi hoſtes adhibent machinas, quibus nobis poſſint eſſe ſuperiores, cur non etiam nos contra ipſos eas opponeremus, quibus non vincamur. Quædam Ariſtotel. docet in dialect. diſput. ſi interrogans adhibeat, quibus nos capiat, licet contra vulpem vulpinari, leonem leonizari. 3. Nonne ædibus quoque vtimur aduerſus iniuriam cum ferarum tum hominum improborum. 4. Non ſolum vtimur iis armaturis, quibus homines feriamus, vt ſunt gladii: ſed iis etiam, quibus

Digitized by Google

bus noſmetipſos tueamur, vt ſunt ſcuta. Denique bonum eſt in populis, vt ſi exercitus in fugam vertetur, habeat quo ſe recipiat: Nec eſt quod dicatur mœnia adferre ciuibus timiditatem, vt iis nimirum plus fidant quam fortitudini ſuæ. Reſp, Ariſtot. hoc non eſſe neceſſe, nihilominus enim potes exercere virtutem, & fortis eſſe, ſi te defendas muris.

CAP. XII.

IAm quædam de concœnationibus & Gymnaſiis proponit. Adoleſcentes in foro verſantes debere ſemper ob oculos habere ſenes, vt in officio contineantur. Senum enim præſentia in animis iuuenum (vt & Magiſtratus in animis ciuium) verum pudorem ac liberalem metum gignit. Plato ciuibus ſuis duplex propinabat poculum, vnum honoris, vt appetentes eſſent: hoc ſi facere nollent, alterum propinabat infamiæ, vt videlicet nihil magis metuerent, quam infamiam. Hinc Epicuri præceptum laudatiſſimum, vt in omnibus memoris actionib. ſuſcipiendis ſemper animo proponamus magnum aliquem virū, & quem ipſi faciamus adeſſe: hinc fore vt à multis abſtineamus. Chriſtiani quidem dicunt, Deum ob oculos ponendum, ſed nihil promouemus. Præclare fingit Plato Iouem, cum videret homines ferri ad omnia flagitia, primum animis ipſorum per Mercurium immiſiſſe pudorem tāquam frænum aliquod, & vt Cic. imperti inquit, virtutis cuſtodem, quamdiu hic cuſtos durat, tamdiu homines nihil facinoroſi, ſcelerati perpetrāt.

Pau-

Paulus. Eum periiſſe puto, cui pudor periit. Et pudorem iſtum Iuppiter iuuenibus potiſſimum immiſiſſe fingitur. In viris poſtea alius cuſtos oritur, nempe ratio, & tunc pudor paulatim recedit, & ratio nos refrænat. In iuuenibus ſol iſte nondum eſt exortus: quo exoriente, pudor paulatim imminuitur. Inde Apuleius inquit: Pudor eſt tanquam veſtis quædam, quæ quo obſolentior eſt, eo incurioſius & vilis habetur. Nam dum ſumus pueri, valde nos pudet, recens enim eſt veſtis, quum ætas progreditur, attritior fit paulatim, & in eiuſdem locum ratio ſuccedit, ſed quia in fœminis ratio à dimidia tantum parte oritur, ſunt enim valde affectibus deditæ: (Hinc Plato fœminam mediam poſuit inter hominem & beſtiam) natura maiorē pudorem fœminis indidit, quam viris. In fœmina frænum eſt pudor, quo excuſſo actum eſt de illa. So helff Gott / wann ſie ſich darff voll ſauffen/ſo darff ſie auch was anders thun. Pueri egent Pædagogo, qui eos gubernet tamquam equos. Hinc præclare inquit Plutarchus in problemat. Vbi ſeniores impudice & inuerecunde ſe gerunt, ibi neceſſe eſt iuuentutem eſſe impudentiſſimam.

CAP. XII.

ARiſtoteles acturus de forma recte proponit finem, vt eo propoſito, media poſſit inueſtigare, quæ ad veram formam introducendam cōſentanea ſint. Supra in lib. 2. vbi errores inueſtigauit Rerūp. ſæpiſſime dicit finem non fuiſſe recte conſtitutum, vt in Spartana. In Medicina finis

iram cotem fortitudinis vocant. Affectus non plane poſſunt eradicari, niſi hominem ex homine exſuas. Quam Peripatetici μετριοπάθειαν: Stoici ἀπάθειαν, vocant, vt vult Seneca. In magnis moralibus ait Philoſophus: Quemadmodum pulchra variant, ita etiam variant iuſta, verbi gratia, ſi qua virgo eſt rotunda facie, ſinuata, quibuſdam in regionibus pulchra eſt, in quibuſdam non. Sic in iuſto. Reſpectu enim Rerumpubl. iuſta variant. In beatitudine non ſolum ſpectandæ ſunt actiones directe fluentes ex virtute, ſed etiam quæ neceſſariæ ſunt, & ſpectant ad eradicationem eorum, quæ impedire poſſunt beatitudinem. Hæ actiones ſunt honeſtæ, non quidem ſimpliciter, ſed ex neceſſitate. Optat Magiſtratus vti ſuppliciis, ne videlic. beatitudo ciuitatis inquietatur & impediatur ab hominibus improbis. Hæ inquam actiones ſunt expetendæ, non per ſe, ſed propter aliud. Illæ quæ directi fluūt ex virtute in ſe includunt honeſtum, hoc propter aliud. At inquies: an non Reſp. eſt beata, etiamſi careat aliis adiumentis, ſi ſolummodo virtus ei adſit? Reſpond. Ariſtoteles, verum quidem eſt, quod vir bonus etiam in paupertate, morbis non ſatis commode ſe habeat: verum non iccirco beatitudo in paupertate, morbis, &c. eſt poſita; ſed in contrariis, id eſt, in bona valetudine, in diuitiis, quatenus ſc. eæ conducunt ad actiones virtutis. Iccirco Stoici, quidem fere ſenſerunt cum Peripateticis, inquiunt, bona externa non eſſe expetenda, ſed ſumenda. Ea eſt ambitio hominum & communis morbus, cum res mutare non poſſunt, verba mutant, vel noua verba fin-

gunt vel nouas adferunt diuiſiones, q̄ tamen cum veteribus diuiſionibus coincidunt. Hinc Galenus: Ambitio perdidit artes. Mann ſagt wol ſeculum hoc eſt eruditum, forte eſt ineruditum. Quotidie noui conduntur libri, ſtultitiæ noſtræ vberrimi teſtes. Quid enim non habemus in Platone, Ariſtotele, Liuio, Tacito, &c. Beatitudo igitur non eſt in paupertate, morbis, &c. etiamſi vir bonus his poſſit recte vti. Vir bonus virtute ſua facere poteſt, vt externa bona ſibi bona ſint, ſi virtutē non haberet, fortaſſe eſſent mala. Stoici bona hæc externa neutra eſſe docent, id eſt, neque bona neque mala. At Peripatetici hæc omnia ſimpliciter bona eſſe tradunt, quamuis iis quis male poſſit vti. Diuitiæ, bona valetudo & ſimilia bona externa ſunt inſtrumenta. Vnumquodque autem inſtrumentum debemus dicere bonum vel malum ex vſu eius, qui inſtrumento poteſt vti. Teſtudo non eſt neutra, quia ego neſcio ludere teſtudine: nam alius qui peritiam habet poteſt ludere. Teſtudo itaque dicenda eſt bona, ſi bonus Cytharœdus ea commode vti poſſit. Si penna bono ſcriptori eſt incommoda, mala: ſin bona ſeu commoda, bona eſt dicenda. Itaque externa bona æſtimanda ſunt ex iis, qui vti ſciunt illis bonis. Diuitiæ, externa bona non ſunt cauſæ beatitudinis efficientes, ſed virtus, id eſt, peritia bene vtentibus bonis, quæ eſt intus. Vt .n. in Cythara non eſt cauſa efficiens ſuauis illius ſoni Cytharæ, ſed peritia pulſandi, licet cythara requiratur, quia eſt cauſa adiuuans. Sic bona externa licet requirātur, illis tamen non eſt aſſcribendum totum. Ea ciuitas eſt beata, in qua ciues

ues ſunt beati: ij autem ſunt beati qui virtute ſunt præditi. At quomodo ciues boni fiunt? Reſpond: tribus modis homines fiunt boni, Et per conſequens beati: natura vel educatione, ſeu conſuetudine & ratione. Si probitas ciuibus eſt ingenerata iam beata eſt ciuitas. Quantum conſilio proſpici pōt, opera danda eſt, vt ciues boni naſcantur: Ergo Ariſtoteles infra præcepta quædam tradit de matrimoniis. Vereor autem ne, ſi ad illud caput perueniamus, omnes ab Ariſtotele deficiatis. marib. enim in hac ſua Rep. vt ante 36. ætatis ann. vxores ducant præcipit. Quædam prædicata poſſunt toti ineſſe licet nulli eius parti inſint: At huius generis non eſt beatitudo, ſed vt ciuitas aliqua dici poſſit beata, neceſſe eſt vt omnes eius partes beatæ exiſtant. Beatas autem efficit virtus: Fiunt autem homines boni tribus modis. 1. Natura. Nam quidam ita adeo ſunt diſtorto ingenio nati, vt nunquam poſſint fieri recti Requiritur ergo 1. Natura tanquam fundamentum & ſolum, in quo hoc ſemen virtutis adoleſcere debet. 2. Requiritur educatio ſeu conſuetudo, quæ ſane plurimum valet. Plato inquit: Hominem fere omnẽ naſci agreſtem, ſed ſi educetur atque edoceatur, animal fieri mitiſſimum ac cicurari. Quidam equus aptus natus eſt diſcere tolutim ire, niſi doceatur, non diſcit tamen. Vt corpore ſic animo quoque homo nudus, atque etiam lingua nuda, vt ita dicam, naſcitur. Animus hominis vt docet Ariſtoteles, eſt tanquam charta, in qua nihil eſt ſcriptum, tanquam tabula raſa, prout inſcripſeris talis euadet. 3. Probi homines redduntur ratione. Fie-

Digitized by Google

ri poteſt, vt aliquis à natura inclinationem habeat ad gulam, laſciuiam, crudelitatem, atque etiam conſuetudine factus ſitguloſus, laſciuus, crudelis, paulatim tamen progrediente, nimirum ætate, ex auditionibus & præceptis Philoſophiæ ac ratione ipſa exoriente, ipſa vitia emendat. Hęc tria reddunt hominem probum. Et de his tribus iam ordine vlterius explicatius agere incipit. Ariſtoteles facit ſicut Sutor, qui corium diſſecat, & partes ſedentariis conductis porrigit, vt ex iſtis calceum faciant. Prius enim agit de forma gubernandi, quam in Republ. probet. Nam ſi diuerſi & peruices debent imperare, neceſſe eſt vt alia iis præſcribantur præcepta educationis.

CAP. XIV.

SI, inquit, probarem Rempub. quæ haberet perpetuo imperantes, & perpetuo parentes, peculiaris virtus & his, & illis eſt præſcribenda. Bonum quidem foret, ſi haberemus viros heroica virtute præditos, qualis Rex apum, qui corpore & virtute alias apes ſuperat. Hic locus tollit repugnantiam φαινομένην, quæ eſt in lib. 3. de Regno Heroico. In ſuperioribus enim Ariſtoteles antepoſuit Regnum Heroicum, ſi ſc. votis res ageretur, ſi poſſet dari, ſed quoniam in rebus humanis eſſe nequit, Politiam, quæ dari poteſt, tãquam optimam proponit. Apud homines non ilico quanto quis corpore, tanto eſt animo excellentior. Hominem facit animus. die Spannier ſeindt kleine Mañlein/ aber es ſeind Teuffels Köpff: Gemmæ etiam quanto ſunt minores, tãto præcioſiores ſeu pręſtantiores. Veneti externam tantum ſpeciem hominum in-

intuentur. Hinc grauiſſimus conſeſſus in illorum ſenatu: Alß der König auß Poln durch Venedig nach Franckreich zog / ſagten ſie / vnſere Patricii ſind eben ſo ſchön / als dieſer König. Germania proceros ſuſcipit, εἶδος ἄξιον τυραννίδος Es iſt Schad / daß der Kerl kein Churfürſt iſt. quaſi ſoli electores ſint pulchri corpore & egregiam ſtaturam habeant. Anglia bene veſtitos & munditiei ſtudioſos ſuſpicit. Inſtituit autẽ Remp. vbi viciſſitudo ſit imperandi & parendi: quia ſit iuſtum, commodum & tutum. Iuſtum quia æqualia æqualibus tribuenda ſunt. Non eſt enim æquum, vt tu perpetuo imperes, & ego perpetuo paream, cum tamen ſimus æquales. Contra ius vero conſtitutam formam durare non eſt veriſimile. In omni enim qui paret, ineſt quid κακοηθὲς, inquit Plutarch. Semper imperantem vellicat. (Nota, omnia hæc Ariſtot. ex fontibus naturæ deducit.) Natura autem progreſſu ætatis nos facit æquales vel inæquales. Senes ergo debent imperare, iuniores parere. Hinc Magiſtratus ſibi multa aſſumit externa, quibus emineant, vt Sceptrum proferatur, lictores ſequãtur, verſicolores peculiari veſtitu incedant, ac vt etiam ſi minus excellat ſaltem videatur excellere. Tutum deinde eſt, quia non ſunt imperandi libidines in aliis, quilibet ſperat ſe poſſe peruenire ad Remp. Dices: Ergo omnes ſenes debent imperare? Reſpond. Non omnes continuo erunt Magiſtratus, ſed ſi ſtatutum tempus aſſecuti ſunt. Vnde leges Annuariæ Romæ erant. Apud Roman. nemo poterat fieri conſul, niſi eſſet 43. annorum. Nec ſane illæ leges annuariæ ſunt de nihilo. Sic

Digitized by Google

Baſileæ ſtatutum eſt Academicum, vt nemo Doctor creetur niſi ſit annorum 28. niſi eruditio ſuppleat ætatem. Iſta autem lex fere iam eſt refixa: multi enim creantur Doctores, qui vix 20. ſunt annorum, in quibus nulla eſt vis iudicii. Cum tot Doctores creantur adeo iuuenes, ipſe gradus docturæ dedecoratur ac vileſcit.

Commoda eſt hæc forma, quia vna diſciplinæ ratio omnibus ciuibus debetur, quia imperium ciuile dicitur parendo. Hoc Lipſius accommodat ad ſuum principatum, ſed non recte. Hoc enim in hac tantum forma tenendum eſt, & in militia. Erſtlich iſt einer miles, decurio, centurio, Imperator. Omnes actiones ex fine honeſto iudicantur. Ego findo ligna mercedis cauſa, tu exercitii cauſa, mihi eſt ſordidum, tibi non eſt. Antiſthenes cum ſalſamenta portaret dixit, mihi porto.

ἔπει δὲ πολίτου.] In ciue parente eſt virtus inchoata: in imperante eſt virtus perfecta. Virtus ciuis parentis & imparentis non differt ſubſtantia, ſed modo. In ciue parente non requiritur prandium, ſed recta opinio.

Διήρηνται δὲ δίχα μέρη τῆς ψυχῆς.] Iterum ex fontibus naturæ rationem accerſit. Hæc diuiſio eſt Pythagorea antiqua, exoterica expers eſt, tanquam equus, qui non ſemper paret, ſed rationis partes duæ ſunt, ex 6. Ethic. vna ἐπιστημονικὴ, altera λογιστικὴ ſeu πρακτικὴ: Illa contemplatur ea, quæ non ſunt in poteſtate, natura, neque principia earum rerum in nobis; hæc vbi principia, vt illæ res fiant ſunt in nobis. Ego ſum cauſa, vt hæc Reſpubl. ſit hac vel illa forma.

Δι-

Δῆλον ὅτι.] Iterum ratio à natura petita, ſumma: Natura animo hominis bilancem in æquilibrio indidit, quam ſi inclinas in hanc partem (hoc enim penes te eſt, du ſetzeſt dich hin wo du wilſt) euadit bonus: Sin in alteram improbus. Vnde illud. Vnuſquiſque eſt faber fortunæ ſuæ. Eſt aliqua pars animi, quæ rationem poteſt audire, etſi rationem ipſam non habeat. Interdum rationem audit, interdum non audit inſtar equi alicuius, qui aurigam audit, interdum non audit. Virgilius:

> Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Summum hominis eſt κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργεῖν In inſtituendo prius debet attēdi corpus, tum animus. Nam ita comparatum eſt, vt q deſirius eſt pareat præſtantiori. Non eſt incipiendum à ratione, etiamſi ſummum quid & optimum ſit. Als heut zu tag will man nur dē Ramū lehrnen/daß man mög in 18. jahren gubernacula rerum bekommen / bekompt man alßbald triticum? Herbā expeto propter calamum, propter ſpicam, ſpicam propter triticum, & hoc per ſe expeto, atq; in eo acquieſco. Pleriq; hodie ſtudioſi inprimis iuris ſtatim ſe conferunt ad diſputationes, cum terminos artis, vocabula technologica non intelligant. jener Vatter gab dē Kind ein Namen Geneſis meinete es wer ein Prophet. Legislator debet ſe confirmare, & leges ſuas dirigere ad naturam. Nota hic locum de militaribus Rebuſpub. qui tamdiu florent donec militant. Politiæ enim imperio occidunt, & gladios in ſe ipſos ſtringunt. Idem in Rep. Romana contigit,

tigit, alias totus orbis terrarum nõ potuiſſet huic globum imperii concutere.

τὴν γὰρ μαφὴν.] Victorius vertit duritiem. Fiunt enim molles, & luxu ac voluptatibus diffluentes.

χολαζεύην.] id eſt, honeſto otio perfrui.

An ergo nulla Reſpub. laudem meretur, inquies, niſi omnes ii, qui aliquo Magiſtratu fungantur, homines ſint literati? ℞. In gubernatore Reipubl. requiritur, quoddam actiuum ἐνεργητικόν τι, quod perit, vel languet ſaltem, ſi ii qui magiſtratu debent fungi, nimium ſe exerceant in rebus iſtis ſcholaſticis: ſi diſputationibus ſe dedāt, plerunque fiunt contentioſi, nec vnquā cedere volunt de ſententia. Carolus V. non fuit literatus, nec Comminius vir prudentiſſimus, vnd andere mehr herrliche Politicanten/ nec etiam linguæ ſunt id actiuum, quod in gubernatore Reipub. requiritur, cognitio earum interpreti potius ac legato eſt neceſſaria. Reipubl. gubernatio eſt ἐνεργητικὸν quid, ad agendum calor requiritur, ſcientia contemplatiua eſt frigidum quod. Imo poſtquam aliquis iam incœpit frigidior fieri ætate, tum demum ad contemplationes illas redditur aptior & magis idoneus. Lipſius in notis videatur. Vidi ego Cancellarium der müſte zwen neben dem Pferd haben/ daß er nicht fiel/ ſolche Schulfüchſe ſollen nichts.

CAP. XV.

ARiſtoteles eam formam Reipub. probat, quę eſt iuſta, tuta, commoda. Iuſtum eſt vt æquales æqualia obtineant: Si autem æquales æqualia ob-

obtineant, tutum hoc eſt, vt nulla exoriatur videlicet ſeditio, & hoc etiam commodum eſt, quia vna inſtitutione & ii qui ſunt in imperio, & ii qui parent imperio inſtitui poterunt. Talis autem forma Reipubl. eſt Politia preſſe ſic dicta. Tres ſunt bonæ Reipubl. Formæ, verum Regnum & vera Atiſtocratia (ſed hæc non niſi in ſcholis reperiuntur) & Politia. At quando eſt inſtituendus homo politicus ſeu ciuilis, quem in conſilium adhibeamus. Videamus itaque ad quid inſtituendus ſit homo? Homo eſt cereus & flexibilis in omnes formas, animus ipſius eſt tanquam tabula nuda. In homine 1. reperio, quod animum habeat aptum ad opificia (& ideo natura ipſi manus dedit) hæc inquam propenſio eſt in homine, non in alio animali. 2. In homine reperio, vt poſſit fieri bonus vel malus: dico bonus vel malus ſimpliciter, non bonus artifex, opifex, ſed bonus vir, id eſt, clemens, iuſtus, fortis, vt contra crudelis, iniuſtus, ignauus, &c. Homo cereus eſt & ad virtutes & ad vitia. Et harum virtutum apicem nempe prandium ſed ſimulachra tantummodo prudentię. In homine etiam reperio orationem. Linguam homo habet non ad guſtatum ſolummodo, vt reliqua animalia, ſed etiam ad loquelam & exprom-ptionem externarum cogitationum. 3. In homine etiam reperio eum fieri poſſe vel ſapientem, vel inſipientem. Sapientem, id eſt, cognitorem ſeu contemplatorem. Ergo ad hæc tria inſtituendus eſt ciuis ſeu homo ciuilis? Reſpond. Artes Mechanicæ non pertinent ad hominem ciuilem, id eſt, eum, qui pars debet eſſe ciuitatis, ſed ad eos

homines, qui partes ciuitatis ſunt tantummodo adminiſtræ. So wird nun diß membrum ſchon außgeſchloſſen. Adoleſcens ingenuus quãdo intuetur egregiam aliquam picturam, ſtâtuam, &c. opificium ſcilicet, opus illud admiratur & magis laudat quam ipſum opificem: Non autem hoc opificio ita aſcenditur, vt optet fieri pictor, ſtatuarius &c. At quando adoleſcẽs aliquis ingenuus audit vel legit res geſtas Pompei, Cæſaris, &c. Homo itaque ciuilis non inſtituendus eſt ad opificia & artes mechanicas, ſed ad virtutes ciuiles, i. e. ethicas & ad ſapiẽtiã. Ciuilis vita diuiditur in bellũ & pacẽ. Pax rurſus diuiditur in negotium & otiũ. Negotium hic voco, quando quis publicis fungitur muneribus. Inſtituendus itaque eſt homo ciuilis & in artibus belli & in artibus pacis. Quod ad virtutes bellicas atinet. 1. illarum eſt Fortitudo. 2. Temperantia, ſcilicet tum in cibo & potu, ne videlicet ſomno vinoq; ſepultus opprimaris ab hoſte, tum in Venere caſta, vt grammatici dicunt, ita vocatur, quaſi caſta, es ſey gleich war oder nicht. A caſtris itaque libido exſulare debet Eneruat enim virtutẽ bellicam & robur exhaurit. 3. Iuſtitia (niſi ſeditiones in exercitu tuo excitare velis) & q̃dem iuſtitiæ genus abſciſſum (geſchwind auffgehenckt) in bello requiritur. Ad virtutes pacis quod attinet, dum fungeris publicis muneribus, iuſtitia inprimis requiritur. Si ſtrenue rem adminiſtrauimus in bello, & in pace bene functi ſumus noſtro munere, in otio quid faciendum? Auff die Stuben gehen vñ ſpielen? Reſpond. In otio opus eſt tẽperantia, ne in otio ſimiles ſimus mancipiis, id eſt, opifi-

opificibus & mechanicis, welche wann ſie die gan-ze Wochen gearbeitet haben/ ſo gehn ſie am Sontag ins Wirtshauß / vnd verſauffen wider / was ſie die Wochen vberkommen / In otio homo ciuilis operam debet dare cognitioni Philoſoph. quæ pabulum eſt animi. Debet legere hiſtorias vel aliud quid, quo plurimum delectatus, vt ita mentem, i. e. ſupremam animi aciem ſuo paſcat pabulo. Sed quia hoc ſerium quid, quid faciendum, ſi lectionis tędiũ forſan ipſum cœpit? Muſicã debet tractare, qua animus plurimũ relaxatur, ſed quo ordine hõo ciuilis ad hæc eſt inſtituẽdus? Cũ contẽplatio ſit ſummum hominis, an ab ea ſtatim eſt incipiendum? ℞. Omnes res habent ſuos gradus & pedetẽtim ad ſuam perfectionẽ ſummã ꝓgrediũtur. Homo eſt animal quoddã diuinũ, aut ad minimũ non eſt eiuſmodi animal ꝙ totũ ſit deditum virtutib. vegetalib. vel ẽt ſenſib. ſed eſt, vt ita dicã homo deus quidam terreſtris: itaq; debet adniti ad ſuperiora, cum medium ꝗdam ſit inter Deũ & beſtias, debet velle ſimilis fieri, nõ iis quæ ii ipſum ſunt, id eſt, beſtiis, ſed quæ ipſo ſunt ſuperiora, id eſt, Deo. Triplex hominis ſtatus. 1. Homo eſt in quibuſdam rebus ſimilis beſtiis, cibo vel potu ac venire: deinde ꝙ videat, audiat & voluptatis ſenſum habeat: hæc, inquam, ipſi communia ſunt cum beſtiis. 2. Quatenus homo plus quam beſtia eſt, exiſtit prudens, poteſt condere Reſp. hoc non cadit in reliqua animalia, quorum ꝗdam non prudentiam ſed ſimulachra quædam prudẽtiæ habet. 3. Homo etiam Deo incipit fieri ſimilis, vt. n. Deus omnia cognoſcit, ita hõo quoq; cognoſcen-

ſcendi eſt cupidus, & quædam huius rei ſemina in ſe habet. Et ita eſt quaſi ſemideus, vt homo poſſit fieri, non qua beſtia, ſed qua homo, hoc fit per virtutes Ethicas: non tamen per virtutes Ethicas poteſt adhuc fieri Deo ſimilis; ſiquidem virtutes Ethicæ pendent à proæreſi. Deus autem non habet proæreſim, non deliberat. Alex. 1. prior. Dum homo eſt adoleſcens operam dare debet virtutibus illis Ethicis, id eſt, vt poſſit ſuperior eſſe reliquis animantibus, quando iam incipit ſeneſcere, debet aſcendere ſupra, ſc. non ſolum debet eſſe vir bonus, ſed etiam vir ſapiens. Ordo hic eſt in rebus, vt ſemper quæ ſunt imperfectiora, tempore antecedant. Philoſ. hoc ita enunciant, origine prius, perfectione eſt imperfectius: origine poſterius; perfectione eſt perfectius. Virtutes Ethicæ & harum apex prudentia faciunt, vt homo ſit homo, id eſt, eximunt eum è numero beſtiarum. At ſapientia facit hominem quaſi Deum, id eſt, eximit eum, quaſi è numero hominum.

CAP XVI.

OMnium rerum ſunt ſua quædam rudimenta. Vt aliquis fiat vir bonus, debet appetitus, id eſt, pars illa, quæ poteſt audire rationem, inſtrui. Rudimenta ſunt bona: Educatio, & inprimis etiam bona corporis conſtitutio, id eſt, vt quis habeat bonam indolem, & bona ſemina virtutis in ſe. Primo itaque agendum eſt de procreatione. Plurimum enim refert, quando quis naſcatur. wie will der Ariſt. lehrn Leut zimmern? das können die Bawrn vorhin wol. Docebit Ariſtotel.

quo

quo tempore matrimonia debeant inire ciues. Ad tempus itaque conueniendi in matrimonium quod attinet nec nimis mature nec nimis tarde id fieri debet. Si nimis mature id fiat, quod ad fœminam attinet hæc ſequuntur incommoda. 1. Tales fœminæ, cum ſint immaturæ, imperfectos quoque, debiles & imbecilles fœtus gignunt. 2. Tales in partu vehementer laborant, & multæ pereunt, Sie gehn darauff pereunt in partu, & non in nuptiis. 3. Eiuſmodi fiunt lidinoſæ wann ſie ſo frü darzu kommen/jung gewohnt/alt gethan: alte Geiſſe lecken darnach für vnd für Saltz. Ad virum quod attinet hæc ſunt incommoda. 1. ſi adhuc quis creſcat & operam dat rebus Venereis, augmentum corporis plurimum hac in re imminuitur. 2. Veneratio & dignitas illa, quæ debet eſſe inter patrem & filios, deſideratur: non enim longe diſtant ætate: So heiſt es/ſiehe Vatter/wie wächſt dir der Bart. Hæc eſt cauſa Politica: prior illa erat Phyſica. Si nimis ſenes matrimonium ineant, hæc oriuntur incommoda. Primum eſt hoc præceptum & Ethicum & Politicum, vt parentes iuuent liberos ſuos, & liberi viciſſim parentes ſenio confectos. Sed ſi nimis ſenes matrimonium ineant & liberos procreant, neuter neutri fere poterit prodeſſe: wann ſie den Kindern am nützlichſten ſolten ſein/ſo ſterben ſie dahin. Non itaque nimis diu expectandum eſt, wann die Jungfrawen zu Nürenberg ſo alt werden / daß ſie vor der Hell ſitzen/vnd Flederwiſch feyl haben. 2. Viri ſeniores ſemen cum habeant iam effœtum & imbecilles ſint, imbecilles quoque liberos procreant, fœminæ

minæ vero ſenes ne pariunt quidem, vterus e-
nim iam eſt condenſatus & durus factus, non
poteſt amplius dilatari ad fœtum recipiendum.
Es iſt ſchon alt Kuchen Fleiſch. Qua itaque ætate
matrimonium eſt contrahendum? Soll man
deß Italieners Vaſelienſers Regel folgen/ wann
das Mågdlein zwölff/vnd das Bůblein 14. Jahr alt
iſt / ſo iſt es eben gerecht. Conſiderat Ariſtoteles,
quo vſque vis ſit generandi in viro & fœmina.
Vir generari poteſt auffs höchſt ad annum vſque
quinquageſſimum. Ergo diſtant à ſe inuicem
potentia generandi interuallo 20. annor. Ne ita-
que iſta iurgia inter coniuges oriantur vt vel ma-
ritus vxori obiiciat: ego ſi alium haberem agrum
ſeu aliud ſolum poſſem gignere, du biſt ein alte
Våttel/vel contra vxor marito, du biſt nichts mehr
werth / du alter Muckenbatſcher / ne inquam e-
iuſmodi rixæ oriantur, Ariſtoteles pręcipit vt fœ-
minæ nubant annum circiter decimum octa-
uum, maſculi vero vxores ducant annum circiter
37. Dura vox, vt opinor in auribus veſtris,
Ihr werdet bey euch ſelbers gedencken / hat jhn der
Teuffel ſo geſcheid gemacht. Ariſtoteles iſt ſonſten
wol ein guter Mann/ aber in dem fall iſt er ein Fan-
taſt. Si quis itaque de ſemetipſo dubitet, num vim
generandi tam diu, id eſt, ad illũ terminum, nem-
pe ad annum 30. vſque poſſit producere ſo muß
er ehe darzu thuen. Hæc eſt mitigatio quædã illius
rigoris Ariſtotelici. 2. Spectanda eſt æqualitas per-
ſonarũ, vt videlicet ſint robuſti. Non tantũ robur
heic requiritur athleticũ, ſed ciuile, i. e. vt corpora
facta ſint robuſta exercitatione junge ſtracke Kåm-
haffte

haffte Leut/valetudinarii. Alias enim mancus mancum, valetudinarius valetudinarium generaret, Sequuntur iam prægnantium præcepta. Pręgnantes vti debent 1. victu pleniore. 2. Exercitatione.

χρὴ δὲ καὶ ὥς.] Legiſlator hoc eo facilius apud fœminas obtinebit, quo ſuperſtitioſius eſt genus fœminarum.

πρὸς θεῶν ἀποθεραπείαν.] Qualis erat Diana & Iuno. Iuno Lucina fer opē, ſerua me obſecro. Et eiuſinodi excremēta in corpore digerūtur. Finis noſter eſt in virtutib. practicis & theoreticis, vt fiamus boni & ſapientes. Vt igitur virtutes, ſeſe offerāt requiritur bonum ſolum, id eſt, bona corporis conſtitutio. Quiddam eſt noſtra poteſtate, vt talia corpora naſcantur. Præſcribit ergo Ariſtoteles tempus conueniendi in matrimonium, non ſolum ratione ætatis, ſed etiam ratione partium anni, & brumam huic rei commodiſſimam eſſe ſtatuit, quia hyeme corpora ſunt magis ſtricta, & calor inteſtinus in viſceribus concluſus, vnde fit bene præparatum atque elaboratum ſemē. Hippocrates neque arthetica neque valetudinaria corpora ſunt commoda ad procreandum. Debent quidem eſſe exercitata, non tamen fracta atque exhauſta laboribus. Es wirdts einer wol bleiben laſſen/ vnd fro ſein wann er ſchlaffen kan/ er wird dz Weib nicht viel vexiren O-mnium rerum modus eſt præterquam virtutis. Non prodeſt eſſe ἐυέλικτα corpora, Mazon. Cum fœminæ iam ſunt prægnantes monet Ariſtoteles, vt victu pleniore vtātur, vt exercitationib. ſe exerceant, vt ſint ab omnibus curis vacuæ. Quidam ſtirpes è terra, ita fœtus è matre ſuum hauriūt ſuccum,

Digitized by Google

cum, vt pyra, vuæ, &c. Quare elaborandum eſt, vt fœminæ ſanguinem habeant non feculentum, ſed defecatum

Μὴδεν πεπηρωμένον τρέφειν.] Dura lex: nemo hoc faciat inquies: quia charitas repugnat. Reſpondeo: Videnudum eſt qua de re agat hic Ariſtoteles, nempe de ciuitate ſeu corpore ciuili. Quod ſane ex actionibus partibus ſuis æſtimatur. Igitur vult ciues facere milites, ſenatores, &c. Non ſint manci, læſi, quia non ſunt idonei ad militiam: Manci igitur & læſi non ſunt alendi, ſcilicet vt ciues, non autem vt homines. Sic in bello. Quidam reiiciuntur (verbi gratia, ego reiicerer, dann was wolt ich außrichten) non vt homines, ſed vt milites, quia videlicet non ſunt apti ad bellum. Partes ergo ſpectandæ ſunt vt totum. Sic elinguis non eſt idoneus ad profeſſuram: reiicitur eiuſmodi, exterminatur à profeſſura, nō quatenus homo, ſed quatenus profeſſor. Cic. non fuit adhibitus ad coniurationem Cæſaris, quia non erat animoſus. Sic homines manci nō ſunt idonei ad ciuilem ſocietatem. Et ita intelligendus eſt Ariſtoteles.

Δια δὲ πλῆθος τέκνων.] Si multi naſcantur, quid tum faciendum, inquit Ariſtotel. legislator etiam deder ferre leges hiſce jener Bruder ſagt zum andern/ lieber Bruder/ es fallen mich viel Kinder an/ ſagt der ander/ q erat melancholicus, warumb machſtus. Si multi naſcuntur, amputādi ſunt vires luxuriantes, Aber nicht wie der Türckiſch Keyſer. Primus modus eſt expoſitio, quæ erat tum vſitata apud græcos 2. abortus: abortum inferre Ariſtoteles concedit, ſcilicet antequam fœtus vitam & ſenſum accipiat.

Ehe

Ehe eine ein lebendigs Kind trägt. Alias enim nefarium eſt occidere vnum in Hippocratis Medicina. iuſiurandum eſt contra hoc. Theologi & noſtra religio hoc non concedit. Vnde Tertull. abortum inferre eſt feſtigiū homicidii. Alia eſt forma Phormionis ſententia, quæ ex rei natura loquentes ſemper formam reſpiciunt, quique rebus non dant nomina, niſi formam ſuam habeant. Sic muſtum nondum vinum vocatur, licet prope accedat ad vinum. Es hat mich einer einmal gelehrt / wie ich ein gantz Jahr könn genug Wein trincken / vnd dörffte doch kein Pfennig darumb geben / nemlich / ich ſolte genug Moſt kauffen: ſo hab ich dagegen gelehrt / daß er kein Pferdt könne trucken / nemlich / er ſoll ein Eſel reiten. Ariſtoteles igitur in multiplicatione fœtus concedit abortum, quando fœtus nondum ſentit vel viuit non eſt homo, ſed ſenex & κύκημα, ideoque quia homo non eſt, nō poteſt dici homicidium. Alias enim omnia ſemina eſſent id quod poſſunt fieri, ſi alicui nucem ſubtraham, non dicor ipſi abſtuliſſe arborem, quia arbor poſſit è nucleo tandem naſci. Cæterum quando fœtus & vitam iam habet vegetabilem, nondum dicitur homo, nec quando iam viuit, nec quando incipit ſentire: hoc enim, & cum brutis animantibus habet commune: ſed tunc demum, quando actiones hominis exercet. Ex actionibus enim de forma iudicamus. At quod eſt tempus deſiſtendi à procreatione? ℞. Ariſtoteles poſt annum 50. ſo magſtu dein Flegel wol an die Wand auffhencken / vnd nicht mehr dreſchen. Hinc anno 50. cū procreatrice rem quidem habere, non tamen operam

debet dare liberis. Sunt enim ſemina euanida, id eſt, minus robuſta. Ad fidem coniugalem quod attinet ea conſideratur, vel intra tempus cum coniuges poſſunt generare & generant, vel poſt illud tēpus. Alia pœna eſt quando quis fidē coniugalem violat, qui libidinari q̃dem poteſt, ſed non procreare. Pōt quidem & ſenex interdum rem habere Ein alter kan bißweilē auch noch ein Geißſprüng, ein thuen. Sed nō ideo poteſt ꝓcreare ſibi aliquid ſimile, vel quod ſit validū. Wañ ſie Häffen brechen/ dū adhuc procreare vel gignere poſſunt, maiorem pœnam Ariſt. ipſis infligit, nempe publ. infamiam. jns Halßeiſen ſtellen / durch die Backen brennen. Wann eines Häffen bricht/intra id tempus quo adhuc poteſt parere, non tam in eo peccat, quod fidem violet coniugalem, quam etiam quod marito liberos ſubiiciat, qui nō ſunt ipſius, & is cogatur alienos liberos alere daß einer muß ein Brotuatter ſein. Si quis libidinetur poſt illud tempus quo procreare poteſt. Wann er einmal Luſt hat/in ein andern Haffen zu gucken/debet hoc relinqui cēſuræ: Sin vero intra id tempus quo procreare poteſt ſemen ſuum alio transferat, publ. pœnis eſt afficiendus, infamia videlicet. Notetur hoc in loco apud omnes fere nationes calidiores, quia ſunt libidinoſæ, adulterii pœnam non fuiſſe capitalem, neque hodie etiam eſſe. Es würde ſonſten zuuiel Köpff geben/ vt in Italia, Hiſpania, &c. In Germania pœna adulterii eſt capitalis, vnde Lipſius orbem Germaniæ caſtum vocat. Si modo verum eſt. Multo minus ſi liber cum libera rem habeat, Alß jener ſagt/ wann es Sünde wehr/ſo wüſte ichs auch.

Et

Et quidam ad patrem ſcripſit: Ich höre Vatter jhr ſeyt auch ein guter gallus gallinaceus geweſt.

CAP. XVII.

IN lucem iam editis liberis requiritur certa alitura, Ariſtotel. vult vt detur eis lac, nullo modo vinum: Imo nutricem non vult vti vino. Vinum enim replet valde caput, quod in infantibus adhuc plus eſt quam molle, imo aqueum eſt, & facilime diffluit, & facilime hoc modo fiunt epileptici. Hinc omnes puerorum morbi ex capite, ex quibus etiam moriuntur, lac maxime nutrit, facit ad robur & morbos impedit, darumb ſeind die Schweitzer ſo grobe Milchbengel. Probat Ariſtoteles vſum lactis ex cæteris animantibus [καὶ ζώοις] quæ pullos ſuos nutriunt lacte. Quin & nationes bellicæ, quibus habitus corporis curæ eſt, lacte educantur. In Germania peſſima eſt conſuetudo, quod putant lac ſolummodo eſſe potum, non etiam cibum, darumb ſtreicht man den Kindern das Maul vol Brey ein/imo lac ſimul & cibus & potus eſt. Equa non niſi lacte alit ſuum pullum robuſtiſſimum futurum. Itali non niſi lac dant infantibus, vt & aliæ nationes ſapientiores. Pultibus ventriculus repletur, qui apud infantes mollis eſt & cereus; der wird je länger je gröſſer/ & in omnem partem diſſenſibilis: darnach werden ſie ſo gefräſſig/ vt vix poſſint ſaturari.

2. Ratio habenda eſt aeris. Debent pueri ab ineunte ætate aſſuefieri frigoribus Als wie die alten Teütſchen/ die haben jhre Kinder in Rein geſtoſſen. Frigus facit corpora denſa, ſpiſſa, ſtricta, ſolida, compacta. Mulierum corpora ſunt

mallia (vnde à mollitie mulier dicitur) vt vix poſſint grauidæ fieri atque diſtentæ. Vir dicitur etiam ſtrigoſus, compactus. Sed hæc pædenomis præſcribuntur, non in ſchola Medica.

3. Certæ faſciæ debent adhiberi propter corporis figuram, ne acuminata & oblonga ſortiantur capita (vt liberi primigeniti, wie der kurtz Schnerer allhie) ne vertebræ dorſi diſtorquantur, & ipſi hoc modo fiant gibboſi.

4. Ne prohibeantur pueri plorare, quia in cunis ſe non poſſunt exercere. Eiulatus eſt quædam exercitatio, vnde venas ipſis intendi & excrementa per oculos expelli videmus. Monet præterea Ariſtoteles, ne pueri ad annum quintum vſque coactis laboribus aſſueſcant. Labores enim incrementum impediunt: non debent adhuc cogi ad diſciplinas, (jener Vatter ſchlug ſeinen Sohn/ quem in ſenectute habebat, auffs Maul/ er ſolte beten/ vnd konte noch nicht reden) nullis adhuc curis affici debẽt, ſed fabellis & narrationib. demulceri. Alexand. ſummus ille Philoſophus ait: Si liberi ſeu pueri delectentur fabellis & eiuſmodi narratiunculis, ex hoc iam poſſe colligi, quod ſint εὐγενέστεροι, ἐφέστεροι & quod in ipſis, qui ſunt φιλόμυθοι, auiditas ſit agnoſcendi. Ab anno quinto vſque ad annum 8. omnibus modis debent abduci à ſeruili conſuetudine, ne teneri ipſorum animi inficiantur. Nam ſerui ſunt ſerui, & in ſermonibus ſpurci.

2. Iam debent fabellæ & auditiones aliquo modo incitamenta & abluſiones eſſe illarum diſciplinarum, in quas paulo poſt incumbere debent. Debent illarum diſciplinarum eſſe ſpectatores, ludorum

rum, videlicet gymnaſticorum. Non quidem vt ipſi ſeſe iam exerceant, ſed vt imbibant amorem illarum rerum, nihil omnino debent, vel videre vel ſpectare, quod ſit turpe: non debent cum hominibus ſpurcis verſari, ne quicquam tale in ipſorum aures ingrediatur: non debent videre ſtatuas vel picturas obſcœnas, non debent eſſe ſpectatores ludorum ſiue comœdiarum, quia prima quæque, quæ diſcimus, ſunt nobis omnium cariſſima & firmiſſime hærent. Animus enim puerorum eſt cereus, cui nihil adhuc eſt inſcriptum, & profundam patitur impreſſionem eorum, quæ inſcribuntur. 1. Sunt cogitationes. 2. Lingua ſeu ſermo. 3. Factum. Semper vnum ſequitur ex altero. Cogitationes veniunt ex viſu & auditu, ex cogitationibus factum. Optant itaque primas radices tollere. Matrimonium enim eſt inſtitutum, non vt fias diues, (eſt enim hoc non politicum, ſed œconomicum) neque etiam vt libidini & corporis voluptatibus indulgeas, ſed liberorum quærendorum cauſa. In omnibus rebus vir tardius venit ad ſuas vires, ſed diutius ſeruat. Puella 12. annor. rem œconomicam magna ex parte adminiſtrare poteſt, ſie kann ſchon hauſzhalten. Maſculus 15. annorum in plateis adhuc ludit atque ineptit. Fœmina eſt vt ſalix, Vir vt quercus. Mala herba citius creſcit. Salix eſt quiddam luxurians, ſed debile. Quercus eſt quiddam tarde creſcens, ſed eſt durum. Politicus non quærit, cum fœmina ſit viri potens, vt ICti loquuntur, ſed quando poteſt robuſtum filium gignere: non quærit qua ætate ſibi ſimile & robuſtum quid poſſit procudere,

cudere, vir longius producit vires procreandi quã fœmina. Vis illa in muliere eſt paſſim παθητικὴ, ad recipiendũ videlicet, ſeu vt loquuntur, ad concipiendum: In viro vero eſt ποιητικὴ actiua, quæ maioris eſt roboris. Matrimonia illa, cum vel ſenex ducit iuuenculam, vel vetula nubit iuueni quæſtus cauſa, ſunt præter naturam, ſunt diſtorta ſeu diflexa à ſuo fine. Ex altera enim parte vires gignendi amiſſæ ſunt. Tale matrimonium Antigonus Rex Macedonum perſuadere volebat Demetrio filio, vt duceret vetulam, ſed diuitem, allegans hunc Erip. verſ. [ὅπου τὸ κέρδος παρὰ φύσιν δουλευτέον] per paronomaſiam hoc modo: ὅπου τὸ κέρδος παρὰ φύσιν γαμητέον.

ἐν γὰρ πᾶσι ζώοις.] recte argumentum ducit à reliquis animantibus. Et fœminæ coluntur potius q̃ mares? ratio. quia fœmina naſcitur ex crudiore ſanguine materno, & ex materia ſeminali magis crudiore, id eſt, quando vtriuſque materia nõdum ſatis cocta, quando non ex calore condenſata, ſed adhuc eſt aquea, ſie ſind noch nicht recht drucken hinder den Ohren.

Καὶ μικροὶ τὰ σώματα εἰσιν.] Vt Pariſienſes, qui valde iuuenes, vt audio matrimonium ineunt, & nimis mature ad iſta ſacra properant. Apud Plutar. Cum quidam vxoris ſuæ hortum diligenter quidem conſeuiſſet, nec tamen vllos liberos procreaſſet, oraculum conſulebat, qua ratione liberos poſſet ſortiri? Oraculum reſpondebat, vt peregre proficiſceretur & diu emaneret. Innuebat ipſum eſſe nimis libidinoſum, & propterea ſemen ipſius eſſe nimis aqueum & fluidum, & per conſequens,

quens ad procreandos liberos minus aptum. Suadebat itaque ipſi, vt peregrinaretur, & ſatis diu abeſſet à coniuge, poſtea domum rediret bene nummatus ſeu bonis taleris inſtructus.

Tacit. de Germ. inquit: Sera iuuenum Venus, ideoque inexhauſta pubertas. Si ipſe ſum debilis, quoque liberos procreo immaturos & debiles. Quod. n. eſt fundamentum vitæ meæ, hoc etiam eſt fundamentum alterius vitæ, id eſt, eius qui à me procreatur. Cic. libidinoſa iuuentus effectum corpus tradit ſenectuti. Hinc cū aliquando quidam interrogaret Philoſophum aliquem, quando debeo operam dare Veneri? Ille reſpondebat, quando vis debilior fieri. Parentes primiparæ inprimis in periculo verſantur. Vide text. de orac. &c. verbis διὸ καὶ τὸ, &c.

Ἀκολαστότεροι.] id eſt intemperantiores. Quando videlicet Natura iam aſſuefit huic itineri, abundantem humorem ad vaſa ſeminalia, tranſmittūt.

τοὺς δ᾽ ἔτι πτε καὶ λείακοντα ἢ μίκρον] da ſtehets/ich kāſs nicht außfragen. Eſt hæc vox non tam Ariſtotelis quam ipſius naturæ. Deduxit enim hoc e partibus naturæ, liberos procudere quis debet, quādo corpus floret, quod fit anno 36. vel 37. libros vero ſeu animi opera quis in lucem edere debet, quando animus floret, quod fit quando numerus ſeptenarius in ſe ducitur, id eſt, anno 49.

Bruma huic congreſſui eſt apta] Hæc de Græcia refert Ariſtoteles, Germani hoc præceptum non ferunt. Quando ventus flat aquilinaris, corpora ſunt magis condenſata, natiuus calor eſt robuſtior, vnde fit vt ſemen vtriuſque tunc ſit magis ex-

Digitized by Google

aut fœminæ cum alio viro Lamb. Rectius Victorius: de conſuetud. autem cum alia vel alio.

CAP. XVII.

LActe nihil eſt alterabilius: quare fœminæ imprimis cauere debent, ne vt mœrore vel ira id corrumpant, quod poſtea maxima creat incommoda infantulis.

Λοιγοτέρα δὲ.] Omne enim vinum euaporat in caput, etiam ceruiſię natura Alt.

μὴ διαστρέφεσθαι τὰ μέλη] Hundtsnaſen manifeſtiſſimum ſignum eſt impudentiæ.

Καὶ περὶ λόγων δὲ.] iſti duo ſenſus viſus & auditus nos quaſi regunt. Reliquis animantibus hi ſenſus tantummodo ad incolumitatem corporis dati ſunt, vt videlicet & audiant & videant, quid ipſis noxium eſſe poſſit, & id caueant. At in homine iſti ſenſus plus præſtant. Auditus enim eſt ſenſus diſciplinæ: Viſus vero multarum rerum differentias nobis oſtendit.

Declamationes ſunt pręparatio quædam ad oratoriam facultatem forenſem. Venatio eſt rudimentum artis bellicæ. Virg. Æneid. 9.

Venatu inuigilant pueri ſiluaſque fatigant.
Flectere ludus equos & ſpicula tendere cornu.

Hodie plane nullis rudimentis vtuntur, ſed rem ſtatim aggrediuntur. Vis orator fieri, facultates domi exerceas prius oportet. Hodie aſſiliunt pueri ad ſuperiores facultates, inferiores negligunt.

Finis libri ſeptimi.

POLITIC. ARISTOTELIS LIBER VIII.

HOC LIBRO I. reſpondet ad tres quæſtiones, in fine VII. libri propoſitas. 1. Quærebatur: ſit ne aliqua diſciplina adhibenda pueris? 2. Vtrum illa diſciplina debeat eſſe publica, an priuata? 3. Qualis illa debeat eſſe?

CAP. I.

CApite hoc exſequitur duas priores quæſtiones, nempe an ſit aliqua diſciplina adhibenda, & an illa publica debeat eſſe:

Ad primam quæſtionem quod attinet, poſſet aliquis putare, nullam eſſe adhibendam, quia vulgo nulla adhibetur, id quod rationi conſentaneum eſſe videtur. Dann entweder bedarff man ſolcher nicht/ oder aber ſie hilfft nichts. Videmus namque quoſdam ab optimis natos parentibus & optime educatos peſſimos poſtea fieri, & contra. Qualia enim ſemina cuiuis à natura ſunt indita, talis etiam euadit. Si mala ſunt ſemina, ea quidem poſſunt reprimi, dum adhuc eſt ſub pædagogo, & dum metus & magiſter prohibent, ſed poſtquam quis iam ex Ephebis exceſſit, ſuo more viuere, ſuoque ingenio frui incipit, & tunc vitia erumpunt.

Sed quod ad exemplum attinet, quod nempe vulgo nulla adhibetur; Reſpond. Ita vulgo quidem hanc puerorum inſtitutionem in Rep. negli-

gligi, cum tamen in ea fere omnia ſint ſita. Nam quemad. (vt ſupra doctum) Leges ſunt accommodandæ Reipub. eodem modo magiſtratus debent accommodati eſſe formis Rerump. & tota deniq; forma gubernationis eſt accommodanda ad ſtatum Reip. verbi gratia, ad ſtatum Democraticum accommodanda eſt gubernatio Domocratica. Eodem modo inſtitutio puerorum debet reſpondere ſuo ſtatui. Ergo peſſime fit ſi non accommodata ſint omnia ad formam Reipubl.

2. Ad rationem ita reſpondetur: Si vllum animal indiget diſciplina, homo indiget (videmus enim quædam animalia diſciplina fieri meliora, vt equos, canes, &c. de quibus in 1. metamorph.) quia hõo eſt ancipitis naturæ, ſeu medius inter diuina & beſtias. Mediũ aũt ꝙ eſt, prout illud flexeris, ita inclinat, vel in hanc vel in illã partem. Propterea quãdo homo bene inſtituitur, fit quaſi Deus quidam inter homines: quando vero male inſtituitur, efficitur beſtia, imo adhuc deterior & truculẽtior q̃ beſtia: ſiquidem homo rationem habet, qua poteſt excogitare artes diabolicas.

ἐπεὶ δὲ ἐν β.] Ad ſecundã quæſtionem ꝙ attinet, inſtitutio debet eſſe publica. Nã quod eſt publicũ eius publica cura eſſe debet. Semper enim id ponendum, filium tuum eſſe ciuem, i. e. partem ciuitatis. Pertinet autem ad totum laborare de parte, quia ſi ſolum eſſe vult ſaluum, oportet & eius partes ſaluæ ſint. Iccirco Cic. Verrẽ publice accuſat, quod filium ſuum tanq̃ partẽ ciuitatis corruperit. Habet qdem vnuſquiſq; ſua quædã propria officia, vt paterfamilias ſollicitus eſt de re famiiari

liari ſua tuenda, &c. Sed habet etiam quoddam, quod reſpicit Remp. quod dicitur eſſe commune. Quemadmodum membra corporis, licet vnumquodque ſuum proprium habeat officium (manuum enim officium eſt apprehendere, pedum incedere, ſeu ferre corpus, aurium audire, oculorum videre, linguæ guſtare & loqui, &c.) Omnia tamen conſpirant in vnum commune opus totius corporis. Et vt in naui aliud officium eſt remigum, aliud naucleri, &c. omnium tamen communis ſcopus eſt, communis ſalus nauis: ita in Republ. etiamſi ſint diſſimiles ordines & pro ſe vnuſquiſque aliquid faciat, tamen in communem Reip. ſalutem, omnes debent conſpirare, & ad eam actiones ſuas dirigere, Id quod Veneti faciunt, qui, vt Bodinus ſcribit, quando iuuenem habent ad militarem rem natum, ab ea illum reuocant, ne forſitan nimis fiat bellicoſus, & Rempub. poſtea euertat, quia ſcilicet illorum ſcopus eſt pax & tranquillitas, quam etiam omnib. modis retinere ſtudent.

CAP. II.

Tertia quæſtio diſcutitur, nempe. Quænã diſciplina ſit adhibenda poſt annum ſeptimum vſque ad pubertatem?

ὅτι δὲ οὐ πάντα διῃρημένων τῶν ἐλευθέρων ἔργων καὶ τῶν ἀνελευθέρων] Ariſtoteles diſtinguit diſciplinas, & dicit alias eſſe neceſſarias, alias vtiles. Neceſſariæ diſciplinæ ſunt proprie artes liberales, ad quas pueri ſunt inſtituendi: ad vtiles, quæ illiberales ſunt, non item. Sunt autẽ liberales artes, q̃ aut corpus vten-

vtentis inquinant&non aptum reddunt ad actiones ciuiles, ver.grat. artes omnes ſedentariæ als Rotgerber/ Haffner/ Schueſter/ꝛc. corpus inquinant, & non aptum reddunt ad militiam. Quidam vero animum inquinant, eæ ſunt quæ detinent animum in curis quibuſdam tenuibus & humilibus, da einer nur darauff bedacht iſt/ wie er mög ein Pfennig oder Creutzer erſchnappen. Et ab his Ariſt. plane abſtinendum eſſe ciuem dicit.

Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐλευθέρων.] vt ſunt flectare equos, poſſe & ſim. has artes debet diſcere, ſed non perpetuo ſe illis affligere, & penitus immergere. Deinde non ſe ita illis debet dedere, vt inde lucrum aliquid velit habere. Peregrinandum eſt in illis artibus, non habitandum. Quod vero ad diſciplinas ciuiles attinet, id eſt, ad virtutes morales, dicit Ariſtot. nos debere in illis habitare & perpetuo nos exercere, quantumcunque licet. In iſtis enim eſt ſummus apex optimi finis.

CAP. III.

IN ſpecie agit Ariſto. & quatuor nominatim affert artes, quas pueri diſcere debent.

1. Grammat. daß einer ſchreiben vnnd leſen könne.

2. Pictoriam ſiue artem figurandi, daß einer entwerffen/vnd abreiſſen könne.

3. Gymnaſticen.

4. Muſicam.

Et 1. Grammat. ait eſſe diſcendam, non vt faciamus eam mercenariam, ſed 1. propter multas ciuiles actiones. 2. ad doctrinam & ſapiétiam addiſcen-

diſcendam. 3. Propter œconomiam. ibi, ὅσπερ τὰ γράμματα πρὸς χρηματισμὸν, &c.

II. Ars figurandi diſcenda eſt, ne decipiamur in iis rebus, quæ à Græcis vocantur, τὰ σκεύη. Nam qui eſt peritus huius rei, is in rebus emendis, vel vendendis bene poteſt iudicare de illis, quæ dicuntur σκεύη, quibus comprehenditur fere tota ſuppellex: ſecundo etiam prodeſt ad bene iudicandum de operibus opificum: tertio ad iudicandum recte de pulchritudine; ſed recte iudicare minime, licet multis fuerit viſa formoſa, eadem tamen non eſt viſa formoſa Catullo.

At quid opus eſt? vt poſſimus ad minimum ſuſpicari in pulchro corpore latere pulchrum animum. ibi: ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γραφικήν.

CAP IV.

III. GYMNASTICA vna cum ipſius miniſtra παιδοτριβικῇ eſt diſcenda, ſed non eo fine quo aliquæ ciuitates, quæ excolunt! PRIMO, propter athleticum ciuis corpus, vt Laconis. SECVNDO, contra aliæ tantum ad feritatem inſerendam animis. Non inquam ad hos duos fines excolenda eſt Gymnaſtica. Sed primo, ad ſanitatem; ſecundo ad bonum habitum, ſed non athleticum; tertio, ad robur, quod plus eſt, quam vel ſanitas, ſeu bona valetudo, vel bonus habitus; quarto, ad militiam,

ὅτι μὲν οὖν χρηστέον.] Hæc Gymnaſia diſtincte fieri, debent, primo, ab anno 7. vſq; ad pubertatis annum

num 14. debet ſine coactis laboribus & ſine certa ciborum neceſſitate: alias enim corpora dum adoleſcunt, impedirentur.

Nam dum pueritia creſcit è humida, hæc humiditas pueritiæ non eſt ſumenda: igitur non debet tantis laboribus exerceri in Gymnaſtica, ne exhauriatur illa humiditas, alias enim contrahitur illud ſpatium creſcendi.

Οταν δὲ ἀφ᾽ ἥβης.] Poſt annum decimumquartum, in hac γυμνασία debent eſſe coacti labores, Daß einer ſo viel oder ſo viel Gäng thue / & certus cibus præſcriptus. In primis autem probatur ξηροφαγία nicht viel Suppen. Licet enim illa iurulenta proſint ad melancholiam pellendam, & cætera, carnem tamen reddunt molle & effœminatum. Sed de arte Gymnaſtica plura lege apud Hieronymum Mercurialem.

CAP. V.

IV. ARs diſcenda eſt Muſica. Vita humana diuiſa eſt in negotium & otium. Hactenus habuimus artes, quæ ad negotium ſpectant, ſed non ſatis eſt ea tantum addiſcere, quæ in negotio ſunt agenda, ſed ea etiam quæ quis in otio poteſt tractare, vt tertium otium recte poſſimus traducere ſeu recte eo frui. Mens enim humana non poteſt quieſcere. Itaque Muſicam quoque diſcendam eſſe ait. Priores iam dictæ artes vere tantum ad negotium tamquam neceſſariæ & vtiles diſcuntur, verbi gratia, Grammaticam diſcimus, quia vtilis eſt ad Philoſophiam acquirendam.

Digitized by Google

rendam. Quis enim Mathematica & alia recte poſſet diſcere, ſi non ſcribere & legere ſciret.

Sic etiam ars figurandi hoc præſtat, vt poſſimus eſſe elegantes iudices operum fabrilium, vt Chærea apud Terẽt. Scis quã ſim elegans ſpectator formarum? &c. Sed non eſt hominis generoſi omnia ad vtilitatem referre. Quare nec Muſica mercenaria eſſe debet, nec etiam tractari ſolummodo propter medelam laborum, id eſt, ad curas & moleſtias diluendas.

Muſica hodie tota quaſi e ſua ſede eſt mota, & alio traducta. Muſica enim apud veteres fuit quæſita vt honeſta, liberalis perſe, & quam natura expectant, non propter aliquam vtilitatem. Item Græci olim diſcebant Muſicam, quia affectus exercitat. morem quendam animo puerili inducit, & mores animorun efformat. Hodie Muſica ad hunc tantum in finem eſt traducta, vt curis & moleſtiis, quas trahimus ex labore, medeatur. Sed hic non eſt principalis eius finis. Fere idem factum eſt quod in vino. Nam vini vſus principalis eſt, vt ſit corporis alimentum, ſeu vt corpus ſiue corporis ſanitatem conſeruet: hodie tamen, vini vſus traductus eſt ad voluptatem, quæ petiti ex bibendo, vel vt cura diluantur, id eſt, vtuntur vino vt plurimum ad animi remiſſione & tanquam medela quadam curarum. Quemadmodum etiam ſaltatio Medicinę adhibetur, non niſi ægris corporibus, quæ requirunt ſtatus mutationem: ita Muſica, quæ hodie eſt, adhibetur animis ſanis. Ergo perſpicuum eſt quaſdam diſciplinas diſcen-

ſcendas eſſe non vtilitatis cauſa, ſed quia per ſe ſunt expetendæ.

Gal. ait: Motu mediocri & vocis modulatione nutrices in infantibus demulcendis vel obſopiendis vtuntur. Fieri ſeu motus non eſt finis. Omne fieri tendit ad eſſe tanquam ad ſuum terminum. Vt militiæ finis eſt pax, pugnæ finis eſt victoria. In negotio non poſſumus beatitudinem ponere, quia eſt aliquid fiens propter aliud, ſed beatitudo eſt per ſe expetenda, ideo beatitudo Angelorum conſiſtit in ſimplici intuitu & cognitione rerum. Poſſe recte collocare otium es iſt ein groſſe Kunſt. Mens enim humana, vt dictum, non quieſcit. Si autem ita collocatur, vt feramus ad voluptates, eſt beſtiale aliquid, non humanum. Et iccirco eſt διάνοια, vt fiat ad extremum νοῦς. Vt corpus non mouetur, vt moueatur ſed vt ad hunc vel illũ locũ quis pertingat: ſic animus non facit ſyllogiſmum, vt faciat ſyllogiſmum, ſed vt habeat definitionem, vt in qua eſt ſimplex rei intuitus, id eſt, eſſentia ipſius. Deus & angeli non per diſcurſum, ſed per ſimplicem intuitum cognoſcunt. Homo ergo quantum fieri poteſt, debet ſeſe aſſimilare Angelis. Muſica hodie fere adhibetur ad moleſtias & curas diluendas. Hinc aratrum tenens ruſticus vel mechanicus in taberna laborans canit. Quędam expetuntur per ſe tantum, quędam propter aliud tantum, quædã per ſe & propter aliud. Quæ tantum per ſe expetuntur omnium honeſtiſſima, quæ propter aliud vero, nẽpe vtilitatem omnium Viliſſima, quæ per ſe & propter aliud (vt Grammatices cognitio) expetuntur, media

Aa ſunt

Digitized by Google

ſunt. Plato putauit hunc ordinem eſſe expetibiliorem, ſc. qui propter ſe & propter aliud expetitur, quam qui per ſe tantum. Sed non ita eſt.

Artes mercenariæ, id eſt, quæ ſolũmodo tractātur, πρὸς τὰ ἄλφιτα, hoc eſt, ad farinam, hominem reddunt ταπεινὸν, id eſt, humilem & abiectum. Et in vmbra educati plerumque carnes habent molles ac fluidas.

Muſicæ veteris vix extrema lineamenta hodie exſtant. Muſica hodierna à Muſica veterum longe abeſt in hoc: quia Muſica veterum efficit miras animorum commotiones vel ſedationes, quod parum admodum noſtra Muſica præſtat,

Muſica veterum hæc tria habebat. 1. Erat Muſica ipſa, quatenus per aures ingrediebatur, & varii modi, variæ harmoniæ, quarum aliæ languorem afferebant, aliæ impetuoſiores affectus concitabant.

2. Canebant vna rhytmos, & ita verſus vna cum ſonis influebant in animos.

3. Adhibebant etiam motum corporis (als da einer die Lauten ſchlug / vnd Tantzte darzu) Vt de oratoria facultate Cic. inquit, quod motus ſit quaſi Eloquẽtia corporis. Sic motus ille erat quaſi Muſica corporis. Muſica noſtra animos non ita mouet, ſed ſuauitatem ſolummodo & delinitionem aurium adfert.

Sequuntur vſus aliquot Muſices quam fieri potuit compendioſe ex ſententia Ariſtotelis collecti & comprehenſi

1. Vſus: vt ſit medela laborum & moleſtiarum, quas

quas contrahimus ea defatigatione in negotiis gerendis. Adfert enim releuationem. Eſt autem hæc releuatio diuerſa ab illa, quam adfert ſomnus aut temulentia, quæ poſterior interdum plane animum deprimit.
ſaltatio (wann manß gern thuet) etiam quædam læuamina curæ adfert, ſed eſt maioris laboris quam res antea peractæ. Muſica placat & lenit ſpiritus : vinum obruit, ſomnus ad interiora reuocat deſertis exterioribus ſenſibus, oculis, auribus, &c. ſaltatio eſt forte propter aliam voluptatem : Alios enim ſpiritus diſſipat.

Plato in ſua Repub. conceſſit ebrietatem non penitus, ſed diſtincte.

I. Pueris vſque ad annum 18. ademit vſum vini omnem, ſed dicas : Græcum tantum ademit. ℞. Habuerunt etiam Græci vilia vina. Plato ſimpliciter vſum vini ademit. Ab anno 18. vſque ad 30. conceſſit ſaltem deguſtare, non inebriari illo. Poſtea ab anno 40. concedit ſenibus, qui ſicci ſunt & curis deditiſſimi, ebrietatem, ſed non vt plane obruantur. Secus quam Turcæ, qui vſum vini omnem ſuſtulerunt, ſecus quam Germani, qui vſum omnem permiſerunt. Plato diſcrimine vtitur

II. Vſus Muſicæ fuit ad ciuiles actiones & virtutes (mores ſc.) quatenus in rhytmis aut cantib. ſiue concentibus, ſunt imagines quædam & ſimulachra affectuum, virtutum & vitiorum. Ex quib. imaginibus fit vt aſſueſcentes his aut illis cantibus gaudeamus recte, quibus gaudere debemus. Quidam cantus ſunt eiuſmodi vt lenitatem

 quandam

quandam præ ſe ferant, ſi illis aſſueueris, hinc leniore & affectu gaudebis.

Multi voce impellunt homines ad lachrimas, quod videmus cantores & concionatores facere, quos cantus ſi cupienter imbibis, hinc quaſi ad miſericordiam animus tuus commouetur. Multi etiam ſunt cantus, qui Enthuſiaſmum afferunt, quales ſunt Luhteri. Leges olim canebantur, vt nũc hodie decem præcepta canimus. Muſica non ſolum ex ſimilitudine affectus ingenerat, ſed etiam nos afficit & motum affert, vt nunc ſimus irati, nunc mites. Et iſte ſonus præter ſe conſequenter alium ſonum adfert, & quidem in animo, in ipſis ſpiritibus eſt aliquid affectabile, ſed hæc omnia ſunt penes inſignes Muſicos.

Sic in viſu interdum non eſt imago alicuius, ſed etiam mores ſunt expreſſi, quod non cuiuſuis, ſed magnorum è pictorum. Durerus adeo artificioſe melancholicum expreſſit, vt iures, viuum eſſe. Plutarch. quoque in loco quodam meminit, ſe viuo Rauennæ fuiſſe ſtatuam Marii immitis viri, & addit ex illa ſtatua apparuiſſe, Marium fuiſſe hominem truculentum & ſæuum. Ergo etiam in viſibilibus hoc fit, ſed non ita vt in ſono. Mores hos non adfert Muſica, ſed mihi ingenerat. Hinc dixerunt veteres. Animam ex Harmonia conſtare, & notum eſt illud: Qui non amat Muſicam, non eſt harmonice compoſitus. Etiam beſtiæ, pro vt ſonus eſt, ſe contrahunt & ſubſiliunt: ſi quidam canit, tacite ſuccinimus illi, quaſi ex ipſius concentu incipiat ſpiritus ſubſaltare. Et puellæ ſi lyra pulſatur pedibus ſub menſa tripudiare videntur.

Vide

Digitized by Google

Vide Iul. Cæſar.Scalig. ſpiritus ſunt proximum animæ inſtrumentum.

Noſtra autem Muſica diſtat ab illa veterum Muſica, vt ſupra dictum.

III. Vſus: facit ad beatitudinem ipſam, quatenus beatitudo eſt honeſtas cum voluptate coniuncta. Exeant hinc Epicurei & Stoici, quorum iſti voluptatem ſolam, hi vero honeſtatem ſolam omnibus præferunt. Muſica per ſe eſt honeſta & natura iucundiſſima: Voluptas illa eſt quaſi condimẽtum Muſices, condit & delectat ſimul: Multi cibi non commeduntur, ſi non condiuntur.

CAP. VI.

IV. VSus: Valet etiam exercitare commotiones animorum. Lucri gratia non fit. Debemus frui Muſica ad vtilitatem noſtræ vrbis? Apud nos lignarii & vile genus hominum circumcurſat & fiſtulat egregiã Muſicam. Sed quouſque eſt diſcenda? Eatenus ne nobis ad alias res (vtpote ciuiles actiones aut diſciplinas) impedimento ſit, neque corpus reddat inutile ad ciuilia vel militaria opera, ſed tantum vt iuniores aliquid habeant, quod agant. Quidam ex veteribus dixit: oportet dare infantibus crepundia, (mire enim ſonitu afficiuntur) ne frangant vitra. Deinde eſt addiſcenda, vt ſimus elegantes auditores cantionum. Vt enim Ariſtoteles de peritia figurandi dixit, eam egregios facere formarum ſpectatores: Sic Muſica eximios auditores & cenſores (in hac arte præcipue eminent, quidam ſenatores Noriberg.) Melius deinde iudicamus quam infantes.

Digitized by Google

ſic in guſtatu: in viſu interdum maior acrimonia, ſuauius ille afficitur qui eſt Muſicus, quam *qui* non eſt Muſicus.

Ætatem quod attinet, diſcenda eſt Muſica à iuuenibus, ita vt inſtrumenta pulſent (qui nihil aliud poſſunt) ſenes autem ſaltem ſint iudices. Hæc enim ætas alios mores poſtulat. Si vetula gerit armilas nonne ſe deridendam proponit? Maxime. Ornatus enim ille decet virginem. Sic in veſtimentis reliquis. Item inceſſus velocior in iuuene non eſt indecens. At in ſene requiritur grauior. Sed vt ad Muſicam redeamus, ſciendum eſt: apud Græcos etiam magnos & graues viros operam ſtudiis Muſicis dediſſe. Hiſtoria nota eſt de Themiſtocle, & hodierno tempore neminem non excuſare. Res Politicæ non ſitæ ſunt in diuidundo puncto, vt Phyſicæ & Mathematicæ, neq; enim iſtas metimur, vt circulum, in quo ſi ſemel aberraueris à centro, omnino erras. In Politicis vitium non eſt grande aberrare, modo ſis centro proximus, ſiue potius medio, ſtatim potes recurrere,

Δῆλον δὲ ἐκ τούτων.] iam ad extremum habet: quibus inſtrumentis & quibus concentibus debeat vti. Non inquit tibiis (q̃ quandam cognationẽ habent cum noſtra tuba) quia accendunt & inflammant animos, eoſque varie diſtorquent, quod liberalem & grauem hominem non decet. Præterea vſum ſermonis adimunt, quod grande dedecus

Plura ſunt prohibita inſtrumenta, de quibus vide textum.

Illa

Digitized by Google

Illa tamen inſtrumenta (non ſecus vt in re militari) plurima ſunt mutata. Præterea non debent addiſci, quæ nimis ſubtilem & peritam manum requirunt pulſationum. Quid ſi intelligeret teſtudinem? Lydium & Dorium probat, quorum alter ſedatiorem, alter conſtantiorem afferebat animum, Phrygium improbat. Er wird vielleicht ein voller Hund geweſen ſein

Hic obiectio quædam diluenda eſt. Dicas; cur diſcere iubes Muſicam, quæ tot moleſtias in diſcendo creat. ℞. Propter futurum emolentum.

Vtilis enim illa ad moleſtias repellendas. omnes artes primo requirunt labores: Sed ſi ipſi ad hoc exercitium accedere nolumus, faciamus (ſi poſſumus) vt Dynaſtæ, qui conducant Muſicos.

Et hæc compendioſe in librum octauum dicta ſint.

Finis libri octaui.

Digitized by Google

APPENDICVLA.

DE RECTA IVVENVM INSTITVTIONE EX ARIST. PLATONE ET PLVTARCHO.

DISPVTANT grauiſſimi iſti Philoſophi: Rectam iuuenum inſtitutionem eſſe ſumme vtilem & ſumme neceſſariam.

Summe vtilis eſt: quia leges omnes fruſtra feruntur & ſciuntur, ſi non iuuent, ab ineunte ætate dometur & rectè aſſueſcat.

Viuimus enim vt conſueuimus, non vt leges præcipiunt. Ergo caput ferendarum legum eſt, recta iuuentutis inſtitutio. Quanto plures ſunt leges in aliqua Rep. eo deterior eſt illa: & quanto melius eſt inſtituta iuuentus, eo paucioribus indiget legibus. Hinc Ariſt. toties facit mentionem Pœdonomorum. Et Plato ait: De nulla re hominem poſſe ſalubrius conſilium capere, quam de ſua & liberorum ſuorum diſciplina. Plutarchus etiam elegantiſſimum libellum ſcripſit. περὶ τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς. Non enim parum ſitum eſt hac in re, ſed recta iuuentutis inſtitutio eſt ſumma ſummarum. Apud Perſas non ſolum filii Regum, ſed alii etiam bene educabantur.

Filis Regum 4. Præceptores præficiebantur. 1. Qui eſt ſanctiſſimus, & is eos docebat Magiam diuinam (vnde Magi dicebantur) & quomodo deberent eſſe affecti erga Deum.

2. Qui

2. Qui eſſet iuſtiſſimus, & is monſtrabat, quomodo ſe domi gerere deberent erga alios tempore pacis.

3. Qui eſſet fortiſſimus,& illos inſtruebat quomodo tempore belli erga hoſtes deberent eſſe affecti.

4 Qui eſſet temperantiſſimus, is ipſos docebat, quomodo ſeſe erga ſemetipſos gerere deberent. Homines erant his virtutib. ſinguliter præditi, & cupiebant eos quos erudiebāt eſſe tales.

Deinde eſt etiam ſumme NECESSARIA. Nam cum homo naſcatur nō ſolum nudo corpore (de quo tamen multi imperiti conqueruntur, cum Deo potius gratias deberent agere) ſed & nudo animo,nuda lingua, vt nullam teneamus linguam, (Nā homo ideo nudus corpore naſcitur, quia videlicet pōt corpus veſtire quocunque veſtitus genere velit,quod penes ipſum eſt) Eodem modo naſcitur nudus animo, tum quod attinet ad animum illum brutum, id eſt,qui rationem in ſe quidem non habet, ſed eam audire poteſt,hinc neque temperantes naſcimur, neque intemperantes, neque fortes, neque ignaui, ſed nos hos vel illos mores,prout educamur, poſſumus induere:tum etiam, quod ad rationem attinet:Poteſt enim quis fieri vel ſapiens, vel inſipiens. (Naſcitur denique homo nudus linguà,quia aut hoc aut illud idioma pōt diſcere.)Cumque igitur ita nudi ſimus animo & ancipites, facile poſſumus in omnem partem moueri, aut ad ſiniſtram,aut ad dextram,inſtar globi ſeu formæ rotundæ. Accedit quod multa quoque in mundo ſint, quæ nos

Digitized by Google

moueant, id eſt, multa irritamenta malorũ. Hic n. pocula Circæa, hic Sirenes ex altera parte ſtãt. Iccirco maxime indigemus recta inſtitutiõe, quæ nos ad dextram flectat: Vnde Socrates dicebat. Aut nõ oportet ſuſcipere liberos, aut oportet nos inprimis ſolicitos eſſe de recta illorum inſtitutione.

Sed in quibus conſiſtit illa recta inſtitutio? ℞. Tria ſunt cõſideranda. 1. Corpus. 2. Appetitus ſenſitiuus ſiue animus brutus, Theologi concupiſcentiam vocant, appellatur etiam libido late ſumto hoc vocabulo. 3 Ratio: Iſta tria, inquam, indigent directione ſeu confirmatione.

Corpus quidem, tamquam inſtrumentum: Appetitus, tanquam executor (eſt enim is actiuus) vt videmus in ira, cupiditate, &c. Ratio, tamquam dux. Petitur autem recta inſtitutio ex iſtis trib. A natura videl. à conſuetudine recte viuẽdi, & à doctrina, præceptis ſiue diſciplina.

Natura quidem inprimis refertur ad corpus recte dirigendũ, vt bene ſeſe habeat. Sed nihilominus tamen ea quoq; ſe porrigit ad appetitum ſenſitiuum, imo ẽt ad rationem vſq;. Prout corpus tuum eſt hac vel illa temperie præditum, ita appetitus erit talis vel talis. Si temperies corporis eſt calida & ſicca, ex iſtis iracũdus, ſi ſicca & frigida, auſterus, triſtis, melancholicus, ſi calida & humida; procliuis ad hilaritatem atq; delicias. Mores animi ſequuntur corporis temperaturam. Natura, vt modo dictum in primis occupata eſt in corpore refrenando & conformando. Atqui etiam ad rationem vſq; ſeſe extendit. Nam pro vt ſanguis

erit

erit temperatus vel non temperatus, purus vel feculentus,craſſus aut tenuis, ita valebis. Hippocrat.ait.Homines,prout ſanguis eſt,ita prudentes aut non prudentes euadunt,ſanguis tenuis & frigidus conducit ad intelligentiam: tenuis & calidus conducit & ad robur corporis, & ad intelligentiam: Sanguis craſſus & vibroſus non defecatus macht gute grobe vierſchrötige Dölpel. Vt aqua aliqua ſit limpida, neceſſe eſt, vt ſit & defecata & non commota. ita ſanguis in cerebro debet eſſe & purus & non commotus. Sanguis in iuuenibus non eſt ita ſedatus,ſed commotus. Multum cibi etiam faciunt ad ſanguinem. Itaque corporis conſtitutio non ad corpus ſaltem ſpectat, ſed etiam ad ſenſum appetitiuũ& ad rationẽ pertinet.

Eodem modo ad appetitum proprie pertinet conſuetudo videndi, vt ille effrenis. Effrenis ęquus dometur:ſed tamen ẽt ſe latius effundit. Nã ſi ad appetitus ſeſe recte habeat, redundat hoc non ſolum ad appetitum,ſed etiam in corpus. Vnde etiam Medici dicũt,curas,lętitiam,mœrorem, iracundiam & ſimiles affectus plurimum facere ad corporis valetudinem bonam vel aduerſam. Imo etiam ad rationem vſque ſe conſuetudo extendit. Nam ſi vis ſapere, oportet prius ſint ſopiti affectus, ne habitus & nebulæ ferantur ſurſum animumq; obfuſcent & caliginem rationi obducant. Licet diſciplina proprie ad rationem ſe accommodet, hoc bonum tamen etiam ad appetitum & ad corpus redundat.

Ita etiam Ratio. Nam prudentiam, quæ Rationis eſt, præſcribit virtutibus modum, Ratione

recta

recta ſe habente, aliquis etiam prudenter temperans eſt, & hoc pertinet ad valetudinem. Quod corpus attinet, iuuat illud artes quaſdam, vt ſunt artes Palæſtricæ ſiue Gymnaſt. Ars palæſtrica à Platone in duo ſumma capita diuiditur, in luctam videlicet & ſaltationem, id eſt, in eam exercitationem, quæ eſt cum aduerſario, & in eam, quæ eſt ſine aduerſario, Huc miniſtræ quædam artes pertinent, vt eſt luſus paruæ pilæ, quod genus exercitationis valde Galen. laudat, & plane eſt pro ſtudioſis. 2. Venatio qua nihil eſt præſtantius, quia quoque omnia membra ēt multiplici exercitatione exercentur, & hoc modo pituita (quæ maxime in pulmonibus colligitur) eiicitur. Vide Plutarh. de valetud. tuēda. Aucupiū habet quiddam, ſed non tantum. Piſcatio vix tantillum. Nam quieſcis potius

Ad appetitum ſenſitiuum quod attinet, ille inprimis indiget conformatione. Eſt enim is valde effrenatus in homine. Tauros aut equos ſubiugare & frenare eſt quidem difficile : ſed difficilius eſt appetitum iuuenilem domare, quia eſt adeo multiplex, infinitus, pertinax & ferox. Huius ſumma Magiſtra eſt Philoſophia practica, (moralis) proxima vero recta opinio. Inſtrumenta enim huius ſunt duo communia, pœna & præmium , quibus etiam vtimur in beſtiis , quæ domari poſſunt cibo & verberibus. Et eodem modo ſeruilia ingenia ſunt tractanda.

Sed alia inſtrumenta ſunt in hominibus nobilibus ingenuis & liberali ingenio præditis. Quænam ſunt illa ? Plato dicit : Timor infamiæ

& de-

Digitized by Google

& deſiderium honoris. Honoris deſiderium ad recte agendum magnum calcar eſt. Et Timor infamiæ hominem liberalem magis mouet quam pœna. Pœnam ſæpius effugere poſſumus, infamiam non item. Iam ad appetitum veniamus: Huic inſeruiunt duæ artes, quæ alias ad rationem pertinent: Muſica & Aſtronomia. Altera pertinet ad auditum, altera ad oculos Plato icci rco hominem erectum eſſe ait, vt quotiens ordinem corporum cœleſtium intuetur, ordinem etiam & motum ſuis appetitionibus imponat. Huc etiam pertinent fabellæ honeſtæ, carmina, quibus pulchræ ſententiæ ſunt comprehenſæ, vt in carminibus Pythagoræ, hiſtoriæ, in quib. multa ſunt exempla, & comœdiæ non obſcenæ, Eodem modo de oculis, nequid turpe videant. Duces enim ſunt non ſaltem in amore, ſed etiam in aliis rebus.

Rationem quod attinet ea inſtruenda eſt. 1. Cognitione rerum, quæ ſane rationis pabulum eſt. Sed quoque indiget artibus adminiſtris, quæ eam adiuuant. Sunt autem potiſſimum duæ. 1. Cognitio linguarum Latinæ & Græcæ, in quibus compreſſa eſt rerum cognitio. Hic duo inſignes errores committuntur. 1. Quando ita exiliter attingimus linguas, vt res ibi latentes non poſſimus comprehendere, quia videlicet phraſin & modum loquendi non intelligimus. Recte Caſaubonus inquit in præfatione Athenæum: Nō oportet ſolum noſſe linguam Latinā Græcā, ſed etiam literas habere cognitas, debet quis cognitionem habere ritus eius nationis, ex quibus ritib. illi modi lo-

di loquendi fluxerunt, verbi gratia, in lingua latina plurimæ ſunt phraſes iuridicæ, caſtrenſes, item gladiatoriæ (quia videlicet populus Rom. maxime his artibus ſtudebat) quas Metaphorice adhibemus, earum origo ſi nos latet, neſcimus quid autor intelligat. Eodem modo Græci, & inter hoc præcipue Athenienſes, varios ritus habuerunt, à quibus modos loquendi acceperunt. 2. Error nimis περιεργεία, quum videlic. in linguis deliciamur (vt ita loquar) & verba tantummodo Captamus. Nimis diu in linguis verſari debemus, ſed cogitare linguas eſſe duntaxat fores, per quas ingrediamur ad eruditionis ac ſapientię templum. At in forib. non eſt habitandũ. Diſcamus vt intelligamus. Non debemus conſeneſcere in linguarum cognitione, & eas tanquam ἔργον tractare ſed tanquam πάρεργον

Sic de ſcientiis Mathematicis dicitur, quod ſint pontes reliquarum ſcientiarum. Pontes autem ideo fiunt, vt tranſitum nobis præbeant, non vt ibi habitemus. Diſcuntur Mathematicæ ſcientiæ non propter ſe, ſed propter aliud.

Idem de linguarum cognitione dici poteſt.

II. Ars adminiſtra eſt Dialectica & Rhetorica, Hic ibidem dupliciter erratur. 1. in illis diſcendis. 2. in iiſdem exercendis. 1. Diſcimus enim fere eas, quas potius deberemus dediſcere, aut quas nunquam didiciſſe profuiſſet.

At quæ eſt ea Dialect. & Rhetor. quam diſcere debemus? Reſpond. Sola Ariſt. quæ vtraque inter ſe eſt ἀντίστροφος (ſic enim definit ipſe Rhetoricam, quod ſit ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ] Quæ vtraque eſt eadem, ſed non in eadem materia. Sic ars,

pin-

pingendi,& ars fingendi ſeu efformandi eſt eadẽ, ſed non in eadem materia verſatur, & inſtrumenta quoque harum artium aliquo modo variant. Illa enim penicillo, hæc ſcalpro te exprimit. Hoc modo etiam hæ artes, Dialectica videl. & Rhetorica, ſunt diſcretæ. Dialectica verſatur in materia Theoret. (vel etiam Practica, quatenus ſcilic. ea Theoriam ſpectat) & in quæſtione indefinita: Rhetoricam vero in materia ciuili quæſtione definita. Hodie ſyllogiſmos aridos ad rauim vſque clamamus. Dialect. Ariſtot. nihil aliud erat, quam Rhetorica ſcholaſtica, & Rhet. Ariſtotelis nihil aliud erat quam Dialectica forenſis.

At quouſque ſunt diſcendæ Dialectica & Rhethorica? Reſpond. Eo vſque, vt videlicet ſciamus eas eſſe tantũ miniſtras, ne cõſeneſcamus in iis & deliciemur, & ne negligamus res. Afferunt hæ artes tantummodo modum tractandi. Res vero neutra illarum nobis ſuppeditat, ſunt digiti viales. Eodem modo hic comparatum eſt vt in re culinaria. Quid enim te iuuaret, ſi totam artem culinariam ſeu coquendi ſcires (vt ſci. ſcires, hunc cibum acetum poſtulare, hunc maluaticum, alium aromata, ſcires etiam quo ordine fercula ſint inferenda) & non haberes materiam? oportet ergo Dialecticæ & Rhethoricæ ita incumbere, vt ſimul rei ipſius tractandæ non obliuiſcaris. Dial. & Rhetorica exacuunt, non alunt ingenium.

Alter error, vt dictum, eſt in hiſce artibus exercendis. Ea harum artium exercitatio eſt inſtituenda, quæ eſt in Dialogis Ciceronis & Platonis. Eſt enim Dialectica recta ratio & peritia interrogandi ac reſpondendi. Dialectica hodie fere

exerce

Digitized by Google

exercetur propter Dialecticam, vnde homines fiunt contentioſi ac ſophiſtæ, & tueri verborum captatoris. Homo natura eſt ſtudioſiſſimus victoriæ. Inprimis iuuentus eſt contentionis & victoriæ amantiſſima, noch liegt er nicht. Quibus ergo de rebus eſt diſputandum? R. Non de rebus diuinis. Diuina enim debent eſſe ἀκίνητα ſeu immota, non debent dubitationibus in hanc & illam partem diſtrahi. Non eſt diſputandum: an Deus ſit colendus? an parentes ſunt honorandi? an aliqua diuina prouidentia? an anima ſit immortalis? &c. Sic nec de iis rebus ſit diſputandum, quæ ad bonos mores ſpectant. Nam & hæc debent eſſe ἀκίνητα. De rebus diuinis non eſt diſputandum. Diſputatio enim homines reddit ambiguos: credenda hæc ſunt potius. Diſputationes λόγου χάριν ſuſcipiuntur. De rebus diuinis diſputationes debent fieri συζητήσεως & colloqui cauſa, & quidem inter ſenes, ſepoſito videlicet omni ſtudio contentionis & victoriæ, non inter iuuenes. Sic etiam de legibus iuuenes non debent diſputare. In colloquiis hoc requiritur, vt quis velit non ſolum refellere, ſed etiam refelli. Colloquia quæ hodie de rebus diuinis inſtituuntur non ita ſunt fructuoſa; ſiquidem non tam colloquia ſunt quam diſputationes. Deberent potius omitti. Attamen ſi iuuenes volunt diſputare diſputent de rebus Phyſicis, Ethis, quatenus videlicet hoc ad Theoriam ſpectant, &c.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google